This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

THE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Neaples. Biblioteca nazionale

CODICUM SAECULO XV

IMPRESSORUM

QUI

IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA

ADSERVANTUR

CATALOGUS

ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS

NOTISQUE BIBLIOGRAPHICIS ILLUSTRATUS

LABORE, ET INDUSTRIA F. FRANCISCI DE LICTERIIS ORDINIS HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS CONVENTUALIS DE IUSTITIA REGII BIBLIOTHECARII.

TOMUS II. L. AD Q.

R. ASHBURNHAM

NEAPOLI,
EX REGIA TYPOGRAPHIA.
MDCCCXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS
CODICUM SAECULO XV
IMPRESSORUM.

L A

Lacedaemoniorum Epistola ad Apollonium Tyanensem. *Extat* in Collectione Aldina. *Vide* Epistolae graecae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

—— *Eorumdem, sed recentioris temporis*, Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis epistolis. *Vide* Mahummedis.

Lacisii Antonii Parthenii. Commentaria in Catullum. *Extant cum textu* Catulli. *Vide* Catulli.

Lactantii Lucii Coelii Firmiani Opera. *Interjecto in principio folio albo, nullo praemisso titulo, in secundo folio opus incipit his verbis :* (M) AGNO et excellēti ingenio uiri quom se doctrine penitus dedissent : quicquid laboris poterat impendi: etc. etc. Lactantii *opera in hac editione contenta, in ipsa ejus subscriptione enuntiantur hoc pacto in folio cxliv. verso:* Lactantii Firmiani de divinis institutionibus adversus gentes libri septem. nec nō eiusdem ad Donatum de ira dei liber unus, unacū libro de opificio hoīs ad Demetrianū finiunt. Sub āno Dñi. M. CCCC. LXV. Pontificatus Pauli pape II. anno eius secūdo. Indictiōe. xiii. die vero ānpenultīa mensis Octobris. In venerabili monasterio Sublacensi. Deo gratias. *Interpositis duobus vacuis foliis sequuntur alia IX. folia, quae* Rubricas, *sive argumenta Capitulorum totius voluminis continent, quae, in aliquibus exemplaribus, in principio praefixa sunt. Ex ipsis primam huc transcribere placet, ut de earum artificio, et accuratione constet.* Quanta sit et fuerit semp cognitio ueritatis. Et q̄ nec sine religiōe sapiētia nec sine sapientia sit probanda religio. Capitulū primū. Magno et excellenti ingenio viri. Folio primo. In folio..... XIII. G. 18.

Postquam per varias Germaniae urbes Typographica ars diffusa esset, Alpes tandem pertransiit, et in Statu Ecclesiastico, prae ceteris *Italiae urbibus*, et quidem ea parte, quae vulgo *La Campagna di Roma*, seu *ager Romanus* vocatur, in *Sublacensi* scilicet Coenobio (duobus ab oppido cognomine milliaribus dissito) fausto omine sedem suam collocavit. De anno hujus translationis diligentiore examine haud opus erit. Typographiam nempe sub *Paulo II.* e Germania ad Italos delatam non obscure *Andreas Aleriensis* in *Dedicatione Vol. I. Operum S. Hieronymi edit. Romae 1468.* clarius vero *Io. Philippus de Lignamine* in *Chronico* quod anno 1474. *Romae* edidit, scripsere. Illius vero Pontificatum anno demum 1464. vergente coepisse, constat : unde falsitatis, vel erroris convinci possunt illae librorum *cis Alpes* editorum subscriptiones, quae vetustiorem anno 1464. epocham indicant; prout accidit in *Decore Puellarum Venetiis, typis Nicolai Ienson 1461.*

Digitized by Google

Ptolemaei Cosmographia, Bononiae per Dominicum de Lapis 1462. ut alias omittam. Insuper vitiosa illa *Jensonis* subscriptio iam olim *Sabellicum* movit, ut hujus Typographi impressiones ad annum 1461. collocaret, indeque origines artis apud Italos ad annum 1458. retrotraheret; quem errorem secutus est *Polydorus Vergilius*, atque hoc duce, alii bene multi. Ast propius inquirendum est, quaenam fuerit opella, quae in Sublacensi Monasterio primam lucem vidit. Primus ergo omnium *Donatus* fuit, excusus pro puerulis. Hanc quippe editionem reliquis omnibus praecessisse, et trecentis vulgatam exemplis, constat ex supplici libello oblato a Typographis *Conrado Sweynheim*, et *Arnolde Pannartz* anno 1472. *Sixto IV.* » *Donati pro puerulis*, inquiunt, *ut inde principium dicendi sumamus, unde imprimendi initium sumpsimus, numero trecenti.* Omnibus illa hactenus sese subduxit Bibliographis, quamquam *Eminent. Card. Quirinus* ex relatione Romani cujusdam Bibliopolae scribat, ipsum hanc aliquando possedisse, diligenterque observasse : verisimillimum autem est, trecenta haec Donati exemplaria puerorum manibus ad unum omnia fuisse detrita; neque eorum folium unum ad nostram usque aetatem pervenisse. Successit mox LACTANTIUS absolutus, uti in nota typographica observamus, mense octobri an. *1465.* cui consentiens est tum Pontificatus *Pauli II.* tum *Indictionis* tempus. Haec vero non tantum Romanis editionibus hucusque notis biennio vetustior est, sed etiam quatuordecim modo mensibus ab adscensu laudati Pontificis ad sedem Apostolicam remota. Unde, si consideremus, debito temporis spatio fuisse opus ad totius apparatus impressorii constructionem, indeque ad integri voluminis forma majore descriptionem, utique autumandum est nullum intra hoc intervallum vel *Romae*, vel alibi in *Italia* alium librum praecessisse. Frustra igitur *Ios. Ant. Saxius* in *Proleg.* ad *Histor. litcr. typogr. Mediolan. pag. 87.* persuadere nobis voluit, editionem Mediolanensem *Historiae Augustae Scriptorum* fuisse anni 1465. a *Salmasio* olim citatam, in notis ad suam editionem *Paris.* 1620, pag. 1, eam enim cum vera anni 1475. confusam, merito Bibliographis omnibus visum est; qui uno ore fatentur (observante etiam *Maittairo Tom. I. Annal. typ. pag. 349*), quod nullus liber *Mediolani* editus, de quo certe constet, notus hucusque sit anno 1470. vetustior. De Artificum nomine res apertissima ex *Joanne Andrea Episcopo Alerien.* qui in epist. nuncupatoria *Vol. I.* Operum *S. Hieronymi, edit. Romae 1468*, et in dedicatione *V. partis Bibli. cum glossis Nicol. de Lyra edit. Romae 1472. ac tandem* in epistola praefixa Lactantio, in urbe *Roma* anno *1470* per eosdem *Conradum Sweynheym* ac *Arnoldum Pannartzium* vulgato, et *Paulo II.* inscripta, testatur, hunc auctorem ab iis opificibus *semel iterumque* impressum prius fuisse; quod falsum esset, nisi aeque *Sublacensem* editionem an. 1465, ac *Romanam* 1468. illis adscribas. Insuper ipsi Excusores in libello supplice, supra citato, ad Sixtum IV. an. 1472. dum indicem exhibent operum a se editorum, jungunt ei exemplarium numerum, et *Lactantii* enumerant 825. exemplaria, utpote tribus a se vicibus editi, *Sublaci*, nempe an. *1465. Romae* an. *1468.* et *1470.* Tres hae editiones in Bibliotheca Borbonica locum occupant. Quapropter, quum Sublacense Coenobium primum artem typographicam receptaculum exceperit, illuc statim descendisse *Conradum Sweynheym*, et *Arnoldum Pannartz* consequens est : tametsi libris isthic editis nunquam apposuerint eorum nomen. Nunc pauca de ipsa editione. Volumen est folii ordinarii, et in paginis integris lineae 36 numerantur, quarum margines sunt satis ampli. Forma latini characteris a quibusdam media dicitur, inter Gallo-francam, et Romanam; sed libentius cum *Maittairio* omnino Romanam dicerem, et quidem, pro ratione temporis, optimam. Totum opus, eodem judice, *ea artis pompa adamussim exactum est, ut nemo qui viaerit, nomen typographi* (aliunde notum) *abesse non indignetur.* Lacunae variae in toto volumine occurrunt, in quarum parte maxima vocabula, vel loci Graeci inscribendi fuissent. Praecipuus autem, et fere totus defectus, quoad Graeca, est in *I. et IV. Divinarum Institutionum libro*, in quibus tamen ipsis jam quaedam Graeci characteris specimina cernuntur : *lib.* quidem *I. Capp. XI. XII.* et *XXI. IV. lib. Cap. IX.* ubi habetur specimen characteris majusculi in vocabulo ΛΟΓΩΣ (sic) repetitum. De graeco charactere hujus editionis sic scribit *Maittairius tom. I. pag. 9. Illud etiam non reticendum censeo, quod loca quaedam a Lactantio ex aliis Scriptoribus allata Graecis typis exarentur nitidissimis, quique eos, quos postea Sweynheym, et Pannartz usurpabant, proxime referunt:* quod quidem verissimum est. Foliis autem ipsis nulli adscripti sunt numeri, sicuti neque signaturae, et custodes. Nostrum nitidissimum Exemplar gallico modo eleganter compactum in principio cujuslibet libri elegantissimis initialibus, variis coloribus, nitenteque auro pictis ornatum est: initiales vere capitum alio durabili colore (herbaceo ut videtur succo) exaratae sunt. Tituli librorum, et capitum Calligraphi industria rubro charactere exscripti cernuntur. Sed fusius de hac elegantissima, et rarissima editione vide *L' esprit des Iournaux, mois de juillet 1780.*

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praecedunt folia IX. quae Indicem capitum exhibent. Tum sequuntur alia duo folia* Lactantii Firmiani errata primi libri q̄bus ipse deceptus est per fratrem Antonium raudenensem theologum collecta et exarata sunt. *Ad calcem horum erratorum legitur :*

His carminibus: frater Adam genuensis ĩcrepat frēm Anthoniū

Hic male corripuit stolidis Antonius ausis
Auctorem in variis causa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis astrum
Dicere: vel nitidum luce carere iubar.
Deniq: cum sancte ecclesie pia lumina: constet
Obsequio: ex tanto conticuisse uiro.
Tu vero eloquio lingua interdicta latino:
I cubitum; nam te pensitat eleborum
Omnia sic: qui potest intelligat.

In sequenti folio opus incipit, absque ullo excuso titulo; quo absoluto folio CCXV. adcedunt Poematia de Phoenice, *et de* Paschate, *cum carminibus* Ovidii, *et duo tristicha italica* Dantis, *de eodem* Phoenice. P. Eduardus a S. Xaverio, *et* P. Laire *eum laborem esse censent* P. Adami Montalti, *Eremitae Augustiniani, cujus censura contra* Raudensem *primum typis vulgata fuit in hac editione. Haec omnia excipit carmen* Lactantii Firmiani de resurrectionis dominice die. *Ad calcem totius voluminis notitia typographica occurrit, quae hoc pacto legitur:*

Hoc Conradus opus suueynheym ordine miro
Arnoldusq. simul pannarts una ede colendi
Gente theotonica: rome expediere sodales

In domo Petri de Maximo. M. CCCC. LXVIII.

In folio ..... XIII. G. 19.

Exemplar integerrimum est, atque admodum elegans splendidissimae editionis; quae, etsi haud obvia, longe tamen minus rara est, quam editio Sublacensis, et non ita magno pretio comparari potest. Litterae initiales depictae, auroque affabre ornatae adparent; princeps vero operis pagina pictos, et auro distinctos margines habet, necnon stemma gentilitium ignoti possessoris. Addita fuere in hac editione apospasmatia graeca, quae variis in locis editionis Sublacensis desunt.

—— Exemplar alterum..... II. G. 4.

—— Alia editio. *Praeit in folio primo recto* Johannis Andree Episcopi Alerien ad Paulum II. Venetum Pont. Max. epistola, *quae desinit:* Romae anno natalis Dominici. M. CCCC. LXX. Pontificatus tui floridissimi Anno Sexto. *In parte aversa ejusdem folii* Lactantii Firmiani de divinis institutionibus ad-

Digitized by Google

versus gentes rubrice incipiunt, *quae 18 complectuntur paginas. Adcedunt* Lactantii errata, *ut in praecedenti editione. Quatuor paginas haec comprehendunt, et ad calcem occurrunt carmina* F. Adami *contra* F. Antonium. *Post vacuam paginam opera* Lactantii *incipiunt, praeviis verbis:* Lactantii Firmiani institutionū divina4 adversū gentes Libri primi prefatio ad Imperatorem Constantinum. Quanta sit. et semp' veritatis appetitio fuerit. qd'q : nec sine religione sapiētia. Nec sine sapiētia sit p'bāda religio. *Ad calcem extant carmina de* Phoenice, *sub* Lactantii *nomine, aliaque* Ovidii, *itemque* Dantis, *ac tandem carmen* de resurrectionis dominice die; *quibus absolutis, nota typographica hisce expressa versibus adest:*

Aspicis illustris Lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse : lege
Aspera ridebis cognomina Teutona : forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cōradus suueynheym : Arnoldus pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cū fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum
M. CCCC. LXX.

In folio..... II. G. 5.

Admodum decora editio, quae tamen signaturarum, custodum, et numerationis plagularum defectu laborat. Characteres, quibus describitur, rotundi, elegantissimi, 38 linearum spatium replent in paginis integris, et amplum marginem relinquunt; graeci quoque characteres opportune excusi habentur. Initialium vice spatia fungebantur, antequam Miniculator, qui principem auro exornavit, reliquas rubro, vel caeruleo colore adpinxisset. Ex epistola *Aleriensis Episcopi ad Paulum II.* operi praefixa, discimus, tertiam hanc esse *Lactantii* editionem Typographorum *Romae* degentium *Conradi* et *Arnoldi. Semel* inquit, *ab iis, iterumque impressum prius:* quod idem sonat, ac bis antea impressum. Quapropter frustra *Benedictus Mittarelli in Append. ad Codic. Mss. Biblioth. Monast. S. Michaëlis Venetiarum, col. 236.* probare conatus est, editionem Sublacensem non pertinere ad *Conradum Sweynheim*, et *Arnoldum Pannartz.*

—— Alia editio. *Praecedunt folia IX., quae* rubricas, errata *per* Antonium Raudensem *collecta, et versus* Adam Genuensis *complectuntur. Opus folio XII. sine ullo titulo, aut inscriptione initium sumit. Ad calcem voluminis, post carmen* de Resurrectionis dominice die, *legunlur sequentes versus:*

Arguit hic hominum sectas lactantius omnes
Septeno falsas codice vera docens.
Sive Deum tangat : turbato lumine cernens
Ira furor : gemino pernotat inde libro
Et volucrum versu phoenix cōprehendit' una :
Quae nostro nūq3 pascitur alma solo.
Hincq3 redemptoris nostri non carmina desunt :
Quae positum e tumulo dulce canendo vocant.

Digitized by Google

Presserat hunc primo mundi caput inclyta roma
Post regina premit quippe colenda maris
M. CCCC. LXXI. Adam.

In folio.....*n*..... II. G. 6.

Editionem istam splendidissimam *Venetiis* in lucem prodiisse, licet nomen urbis haud sit expressum, ex ultimo versu clare patet. Quisnam vero Typographorum eam adornaverit, illi etiam Bibliographorum, qui per nomen *Adam* Typographum intelligunt, in diversa abeunt. *Audiffredus* in *Catal. Edit. Rom. pag. 124.* scribit: *Hunc autem Adamum eumdem esse, ac Adamum de Ambergau, impressorem orationum Ciceronis, conjicere licet ex elegantia hujus editionis, quam pulcherrimam adpellat Deburius.* At *Braun* in *I. P. pag. 134.* refellit argumentum *Audiffredi* ex collatione hujus editionis desumptum cum illa *Orationum Ciceronis anni 1472. Adami de Ambergan:* nam diversam omnino esse a *Lactantio*, adcurata comparatione instituta, didicit, et *Adamum Lactantii* Impressorem alium ab *Ambergaviensi*, et patriae omnino incertae adserit. Si ita res se habet, tertius *Adam* Typographus occurrit, ab *Ambergaviensi*, et *Rot* diversus, de quibus *Debure belles lettres N. 2399.* dubitat, an unus et idem dici possint. De variis hisce sententiis eruditi iudicent, et nobis tantum adhaerere liceat *Cl. Fossii* opinioni, qui suspicatur sub *Adam* nomine nec *Rot*, nec *de Ambergau*, nec alium Typographum designari, sed *Adamum Montaltum* Genuensem, qui hoc epigramma, quo *Lactantius* commendatur, conscripsit occasione hujus editionis, quique in *Raudensem* alio epigrammate invectus fuerat. Locus, ubi *Adami* nomen excusum reperitur, et epigrammatis ejusdem in Vindeliana editione iteratio, hanc sententiam magis confirmat. An vero ad *Vindelinum* haec etiam referri debeat, *Typographo Adamo* quocumque excluso, Bibliographi videant. Quod autem inter rarissimas praesens editio referri mereatur, inde cognosci potest, quod *Bunemannus*, teste *Schelhornio*, in *Catalogo libr. rariorum pag. 14.* se illam in quadringentis, quos possidet, catalogis frustra quaesivisse adserat. Idem testatur, eamdem *Hagae Comitum* an. 1723. quinquaginta florenorum pretio divenditam fuisse. Litterae, quibus impressum est opus, foliis 218 contentum, romanae sunt, ac perelegantes. Charta alba est, et firma admodum, ac levigata, amplisque marginibus instructa. Interpunctionis signa adparent, punctum nempe, virgula, et interrogationis signum; nulli vero custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri. Initiales litteras, et librorum titulos Calligraphus rubro colore adscripsit.

—— Exemplar alterum..... II. G. 7.
—— Exemplar tertium..... II. G. 8.
—— Alia editio. *Praemittuntur XI. folia, quae Tabulam capitum, et* Errata Lactantii *comprehendunt: post haec sequuntur iudicia variorum Scriptorum de* Lactantio. *Folio XIII. incipiunt institutiones, praemisso titulo:* L. Coelii Lactantii Firmiani divinarū institutionū adversus gentes liber primus de falsa religione ad Cōstantinū impatorem. *In fine operis sequuntur carmina* de Phoenice, *et* de Resurrectionis dominice die; *quibus absolutis legitur:*

M. CCCC. LXXII.

Arguit hic hominum sectas lactantius omnes etc. etc. *ut vidimus in praecedenti editione. His demum nomen Typographi subditur:*

Impressum formis iustoq3 nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit artis opus.

Post vacuum folium, alia VII. sequuntur, quibus adjungitur prima vice Nephithomon Lactantii Firmiani, *ad cujus calcem legitur:* Lactantii Firmiani

Digitized by Google

in Ephythomon tractatus finit.
In folio..... II. G. 10.

Raritatem, pulchritudinemque hujusmodi editionis testificantur *Maittairus*, *Orlandius*, *Cave*, *Cardinalis Quirinus*, *Bünemann*, *Pinelli*, ac *Crevenna*, qui *tom. I. pag. 60.* inquit: *Cette edition est fort rare, et tres echerchée; aussi l' execution en est très belle à tous egards.*

—— Exemplar alterum..... II. G. 19.

—— Alia editio: *In principio voluminis occurrit* Iohannis Andree Episcopi Alerieñ ad Paulum II. Venetum Pont. Max. epistola, *quam is praemisit suae* Lactantii *editioni anni* 1470. *supra notatae. Sequitur deinde Tabula Capitum, cum erratis per* Raudensem *collectis, et epigrammate* F. Adam *in eumdem, quae omnia XIII. occupant folia. Post folium deinde album habetur* Cnei *epistola unius folii, cujus inscriptio ejusmodi est:* Ad R. P. D. Dominicum Episcopum Brixiensem. S. D. N. Papae uicarium Lactantii Firmiani emendatio per Angelum Cneum Sabinum Poetam Laureatum. *In calce voluminis post carmina* de Phoenice, *et* de die Resurrectionis Dominice, *praefixo* Lactantii *nomine, subditur sequens nota typographica:* Praesens Lactantii Firmiani praeclarum opus: Alma in urbe Roma totius mundi regina et dignissīa imperatrice: quae sicut caeteris urbibus dignitate praeest: ita ingeniosis uiris est referta: nō atramento plumali calamo neq3 stilo aereo: sed artificiosa quadam adīventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum ad Dei laudem induo striaeq3 est consumatum per Vdalricum Gallum Alamanū et Symonē Nicolai de Luca. Anno Domini. MCCCCLXXIIII. Die uero. XII. mensis Februarii. Pontificatu uero Sixti diuīa providentia Papae quarti anno eius tertio. *Folio albo interjecto; sequitur* Registrum hujus libri. In folio..... II. G. 1.

In hac Romana editione *Lactantii* desideratur adhuc tractatus ejusdem in *Ephythomon.* In epistola *Cnei* memorantur editiones Romanae, et Venetae *Lactantii;* et ex verbis ipsius *Cnei* evincitur *Udalricum Gallum*, ac *Simonem de Luca*, nobiles, ac singulares opifices ipsum rogasse, ut Lactantii codices revolveret: quod ut fecit et praecedentes editiones in quibusdam locis depravatas, reperit.

—— Exemplar alterum..... II. G. 2.
—— Exemplar tertium..... II. G. 3.
—— Exemplar quartum..... II. G. 9.

—— Alia editio. *Praemittuntur* Tabulae Rubricarum *et* Erratorum, *una cum epigrammate* F. Adam, *quae IX. occupant folia, et Opus inchoatur folio X. praemisso titulo, supra notato. Post Carmen* de Resurrectionis dominice die, Nephythomon Lactantii firmiani incipit, *quo opere absoluto legitur nota typographica:* Hoc opus impresserunt Veneciis Magistri Andreas de paltasichis catarensis et Boninus de boninis socii: Regnante inclito ac serenissimo principe domino Ioanne mocenigo dei gratia Venetiarum duce: *exinde,* M. CCCC. LXXVIII. xii. marcii. *Versus subiecti sunt notae huic chronologicae, ut in editione anni 1471; excepto* Adami *nomine.* In folio..... II. G. 16.

—— Alia editio. *Folia XI. priora complectuntur Tabulas Rubricarum,*

Digitized by Google

Erratorum etc. etc. *Opera incipiunt folio XII, et ad calcem carminis* de Resurrectionis die *notaverunt Typothetae*: Impressum est hoc opus Venetiis impendio p'vidorū virorū Ioh'is de Colonia: Ioh'isq3 Māthen de Cherretzem Sociorum Anno salutis dominicae. M. CCCC. LXXVIII. xvij. Augusti. Laus deo: *Epigramma his subditur, ut in edit. anni 1471. Sequitur* Registrum cartarum hujus libri secūdū alphabeti Ordinem. *Tractatus* Ephythomon *saltem in hoc nostro exemplari desideratur.* In folio minori..... II. G. 20.

—— Alia editio. *Post VII. folia complectentia Rubricas, et errata* etc. etc. *folium VIII. vacuam priorem paginam exhibet, et in secunda excuditur* Ioannis Andreae episcopi Aleriensis ad Paulum secundum Venetum pontificem maximum epistola, *quae ex Romana editione, superius descripta, sumpta est. Opera incipiunt sequenti folio, et titulo huic subjacent:*

L. COELII LACTANTII FIRMIANI DIVINARUM INSTITUTIONUM ADVERSUS GENTES DE FALSA RELIGIONE. LIBRI PRIMI PRAEFATIO AD IMPERATOREM CONSTANTINUM. Nephythomon *ultimum obtinet locum voluminis, eique subnectuntur verba Typographi:* Impressum Venetiis per Magist4 Theodo4 de Ragazonibus de Asula. Anno incarnationis domini. M.CCCC. LXXXX. Vigesimo primo mensis Aprilis. Registrum hujus operis *tandem adcedit.*
In folio..... II. G, 12.

—— Exemplar alterum..... II. G. 13.

—— Exemplar tertium..... II. G. 17.

—— Alia editio. *Post septem folia continentia Tabulas rubricarum, et erratorum* Lāctantii, *in medio primae paginae folii octavi leguntur sequentia verba:* Lactantii Firmiani De divinis institutionibus libri septem: De Ira Dei: Et Opificio hoīs cum Epithomon eiusdem Foeliciter Incipiunt.. *In secunda pagina ejus folii habentur testimonia Scriptorum de* Lactantio, *quibus monitum praefigitur:* Quomodo legendi sint libri Lactātii. *Opera incipiunt nono folio recto a titulo uncialibus presso typis. In fine operis:* Lactantii Firmiani in Ephythomon tractatus finit. Impressum Venetiis per Vincentium benalium. Anno incarnationis Dimini (sic). M.CCCC.LXXXXIII. Vigesimo secundo mensis Marcii. *Adcedit* Registrum huius operis. In folio..... II. G. 11.

—— Exemplar alterum..... II. G. 14.

—— Alia editio, *in qua reperitur* Apologeticus Tertulliani *excusus ad calcem* operum Lactantii. *Prima pagina haec verba continet:* Lactantii Firmiani de divinis institutionibus Libri septem. Ejusdem de Ira dei ad Donatū. De opificio dei et formatione hominis ad Demetrianū. Carmina ejusdem de foenice et dè die resurrectionis dominicae. Nephitomon ejusdē. Itē Tertulliani Apologeticus adversus gētes perquādiligentissime castigati ac nuper impressi. *In postica facie incipit Tabula, quam excipiunt errata per* Raudensem *collecta. Adcedunt de* Lactantio *Scriptorum testimonia, quibus praefixum est monitum, supra notatum. Opera incipiunt quinto folio recto, postque* Nephytomon excuditur. I. SPTIMI (sic) florentis Tertulliani Apologaeticus adversus gentes; *quo absoluto Typographi, et impressionis indicium hoc pacto reperitur:* Impressum Venetiis cura et expensis Nobilis viri Domini Octaviani Scoti Modoetiensis

Digitized by Google

M. CCCCLXXXXIIII. Quinto Idus Octobris. Per Bonetum Locatellum. *His subnectuntur* Tabula Tertulliani, Registrum, *et* Octaviani Scoti *signum alibi notatum.* In folio..... II. G. 15.

—— Alia editio. *Priores tredecim paginas occupant rubricae* librorum Institutionum, *cum erratis per* Antonium Raudensem collectis. *Post duas vacuas paginas folio septimo averso occurrit* Ioannis Andreae episcopi Aleriensis ad Paulum secundum Venetum pontificem maximum epistola, *desumpta ex editione Romana, supra citata. In sequenti folio opus incipit subjectum titulo, ut in praecedenti editione, uncialibus formis excuso. Ad calcem operis habentur verba:* Lactantii Firmiani in Ephytomon tractatus finit. Impressum Venetiis per Simonem Bevilaquā papiensem, Anno incarnationis dñi. M. cccc. l. xxxxvii. Die quarto Aprilis. *Sequitur* Registrum hujus operis. In folio..... II. G. 18.

Lactantii Placidi. Epitome Fabularum Ovidii. *Extat cum libris* Metamorphoseon. *Vide* Ovidii.

—— Commentaria in libros Thebaidos Statii. *Extant cum* Statii *textu. Vide* Statii.

Ladislai Regis Hungariae. Oratio ad Nicolaum V. *Extat cum* Margarita poetica Alberti de Eyb. *Vide* Eyb.

Laertii Diogenis. *Vide* Diogenis.

Laeti Pomponii. Historiae Romanae compendium. *In principe libelli pagina verba haec impressa extant:*

ROMANAE HISTORIAE COM-
PENDIUM AB INTERITU
GORDIANI IUNIORIS
USQUE AD IUSTI
NUM · III
PER
POMPONIUM LAETUM
CUM PRIVILEGIO

In folio secundo recto PRAEFATIO *incipit, quam inscribit* FRANCISCO BORGIAE EPISCOPO TEANEN. ET PONTIFICALIS AERARII PRAEFECTO POMPONIUS LAETUS. *Incipit lib. I. folio tertio, cui titulus praecedit, iisdemque constans verbis, quibus ille paginae primae adlatus, ultima linea dempta, pro qua nomina occurrunt* BALBINUS PUPIENUS. GORDIANUS. *Ad calcem historiae legitur* FINIS; *deinde sequitur* POMPONII VITA, *cujus auctor ex nuncupatoria hac epigraphe innotescit:* M. ANTONIUS SABELLICUS. M. ANTONIO MAUROCENO EQUITI SALUTEM. *Folia tria, et paginae fere dimidium* Vita *occupat, cui* Finis *subscribitur; exindeque,* Domici (sic) Palladii Sorani Tetrasticon.

Digitized by Google

Hic iacet exigua Lactus Pomponius urna:
Cujus honos merito pulsat utrūq3 polum.
Laetus erat Romae vates sublimis: et idem
Rhetor: nunc Campis laetior Elysiis.
Omnes sunt duerni

Impressum Venetiis per Bernardinum Venetū Anno Dñi. M. ccccIxxxxix. Die XXIII. Aprilis. *Codicis Possessor notavit:* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento. In 4.° ..... XIX. F. 34.

—— Alia editio, *quae praecedentem quodammodo imitatur. Ad calcem dempto Tetrasticho, idem Typographus notavit:* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno Dñi. M. cccc. Die xii. Decēb. *Signum Typographi adcedit, alibi notatum.* In 4.° ..... XIX. F. 19.

—— Grammaticae Compendium. *In primo folio averso extat Praefatio sub epigraphe:* POMPONIUS LAETUS RANALIO CANONICO PATAVINO, *cum hexasticho in fine:*

Noscere romanae quivis primordia lingue (sic)
Huc fuge polliceor me duce doctus eris:
Prima rudimenta et puerili aetate calores
Ostendo: exiguo pervia facta pedi.
Unde cito poteris contingere sacra maronis
Tangere dulciloqui vel ciceronis opus.

Incipit absque ullo titulo hoc pacto: GRAMMATICE (sic) est ars etc. etc. *Ad calcem legitur tetrastichon:*

Iamque petit finem pueris sacer iste libellus
Cum sit pro pueris tam brevis esse cupit.
Una manus capiet totum puerilis: habebit
Ipse tener nullum pergrave pondus hylas.

Sequitur conclusio, et excusatio ad laudatum Ranalium, *quae desinit linea tertia penultimae paginae, cui subditur* FINIS, *ac deinceps typographica nota hujusmodi:* Venetiis Per Baptistam de Tortis. M. CCCC lxxxiiii. die ultimo Martii. In 4.° ..... IX. A. 25.

—— Commentarium in librum Columellae de cultu hortorum, *sub nomine* Iulii Pomponii Fortunati. *Extat cum textu* Columellae. *Vide* Scriptores rei rusticae.

—— De Magistratibus et Sacerdotiis. *Extat hoc opusculum cum* Modesti *scripto* de re militari. *Vide* Scriptores rei militaris.

—— Commentaria in lib. I. et II. Oratoriarum Institutionum Quintiliani. *Extant cum* Quintiliani *textu. Vide* Quintiliani.

—— Epistolae duae ad Angelum Politianum. *Extant cum Operibus* Politiani, *nimirum in* lib. I. Epistolarum. *Vide* Politiani.

Digitized by Google

Lafranchini Christophori Veronensis Iurecōsulti Oratio Ad Illustrissimū Principem et dominū dominū Nicolaū Trono Serenissimum Venecia4 ducē pro re. puplica (sic) Veronesi (sic) habita. *Oratio absolvitur folio VII. averso, linea VII. dein subjungitur :* MUNERIS OBLATIO. Et quoniam mos est Dux Serenissime novos hos principes novo quodam munere īsignire donareq3 Ea propter nomīe fidelissime tue illius civitatis veronēsis munus tibi offerimus pollicemurq3 postea pro tuc majestatis voto disponendum erogandumq3.

Acta nono, Kl. februarii. M. cccc. lxxii. In 4.°..... XII. B. 6.

Haec ultima verba, quum impressionis notitiam revera haud contineant, nemo putet nos ab iis ductos ad Saeculum XV. retulisse hanc editionem; sed quum tota oeconomia typographica non omnino aliena videatur ab anno 1472. ipsam in hoc Catalogo describendam censuimus. Characteres nitidi, et elegantissimi moduli hujusmodi editionis in lineas 23. proquavis integra pagina tributi, amplum satis locum marginibus praebent. Signaturis, custodibus, et numeris foliorum destituitur volumen, quod litteram initialem spatio tantum indicatam habet. Diphthongus *ae* expressa aliquando visitur sub littera *e*; si vero quadratae litterae in illa occurrant, soluta habetur, ut diphthongus *oe*, quemadmodum in pluribus paginis expertus sum. Distinctionis signa puncto simplici, ac duplici exprimuntur, interrogationis vero nota minime adparet. Celebrioribus Bibliographis, quos consulere potui, editio haec non innotuit, imo et ipsa oratio, adeo ut perrara judicari possit.

Lamento di Pisa. *Primo folio recto excuditur titulus,* El lamento de Pisa con la risposta, *cui subditur tabula xylographica repraesentans civitatem* Pisae; *nam in inferiori parte ipsius tabulae legitur* PISA. *In parte aversa ipsius folii incipit Poemation nullo praevio titulo, cujus primi versus;*

Pensando et rimembrādo eldolce tēpo
et lhonorate pompe et grandi honori etc.

Circa finem secundae columnae folii tertii recti Finisce illamēto di pisa: comīcia la risposta, *quae terminatur folio quarto averso linea tertia. Deinde legitur :* Finito ellamento di Pisa con la risposta. impresso in Venetia per Mattheo da Parma. *His subnexa est alia Tabella xylographica, quae Pontificem quemdam exhibet, in throno sedentem, virorum ecclesiasticorum coetu stipatum.* In 4.°..... XII. B. 46.

Sine nota Chronologica. Editionem hanc penes Bibliographos praecipuos mihi haud reperire contigit. *Fineschius pag. 33.* qui recenset editiones omnes *Ripolitanas*, de hoc opusculo sic scribit: *Nell' anno 1481. fu stampato un libretto intitolato il Lamento di Pisa: di questa operetta, che fu terminata d' imprimere il di 10 Novembre ne hò veduto un esemplare nella celebre libreria Laurenziana.* ecc. *Mattheus da Parma*, aliter *de Codeca*, sive *Capcasa Venetiis* impressit ab anno *1482.* ad *1495.* quapropter dicendum praesentem editionem posteriorem esse Ripolitana quam describit *Fineschius.* Ex linearum 38. rudi ac inaequalis characteris latini complexione integra fit columna quaevis hujus voluminis, custodibus, numeratione foliorum, et signaturis carentis.

Lamolae Ioannis. Oratio de omnium artium et scientiarum laudibus. *Extat cum* Alberti de Eyb Margarita poetica. *Vide* Eyb.

Lampridii Aelii. Vitae Commodi Antonini, Antonini Heliogabali, Diadumeni

Digitized by Google

Antonini, et Alexandri Severi. *Extant cum aliis* Scriptoribus Historiae Augustae. *Vide* Scriptores Historiae Augustae.

Lanaei Iacobi. Commentaria in Comoediam Dantis Aligherii. *Extant cum* Comoedia Dantis, *quae Commentariis tum* Lanaei, *tum* Benvenuti de Imola *ac aliorum explanatur. Vide* Dantis.

Lancilotti Decii. *Vide* Decii.

Landini Christophori. Disputationes Camaldulenses. *In primo folio verso haec extant verba:*

LIBRO PRIMO DE VITA ACTIVA
ET CONTEMPLATIVA:
LIBRO SECUNDO DE SUMMO BONO.
LIBRO : III : : IIII : ALLEGORIE IN VIRGILIUM.

Opus incipit in tertia pagina cum epigraphe rubro colore excusa: CHRISTOPHORI LANDINI. FLORENTINI AD ILL. FEDERICUM PRINCIPEM URBINATUM (sic) DISPUTATIONUM CAMALDULENSIUM. LIBER PRIMUS. DE VITA CONTEMPLATIVA ET ACTIVA. FELICITER INCIPIT. *Opere integre absoluto legitur tantum:* FINIS. DEO GRATIAS. AMEN. *Huic subditur Possessoris subscriptio charactere subalbido ms. scilicet,* Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento. In 4.°..... VII. A. 21.

Pulcherrima haec editio, notis typographicis destituta, pertinere videtur ad *Nicolaum de Alemagna* Typographum Florentinum; at uti autumant *P. Laire Ind. tom. I. pag. 148.* et *Debure N.° 4047.* circa annum 1480. prodiit. Chartae qualitas peroptima a nitore rotundi characteris minime discrepat. In quavis pagina, dummodo nullum intercedat spatium, habentur 31. lineae. Dictiones graecae desunt, earumque calamo supplendarum gratia spatia reliquit Typographus, qui omisit pariter custodes, et foliorum numeros. Signaturae existunt litteris, et numeris romanis expressae, et initiales in spatiis supplentur parvis typis.

—— Alia editio. *In prima pagina occurrunt verba:* Quaestiones Camaldulenses Christophori Landini Florentini ad Federicum Urbinatum Principem = Quaestionum Camaldulensiū. De vita activa et contemplativa. Liber primus = Quaestionum Camaldulensiū. De summo bono. Liber secundus = Camaldulensium disputationum Christophori Landini in. P. Virgilii Maronis Allegorias. Liber tertius = Camaldulensium disputationum Christophori Landini In. P. Virgilii Maronis Allegorias. Liber quartus. *Opus incipit tertia pagina, praevia inscriptione uncialibus litteris, ut in praecedenti editione, excusa, sed nigro charactere, ad* Fridericum Principem Urbinatem, *et his verbis imponitur finis volumini.* Quaestionū Camaldulensiū Christophori Landini florētini Quarti et ultimi libri Finis. Cum Privilegio. In folio..... VII. A. 14.

Haec editio, pariter typographicis notis destituta, defectum habet numerationis foliorum, et custodum signaturae vero alphabetica elementorum serie, et romanis numeris exprimuntur. Impressor usus est typis rotundis, iisque implevit numerum 40. linearum in paginis integris; initialesque xylographicae florentes sunt; in textu vero desunt dictiones graecae.

*

Digitized by Google

—— Formulario de epistole vulgare (sic) missive e responsive et altri fiori de ornati parlamenti allo excelso et illustrissimo principe signore Hercule da esti dignissimo duca di Ferrara : composto p CHRISTOPHORO LANDINI citadino di Firenze : dignissimo comentatore di Danti (sic) E prima elprohemio. *Is titulus occurrit in principio operis, quo absoluto,* Incipiunt suprascriptiones et subscriptiones litterarū missivarū, *quae quatuor foliola occupant. Ad calcem ultimi folii aversi post* Registro *legitur typographica nota:* Explicit Formulario de Epistole missive e responsive et altri fiori de ornati parlamenti. Impresso nella alma et inclita cita de Gayeta per mi A. F. 1487. In 4.° parvo... XI. B. 24.

Libellum hunc sex foliorum fasciculis constantem rarissimum esse docet cl. *Audiffredus in Specim. Hist. Crit. Edit. Ital. pag. 106.* qui scripsit : *Prae manibus habui hunc libellum ; quem propter iniquum ejus pretium acquirere nolui.* Character, gallo-francus est, et non contemnendus. Siglas A. F. quibus nomen suum indicavit Typographus, designare *Andream Fritag*, qui deinde *Romae* impressit, et inter cetera anno 1492. hoc ipsum opusculum, nullus plane dubito.

—— Alia editio, *in qua idem titulus reperitur, quem in praecedenti notavimus. Post formularia epistolarum, sequuntur* suprascriptiones et subscriptiones literarum missivarum, *quae quatuor occupant folia, et in ultimo folio recto habetur* Registrum Chartarum (sic) *et ad calcem hujus legitur:* Impressit Rome Eucharius silber: al's Franck. In 4.° parvo..... X. B. 7.

Audiffredus in Catal. Hist. Crit. Rom. edit. pag. 408. Denis in Suppl. pag. 600. Panzer tom. 2. pag. 540. in recensione hujusmodi editionis, haud memorant *Registrum chartarum* et subscriptionem *Eucharii Silberii*, quae in ultimo folio recto habentur; quapropter autumare licet eorum exemplar defectum habuisse hujuscemodi ultimi folii. Editionis enim ab ipsis evulgata descriptio adamussim nostrae convenit, quam etiam non immerito tribuunt laudato Typographo *Euchario Silbero*, quamque volunt circa annum 1490. exaratam.

—— Commentaria in Q. Horatii Flacci opera, *in qua praeterea habentur* Acronis, Porphyrionis, *et* Antonii Mancinelli Commentaria. *Extant cum* Horatii *textu. Vide* Horatii.

—— Commentaria in P. Virgilium Maronem. *Extant cum* Virgilii *operibus, et* Servii, *et* Antonii Mancinelli *commentariis. Vide* Virgilii.

—— Commentaria italica in Comoediam Dantis Alighierii, et in eamdem prolegomena. *Extant cum Comoedia. Vide* Dantis.

—— Versio in Italicam linguam Historiae Naturalis C. Plinii Secundi. *Vide* Plinii.

—— Versio in linguam Italicam e latina Sphortiadis, sive Commentariorum Ioannis Simonetae de rebus gestis Francisci Sphortiae Ducis Mediolanensis. *Vide* Simonetae.

Landivii. *Vide* Laudivii.

Landriano Bernardini de. Summaria, et Additiones primae parti Lecturae Abbatis Panormitani super libro primo Decretalium. *Extant cum opere Panormitani. Vide* Tudeschis Nicolai de.

Digitized by Google

—— Postillae in secundam partem Abbatis Panormitani super libro primo Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Additiones primae parti Abbatis Panormitani super secundo Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Additiones secundae parti Abbatis Panormitani super secundo Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Additiones tertiae parti Abbatis Panormitani super secundo Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Glossae in lecturam Abbatis Panormitani super tertio Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Glossae in ultimam partem Abbatis Panormitani super quarto, et quinto Decretalium. *Vide* Tudeschis.

Landulfi Archiepiscopi Amalphitani. Quaestiones super secundū sententiarū. *Praecedit* Tabula questionū; *in cujus fine :* Explicit Tabula questionū super secundū sententiarū scdū fratrem Landulfum de Neapoli Sacre theologie doctorem. De ordine fratrum minorum. *Ad calcem* voluminis *haec tantummodo occurrunt verba :* Explicit liber secundus sup sententias scdm̄ fratrem Landulfum de Neapoli sacre theologie doctorem de ordine fratrum minorum.
In folio..... XI. A. 9.

De hac editione, notis typographicis prorsus destituta, vide, quae supra innuimus Tom. I. pag. 272. 273. in articulo *Elysii Ioh.*, in quo extat excusa, et compacta.

Lange Godfridi. Oratio Scholastica in commendatione Hertnidi de Lapide Vniversitatis (N) Rectore. *Extat cum* Margarita poetica Alberti de Eyb. *Vide* Eyb.

Lanfranchi de Oriano de Brixia. *Vide* Oriano.

Lapi de Castelhovo. Allegationes Subtiles. *Praecedit* Tabula *octo foliorum, quorum ultimum in aversa pagina est album. Titulus in prima columna folii noni inscribitur :* Allegatiões Subtiles. I. U. Doctoris Dñi Lapi dº Castello. *Circa medium primae columnae folii ultimi recti hoc pacto habetur notitia typographica :* Finis Allegationū eximij Dñi Lapi de Castelhovo Vtriusq3 iu. doc. famosissimi Mediolani Impressarum per Uldericum scinzenzeler. Opera et impensa Magistri Iohannis de Lignano. Anno Dñi. M. cccclxxxviii. die. viii mensis februarij. Laus Deo. In folio. *Extant excusae, et compactae cum operibus* Signorelli de Homodei, *et* aliorum..... VII. C. 37.

—— Alia editio. *In prima voluminis pagina legitur :* Allegationes Lapi. *Tabula incipit in folio primo recto, et desinit folio septimo averso. Titulus operis habetur in summitate primae columnae folii octavi hoc pacto inscriptus:* Solemnissime ac putiles allegatiões : Excellētissimi p̄clarissimiq3 iuris utriusq5 doc. Dñi Lapi de castelho. feliciter incipiunt. *Ad calcem secundae columnae folii 62. opus terminatur cum inscriptione :* Finis Alle. eximij Dñi Lapi de

Digitized by Google

Castelho. vtriusq. iu. doc. famosissimi. Venetiisp Paganinū de paganinis Anno Dñi Mccccxcviij. die. xxvij. mēsis Iulii. *His subditur Registrum.*

In folio majori..... VI. C. 16.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula quatuordecim foliorum, nulla praemissa inscriptione, et ad calcem secundae columnae folii XIV. aversi:* Explicit tabula sup alloibus (sic). D. Lapi. *In sequenti folio opus ipsum incipit hoc pacto:*

Allegatio prima de appellationibus
(I) N hac allegatione
facit tria aut quatu
or dubia Primum

Ad calcem primae columnae folii C. recti opus sic finitur:

lin. 56 capituli ipsius plebis sic dico et consu
57 lo Ego paulus de liezarl de Bonoñ. de
58 creto4 doctor faciens meū consuetum
59 sigillum apponi. Finis alle. lapi
SIXTUS RIESSINGER

In folio majori ..... XI. D. 1.

Maximam hujus editionis raritatem, pulchritudinemque indicant *Panzer. Tom. IV. pag. 382.* et *Audiffredus pag. 166.* ubi recenset hoc idem opus *Romae* excusum anno 1474. a *Ioanne Reinhardo Allegationes*, sic enim scribit, *sunt CXXXII., et totidem quoque continet magnifica, et rarissima editio Neapolitana Sixti Riessingeri.....quaeque utrum prior, an posterior sit hac Romana, definiri non potest, quod omni temporis nota caret.* Procul dubio ad primordia typographicae artis *a Riessingerio Neapolim* advectae pertinet. Typis enim plane singularibus excusa est, nec romanis, nec gallofrancis, inaequalibus tamen, ita quidem, ut sculpti potius, quam fusi videantur; qui quum duplicem columnam impleant in quavis pagina, occupant in utraque lineas 62. Charta plurimum candet; et soliditate, ac levigata superficie commendatur. Signaturis, custodibus, et numeratione foliorum margines amplissimi carent omnino. Initiales caeruleas Illuminator adpinxit in 14. foliis Tabulae; in opere vero quasdam principes insigniores reddidit eodem colore. Extat Exemplar nostrum optime conservatum, tanquam recens e praelo.

Lapi Iunioris. Versio latina ex graeco Plutarchi Vitarum Romuli, Lycurgi, Numae Pompilii, Solonis, Publicolae, Themistoclis, Camilli, Periclis, Phocionis, Artaxersis, Catonis iunioris, et Arati. *Extant cum aliis* Plutarchi Vitis, *ex diversorum* interpretatione. *Vide* Plutarchi.

Largelata Petri de. Libri sex chirurgiae. *Prima pagina est alba, in secunda Epistola nuncupatoria adest, cujus epigraphe:* Mattheus moret⁹ Brixieñ. artiū et medicīe doctor: prudenti viro magr̄o Bn̄dicto Ianuēsi salutē dic̄. *Index librorum, et capitum incipit in tertia pagina, qui quatuor implet folia. Opus titulo praeditum folio sexto initium sumit:* Incipit liber primus Ciurgie (sic) magistri petri de la cerlata de bōnia artium et medicine doctoris. *Ad calcem operis legitur:* Finit liber sextus et ultimus. Finis c̄ itaq3 toti⁹ operis chirugie:

Digitized by Google

quod edidit prestantissimus artiū et medicine doctor. D. Magister Petrus de Argellata Bononieñ. Ipsūq3 diligenter emēdavit eximius artium et medicine doctor. D. Magist⁹ Mattheus Moretus Brix. Impressitq3 vir prudens Magister Benedictus Genuensis. Ad laudem omnipotentis. Anno domini. 14. 80. Die vō 9. mensis Augusti. Venetiis. *Deinde majoribus characteribus*, Laus Deo. *In sequenti pag. occurrit* Registrum. In folio ..... IX. E. 4.

—— Exemplar alterum ..... IX. G. 13.

—— Exemplar tertium ..... IX. G. 1.

—— Alia editio. *In prima pagina haec habentur:* Cirurgia magistri Petri de Largelata. *In secunda nihil reperitur; opus in tertia incipit, cujus titulus:* Incipit liber ꝑmus Cirugie magistri petri de largelata de bononia artium et medicine doctoris. *In fine legitur:* Prestantissimi artium et medicine doctoris magistri Petri de Largelata chirurgie finis. *Deinde*, Venetiis mādato et expēsis Nobilis viri Dñi Octaviani Scoti Civis Modoetiēsis. Octavo Kalendas Martias. 1497. Per Bonetū locatellū Bergomēsem. *Sequitur Tabula, quae quinque fere paginas complectitur, ultima occurrit cum Registro, eique subnectitur* Octaviani Scoti *signum, alibi notatum.* In folio ..... IX. G. 15.

Lascaris Constantini. Grammatices graecae epitome. *Praecedunt Praefatio graeca* Demetrii Cretensis, *qui editionem recognovit, ejusdemque versio latina.* Grammatica *incipit in folio tertio recto, praeviis hisce verbis:* ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΜΕΡΩΝ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΤΙΝΩΝ ΑΝΑΓΚΑΙΩΝ ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΛΑΣΚΑΡΕΩΣ ΤΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ. Περι διαιρεσεως των γραμματων βιβλιον πρωτον. *Post* Grammatices compendium *extant quaedam excerpta ex* Tryphone Grammatico de passionibus dictionum. *Ad* Operis *calcem latino idiomate haec notavit Typographus:* Mediolani Impressum per Magistrum Dionysium Paravisinum. Mccccl xxvi. Die xxx. Ianuarii. In 4.° ..... XII. D. 24.

Editio princeps; omniumque primus graecis characteribus impressus liber, et quidem integer, ac proinde rarissimus. Laudem, si non parem, saltem proximam, post *Germaniam*, sibi jure vindicare potest *Italia*. In *Germania* Ars primum inventa fuit, et tentata; sed latinas solas excoluit literas; necdum enim graecas sciebant perfecte Typographi; quas licet operibus quibusdam latinis immiscere tentaverint infeliciter Moguntini, felicius et meliori successu *Sublacenses*, *Romani*, et *Veneti*; codex tamen totus graeco sermone nunquam fuit impressus. Hinc *Michael Maittairus* in *Annalibus Typographiae Tom. I. pag. 34.* commendans praestantiam et raritatem hujus operis, ait: *Librum integrum graece excusum, hoc antiquiorem non novi. Character est venustus, mediocri inter majorem et minorem forma; quali postea An. 1499. Suidae Lexicon ibidem* impressum prodiit: *quaecunque fere hactenus graecis typis donata lucem viderunt, fragmenta tantum quaedam fuerunt a latinis Scriptoribus allegata, et ipsorum operibus inspersa, ac adeo deformes sunt typi isti, ut legi non possint.*

—— De nomine et verbo libri tres grammatices graecae compendium. *Titulus praefigitur opusculo* Κωνσταντινου Λασκαρεως του βιζαντιου προοιμιον του περι ονοματος, και ῥηματος τριτου = βιβλιου. *Ad calcem epilogus Auctoris extat, in quo permulta habentur ad historiam literaturae graecae pertinentia, eoque absoluto* Τελος *legitur.* In 4.° minori ..... XII. A. 3.

Digitized by Google

Hujus opusculi mentionem facit *Maittairus Tom. I. pag. 767.* et *Bandinius* in *Catalogo Codd. graec. Bibl. Laurent. Tom. II. pag. 470.* qui suspicatur ipsum particulam esse editionis Mediolanensis; de qua superius dictum est. Sed aliter viro eruditissimo visum esset, si cum illa editione opusculum nostrum conferre potuisset; quum non tantum ab eo charta, charactere, aliisque toto caelo distet, sed primam tantum *grammatices* partem contineat Mediolanensis editio. Ex editionibus posterioribus ab *Aldo Manutio* curatis, de quibus inferius, adparet opusculum hoc tertii libri compendium esse. Paginae integrae lineas continent 31. Libellus constat foliis 20., sed primum, duoque extrema destituuntur impressis notis. Signaturae cum numeris partim arabicis, partim romanis occurrunt, sed nullo pacto custodes, et foliorum numeri.

—— Alia editio, *cum versione latina* Ioannis Monachi Placentini. *Prima pagina vacua est, in secunda legitur perbrevis epistola latina cum inscriptione:* Bonus Accursius Pisanus Viro Clarissimo Julio pomponio salutem plurimam dicit. *In secundo folio recto opus incipit, quod in latina versione titulum hunc praesefert in summitate secundae columnae:* COMPENDIUM ORATIONIS PARTIUM ET ALIORUM QUORUNDAM NECESSARIORUM EDITUM A CONSTANTINO LASCARIS BYZANTIO. *Ad calcem secundae columnae ultimi folii recti latino idiomate occurrit typographica nota hisce expressa verbis.* Hoc divinum opus impressum est Vīcentiae per Magistrum Leonardum de basilea. xviii. Kalendas Julii M. cccclxxxviii. et interpretatū per Venerabilē virū utriusq3 līguae doctissimū et Optimū Johannem Monachum Placentinum. In 4.° ..... XII. A. 3.

—— Alia editio, *pariter graece, et latine. In prima pagina insunt verba:*

In hoc libro haec Continentur.
Costantini Lascaris Erotemata cū interpretatione latina.
De līris graecis ac diphthōgis et quēadmodū ad nos veniat.
Abbreviationes quibus frequentissime graeci utuntur.
Oratio Dominica et duplex salutatio Beatae Virginis.
Symbolum Apostolorum.
Evangelium Divi Joannis Evangelistae.
Carmina Aurea Pythagorae.
Phocilidis viri sapientissimi moralia. Omnia suprascripta habent e regione interpretationem latinā deverbo ad verbū.

Sequitur in parte aversa ejusdem folii epistola, cujus inscriptio: Aldus Manutius Romanus studiosis S. D. *Hanc excipit in postica pagina secundi folii Textus graecus, et in altero folio Textus latinus, qui titulum gerit.* COMPENDIUM OCTO ORATIONIS PARTIUM ALIO4 QUORUNDAM NECESSARIO4 EDITUM A COSTANTINO LASCARI BYZANTIO. *In fine hujus compendii, folio scilicet 140.*

FINIS CUM DEO
SANCTO
DE SPI
RITIB⁹.

Digitized by Google

et in parte aversa hujus ultimi folii, quod est quartum fasciculi cum signatura S. *legitur:* Finis Compendii octo orationis partium et aliorum quorundam necessariorum Constantini Lascaris Byzantii viri doctissimi optimiq3. Impressum est Venetiis sūmo studio: litteris ac impensis Aldi Manucii Romani. Anno ab inCarnatione Domini nostri JESU Christi. m.cccc.lxxxxiiii. Ultimo Februarii. et DEO gratias. *Haec subscriptio sex lineis absolvitur. Sequuntur tres alii fasciculi cum signaturis* A. B. C., *et hi continent Epistolam* ALDI Manucii Romani ad Studiosos, *cum reliquis supra notatis opusculis. In fine:* FINIS cum Deo Phocylidae Carminum. *In aversa pagina legitur breve monitum, deinde*

VALETE. VENETIIS. M.
CCCC. LXXXXV.
OCTAVO
MARTII

Sunt omnes quaterni usque ad S duernum. Tres item reliqui quaterni.
In 4.° ..... XVII. G. 3.

Editio rarissima, et primus ex *Aldi* officina liber, qui notam anni habeat; nisi dicere velimus, eum etiam omnium primum.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina folii primi notantur, quae in volumine continentur, hoc pacto:* Constantini Lascaris Byzantini de octo partibus orationis Liber Primus = Ejusdem de Constructione Liber secundus = Ejusdem de nomine et verbo Liber tertius = Ejusdem de pronomine secundum omnem linguā, et poeticū usum opusculum = Haec omnia habent e regione latinam interpretationem ad verbum fere propter rudes, ita tamen ut et amoveri, et addi possit pro cujuscumq3 arbitrio = Cebetis tabula et graeca et latina, opus morale, et utile omnibus, et praecipue adolescentibus = De Litteris graecis ac diphthongis et quēadmodū ad nos veniāt = Abbreviationes, quibus frequentissime graeci utuntur = Oratio Dominica et duplex salutatio ad Beatiss. Virginem = Symbolum Apostolorum = Evangelium divi Joannis Evangelistae = Carmina Aurea Pythagorae = Phocylidis Poema ad bene beateq3 vivendum = Omnia haec cum interpretatione latina = Introductio perbrevis ad hebraicam linguam. *In postica facie ejusdem folii habetur Epistola, cuius inscriptio:* Aldus Manutius Ro. Angelo Gabrieli Patritio Veneto. S. P. D. *et in tertia pagina alia Epistola occurrit ejusdem* Aldi ad Lectorem. *In aversa pagina ejusdem folii opus incipit primum a versione latina, et textus graecus est in pagina sequentis folii, atque hac methodo opus ad umbilicum perducitur. Titulus in versione latina sic legitur:*

COMPENDIUM OCTO ORATIONIS PARTIUM ET
ALIO4 QUORUNDAM NECESSARIO4 EDITUM
A CONSTANTINO LASCA
RE BYZANTINO

Digitized by Google

Absolutis libris I. et II. post vacuam paginam occurrit alia Epistola Aldi Manutii Rom. ad Lectorem ; *dein post tres albas paginas incipit liber tertius titulo huic subiectus :* CONSTANTINI LASCARIS DE NOMINE ET VERBO LIBRI TERTII. LATINA INTERPRETATIO PER ALDUM RO. AD GRAECAM LITERARUM RUDIUM UTILITATEM. *Expleta hac secunda parte, in qua* Cebetis Tabula *invenitur, occurrit Epigramma, graece, et latine* Scidionis Carteromachi

Constantini ediscens multiformem artem
Age grāmaticae et tu latine in summū
Nō reph̄esio filios līguae olī circa adoptatos
doctū graeco4 cōia parentem laborare

Venetiis apud Aldū nō sine privilegio ut et in aliis. *Sequuntur* de literis graecis, ac diphthongis etc. etc. etc. *ac alia opuscula in prima operis pagina indicata, et post* Introductionem perbrevem ad hebraicam linguam *occurrunt tres paginae,* Quae inter imprimendum evenere errata, *continentes. Adcedit deinde graece et latine* Ordo quaternionum si separatum latinū a graeco fore placuerit; *nam hujusmodi methodo* Aldus *hanc secundam* Lascaris gramaticae *editionem impressit, et post haec alius* Ordo quaternionū si latinum graeco inserere voluerit. In 4.° ..... XVII. G. 4.

Editio haec sine mentione anni e typographia *Aldi* prodiit: est tamen rarissima, et maximi a Bibliophilis habetur. Clar. *Ant. August. Renovard.* in *Annales de l'imprimerie des Alde Tom. II. pag. 201.* de anno hujusmodi editionis, sic autumat: *Cette seconde edition d' Alde, est certainement imprimée entre les années 1501. et 1503. parce que le titre de ce livre, tres détaillé sur le Catal. d' Alde de 1503, annonce a la fin* » Introductio ad Hebraicam linguam » *et que cette introduction n' étant ni dans l' édition de 1494. ni mentionée dans le Catalogue de 1498, ou cétte première edition de Lascaris est annoncée avec non moins de detail, il en resulte nécessairement que l' edition annoncée sur le Catalogue de 1503 est, non pas celle de 1494. qui n' a pas l' introduction, mais la suivante, sans date, ou cette piéce se trouve.*

Latini Pacati Drepanii. *Vide* Pacati.

Laude Oldrali de. Consilia. *Praeit* Tabula, *quae est foliorum sex, et sequentem titulum gerit :*

(I) NCIPIT HIC TABULA QUAE
TIONUM (sic)

Folio septimo recto primum incipit Consilium, absque ullo titulo, his verbis, (I) N NOMINE Domini Amen. In Causa Eboracen. attendendū est q^{9} cū multi ꝛə uarii p^{9}cessus facti fuerint etc. etc. *Ultimo notitia haec typographica subiacet :* Finis consilio4 eximii utriusq3 iuris pr̥ofessoris Oldradi de Laude Rome impressorum p^{9} magistrum Adam Rot. Meten. diocesis Anno Salutis M.cccc.lxxii. Sub Sixto IIII. Pontifice maximo. In folio majori..... VI. F. 10.

Digitized by Google

Laudes B. V. Mariae. *Vide* Laurentii Richardi.

Laudivii Equitis Hierosolymitani. De vita S. Hieronymi. *Titulus in aversa pagina folii primi sic legitur:*

LAUDIVIUS. EQUES HIEROSO
LYMITANUS. AD FRANCINUM
BELTRANDUM. BARCHINONE
NSEM. DE VITA BEATI HIERON
YMI.

In calce: Finis uite Hieronymi per Laudiviū equitem hierosolomitanum editi millesimo. quadringentesimo. septuagesimo quinto. die vicesima secunda novembris. in alma urbe roma. In 4.° parvo ..... XII. A. 48.

Sine nomine Typographi, quem *Audiffredus* autumat pag. 200. fuisse *Udalricum Han.*

—— Exemplar alterum ..... XIII. A. 52.

—— Alia editio. *Titulus in fronte primae paginae sic legitur:* LAUDIVIUS Eques Hyerosolimitanus ad Franscinum (sic) Beltrandū Bachinonensem (sic) de uita Beati Hieronimi. *Ad calcem:*

ET' SIC EST FINIS.

In 4.° minori ..... XIII. B. 13.

Sine notis typographicis; sed *Romana* est praesens editio charactere latino rudiusculo *Gensbergii* impressa, ut *Audiffredus* observat *pag. 389.* Integrae paginae hujus opellae absolvuntur lineis 30. Signaturae, custodes, foliorum numeri, et initiales minime occurrunt, totusque libellus constat foliis decem.

—— De Laudibus Sapientiae. *Titulus in prima pagina occurrit hoc pacto:* LAUDIVII equitis hierosolimitai (sic) d⁹ laudibus sapientie ac virtutis exhortatio, ad. d. Malitiam Caraffam. *Ad calcem tantummodo legitur* FINIS.
In 4.° minori ..... XIII. A. 52.

Eodem charactere *Gensbergii* impressa est haec opella, quo superius notata *Vita S. Hieronymi*, pariter sine Signatura, Custodibus, et foliorum numeris, et tota absolvitur quinque paginis, et fere dimidium alterius.

—— Versio latina Epistolarum Mahummedis II. Turcarum Imperatoris ex idiomatibus Syro, Graeco, et Scythico. *Vide* Mahummedis.

Laurentiani Laurentii. Versio latina ex graeco libri Aristotelis Perihermenias. *Vide* Aristotelis.

—— Versio latina Aphorismorum Hippocratis, et Commentariorum Galeni in eosdem. *Vide* Hippocratis.

Digitized by Google

Leoniceni Nicolai. Libellus de Epidemia, quam uulgo morbum Gallicum vocant. *Is titulus in prima pagina occurrit. In secundo folio habetur Nuncupatoria sic inscripta:* Nicolai Leoniceni uincentini in librum de epidemia, quā itali morbum gallicum vocant, ad illustrem virum Ioānem Franciscum mirandulensem Concordiae comitem praefatio, *quae terminatur in postica pagina. Opusculum incipit in tertio folio a titulo*: De Epidemia quam Itali morbum gallicū Galli vero Neapolitanum vocant Nicolai Leoniceni Vincentini liber. *Ad calcem folii XXVIII. recti pro notitia typographica legitur:* Venetiis In domo Aldi Manutii. Mense Iunio. M. iii. D. *Aversa pagina est alba, et in sequenti folio, quod est ultimum, prima pagina continet* Correctiones in quaternionibus, *et secunda* Corrigenda in extractis in margine.

In 4.° ..... XVII. G. 35.

Liber admodum rarus fuse descriptus *Freytag in adpara. litterar. Tom. III. pag. 341.* et a *Renouard Annal. de l' imprim. des Aldes Tom. I. pag. 19.*

—— De Plinii et aliorum in medicina erroribus liber. *Praemittitur Epistola* Angeli Politiani ad Nicolaum Leonicenum, *cuius initium:* Angelus politianus Nicolao leoniceno sal. d. Dictata illa tua Nicolae quibus Avicēne refellis inscitiā docesque medicos iuniores quāta in caligine rerū versent⁹. etc. etc. *in qua epistola maxime queritur, quod ille* Plinium *quasi* Cisthum pro hedera *acceperit, perperam redarguat, Plinïique patrocinium suscipit, atque male illi imputatos errores diluere plurimis conatur. Data est Epistola* Florētie die. iij. Ianuarij. M.cccc.lxxxxj. *Hanc excipit opusculum ad* Politianum *directum, et titulo subditum:* Nicolai Leoniceni de Plinij et pluriū aliorum in medicina erroribus liber ad doctissimū uirum Angelum Politianum. *Ad calcem haec habentur:* Plinii ac plurium alio4 auctorum qui de simplicibus medicaminibus scripserūt. Errores notati ab Excellentissimo artiū et medicine doctore. d. magistro Nicolao Leoniceno vicētino. Impressi Ferrarie per magistrū Laurentium de valentia et Andream de castronovo socios. die xviij. Decembris. anno domini 1492.

In 4.⁸ ..... VII. B. 12.

De hac editione vide *Baruffaldium della Tipografia Ferrarese pag. 80. Pandulphus Collenuccius Pisauriensis* multis ac eruditis verbis refutare *Accusationem Leoniceni*, ac *Plinium* defendere studuit. Defensio ista *tom. I.* huius catalogi pag. 208. recensita reperitur.

—— Exemplar alterum ..... VII. B. 21.
—— Exemplar tertium ..... VII. B. 80.
—— Exemplar quartum ..... VIII. B. 81.
—— *Ejusdem* Epistolae tres ad Angelum Politianum. *Extant cum* Politiani *Operibus in lib. II.* Epistolarum. *Vide* Politiani.

Leoniceni Omniboni. De octo partibus orationis liber. *Praemissa est Nuncupatoria sub hac epigraphe rubro colore excusa:* AD ILLUSTREM MAGNANIMUMQUE PRINCIPEM DOMINUM FEDERICUM DE GONZAGA

Digitized by Google

MARCHIONEM OMNIBONUS LEONICENUS. *Desinit aversa pagina linea XII. hisce verbis :* VALE FELIX. *In sequenti folio opus incipit nullo praevio titulo, et ad calcem ultimi folii aversa prius leguntur verba :* Benigno Deo Gratias, *dein*, Omniboni Leoniceni Vīcentini. V. Clarissimi De Octo Partibus Orōnis Liber Per Iacobū Gallicum Impressus Anno Graē. M. cccclxxiii. Nicolao Marcello Duce Venetia4.

In 4.^{8} ..... XII. B. 27.

Editio princeps celebrata a *Maittairio pag. 392. Morellio in Catal. Pinell. Tom. III. pag. 261.* et *de Bure Tom. I. pag. 48.*

—— Alia editio. *Praemittitur, ut in praecedenti editione, Epistola nuncupatoria, cujus inscriptio nigro colore excusa est. In ultimo folio verso legitur :* FINIS. M. CCCC. LXXIIII. DIE. XIIII. MENSIS. IANUARII. PATAVII.

In 4.° ..... XII. A. 60.

Sine nomine Typographi. Editio eximiae venustatis, ac raritatis, vixque cognita.

—— Commentaria in Lucanum *sine textu. In primo folio verso incipit :* M. Annei Lucani Vita ex Commentario Antiquiss., *quam excipit* Ex dimidiato codice particula ad poetae huius vitam pertinens sumpta. *Adcedit quod* Apud Cornelium Tacitum legitur. *Opus incipit tertio folio recto, eique praefigitur titulus :* Omnibonus Vincentinus in Lucannum. (sic) *Ad operis calcem legitur :* τελος *dein hoc epigramma !*

Egreditur phaebi subiturus templa sacerdos
Invide ne noceas : quid nocuisse iuvat ?
Graecae dulce decus linguae : famamq3 latinae :
Omnibonum posset quis celebrare satis ?
Nam nodos omnes solvit Ciceronis : opusque
Quid sibi vult docuit quintiliane tuum.
Hoc falso scripsisse ferunt iuvenilibus annis
Perlege : digna senis cognitione leges.
Non in Lucanum quicquam quod dignius extet
Ex hoc ni rapiant : saecula nostra dabunt.
Addidit autorum Coradinus nomina : nilque
Sustulit Omniboni quo minuatur honos.

Tandem typographica notitia hoc pacto : Venetiis. M. CCCC. Lxxv. xii. Kalendas. Augusti. Existente Venetiarum Duce Petro Mocenico.

In folio minori ..... X. G. 34.

Editio princeps, quam *cl. Mittarellus pag. 115.* tribuit *Vindelino de Spira*, uti revera adparet ex forma characteris latini, quo ipse *Vindelinus* utebatur.

—— Aliae editiones *extant cum textu* Lucani. *Vide* Lucani.

Digitized by Google

Leoniceni Nicolai. Libellus de Epidemia, quam uulgo morbum Gallicum vocant. *Is titulus in prima pagina occurrit. In secundo folio habetur Nuncupatoria sic inscripta:* Nicolai Leoniceni uincentini in librum de epidemia, quā itali morbum gallicum vocant, ad illustrem virum Ioānem Franciscum mirandulensem Concordiae comitem praefatio, *quae terminatur in postica pagina. Opusculum incipit in tertio folio a titulo*: De Epidemia quam Itali morbum gallicū Galli vero Neapolitanum vocant Nicolai Leoniceni Vincentini liber. *Ad calcem folii XXVIII. recti pro notitia typographica legitur:* Venetiis In domo Aldi Manutii. Mense Iunio. M. iii. D. *Aversa pagina est alba, et in sequenti folio, quod est ultimum, prima pagina continet* Correctiones in quaternionibus, *et secunda* Corrigenda in extractis in margine.
In 4.° ..... XVII. G. 35.

Liber admodum rarus fuse descriptus *Freytag in adpara. litterar. Tom. III. pag. 341.* et a *Renouard Annal. de l' imprim. des Aldes Tom. I. pag. 19.*

—— De Plinii et aliorum in medicina erroribus liber. *Praemittitur Epistola* Angeli Politiani ad Nicolaum Leonicenum, *cuius initium:* Angelus politianus Nicolao leoniceno sal. d. Dictata illa tua Nicolae quibus Avicēne refellis inscitiā docesque medicos iuniores quāta in caligine rerū versent⁹. etc. etc. *in qua epistola maxime queritur, quod ille* Plinium *quasi* Cisthum pro hedera *acceperit, perperam redarguat, Plinìique patrocinium suscipit, atque male illi imputatos errores diluere plurimis conatur. Data est Epistola* Florētie die. iij. Ianuarij. M.cccc.lxxxxj. *Hanc excipit opusculum ad* Politianum *directum, et titulo subditum:* Nicolai Leoniceni de Plinij et pluriū aliorum in medicina erroribus liber ad doctissimū uirum Angelum Politianum. *Ad calcem haec habentur:* Plinii ac plurium alio4 auctorum qui de simplicibus medicaminibus scripserūt. Errores notati ab Excellentissimo artiū et medicine doctore. d. magistro Nicolao Leoniceno vicētino. Impressi Ferrarie per magistrū Laurentium de valentia et Andream de castronovo socios. die xviij. Decembris. anno domini 1492.
In 4.⁸ ..... VII. B. 12.

De hac editione vide *Baruffaldium della Tipografia Ferrarese pag. 80. Pandulphus Collenuccius Pisauriensis* multis ac eruditis verbis refutare *Accusationem Leoniceni*, ac *Plinium* defendere studuit. Defensio ista *tom. I.* huius catalogi pag. 208. recensita reperitur.

—— Exemplar alterum ..... VII. B. 21.
—— Exemplar tertium ..... VII. B. 80.
—— Exemplar quartum ..... VIII. B. 81.
—— *Ejusdem* Epistolae tres ad Angelum Politianum. *Extant cum* Politiani *Operibus in lib. II.* Epistolarum. *Vide* Politiani.

Leoniceni Omniboni. De octo partibus orationis liber. *Praemissa est Nuncupatoria sub hac epigraphe rubro colore excusa:* AD ILLUSTREM MAGNANIMUMQUE PRINCIPEM DOMINUM FEDERICUM DE GONZAGA

Digitized by Google

MARCHIONEM OMNIBONUS LEONICENUS. *Desinit aversa pagina linea XII. hisce verbis :* VALE FELIX. *In sequenti folio opus incipit nullo praevio titulo, et ad calcem ultimi folii aversa prius leguntur verba :* Benigno Deo Gratias, *dein*, Omniboni Leoniceni Vīcentini. V. Clarissimi De Octo Partibus Orōnis Liber Per Iacobū Gallicum Impressus Anno Graē. M. cccclxxiii. Nicolao Marcello Duce Venetia4.

In 4.^{8} ..... XII. B. 27.

Editio princeps celebrata a *Maittairio pag. 392, Morellio in Catal. Pinell. Tom. III. pag. 261.* et *de Bure Tom. I. pag. 48.*

—— Alia editio. *Praemittitur, ut in praecedenti editione, Epistola nuncupatoria, cujus inscriptio nigro colore excusa est. In ultimo folio verso legitur :* FINIS. M. CCCC. LXXIIII. DIE. XIIII. MENSIS. IANUARII. PATAVII.

In 4.° ..... XII. A. 60.

Sine nomine Typographi. Editio eximiae venustatis, ac raritatis, vixque cognita.

—— Commentaria in Lucanum *sine textu. In primo folio verso incipit :* M. Annei Lucani Vita ex Commentario Antiquiss., *quam excipit* Ex dimidiato codice particula ad poetae huius vitam pertinens sumpta. *Adcedit quod* Apud Cornelium Tacitum legitur. *Opus incipit tertio folio recto, eique praefigitur titulus :* Omnibonus Vincentinus in Lucannum. (sic) *Ad operis calcem legitur :* τελος *dein hoc epigramma !*

Egreditur phaebi subiturus templa sacerdos
Invide ne noceas : quid nocuisse iuvat ?
Graecae dulce decus linguae : famamq3 latinae :
Omnibonum posset quis celebrare satis ?
Nam nodos omnes solvit Ciceronis : opusque
Quid sibi vult docuit quintiliane tuum.
Hoc falso scripsisse ferunt iuvenilibus annis
Perlege : digna senis cognitione leges.
Non in Lucanum quicquam quod dignius extet
Ex hoc ni rapiant : saecula nostra dabunt.
Addidit autorum Coradinus nomina : nilque
Sustulit Omniboni quo minuatur honos.

Tandem typographica notitia hoc pacto : Venetiis. M. CCCC. Lxxv. xii. Kalendas. Augusti. Existente Venetiarum Duce Petro Mocenico.

In folio minori ..... X. G. 34.

Editio princeps, quam *cl. Mittarellus pag. 115.* tribuit *Vindelino de Spira*, uti revera adparet ex forma characteris latini, quo ipse *Vindelinus* utebatur.

—— Aliae editiones *extant cum textu* Lucani. *Vide* Lucani.

Digitized by Google

—— Commentarium in M. T. Ciceronis libros de Oratore, *sine* textu. *Secunda pagina Voluminis haec in fronte verba exhibet.*

Oratio Omniboni Leoniceni: de Laudibus eloquentiae: Quantum admirationis.

Praefatio eiusdem in. M. Tullii oratorem ad. Q. fratrem. Quātum. Ciceronis Orator.

Commentarium eiusdem in eundem Oratorem ad. Q. fratrem. Cogitāti mihi

In secundo folio recto: CLARISSIMI: ET ELOQUENTISSIMI Rhetoris Omniboni Leoniceni Oratio de Laudibus eloquentiae foeliciter incipit. *Haec quarto folio recto desinit, et in quinto recto* PRAEFATIO EJUSDEM IN MARTII (sic) TULLII ORATOREM *inchoatur, quae VII. linea sexti folii terminatur. Post vacuam paginam,* OMNIBONI LEONICENI RHETORIS CLARISSIMI IN MARCI Tulii (sic) oratorem ad. Q. fratū cōmēntarium foeliciter incipit. *Opere integrā absoluto legitur* DEO GRATIAS. *Postmodum vero,* FINIS Commētarii Omniboni Leoniceni Rhetoris Prestātissimi: In. M. Tullii Oratorem. quod Vicentiae non minus accurate est emendatum: q⁹ diligenter impressum. Anno Salvatoris. M. CCCC. LXXVI. Vndecimo Cal⁹. Iañ. Xisto Summo ponti. Atq⁹ Andrea Vendramino Venetia4 Principe optimo. In folio minori..... X. G. 33.

Sine nomine Typographi, quem *Leonardum Basiliensem* libere dicimus; uti evincimus ex perfecta characterum similitudine, et impressionis oeconomia, qua laudatus Typographus anno 1474. ibidem *Dita Mundi de Fazio* impressit. *Facciolus* tamen hanc editionem adumbrat, sed perperam adserit, auctoritate *Orlandii*, et *Fabricii*, hoc volumen libros de *Oratore* continere, et loci indicio destitui, quamvis inter Vicentinas incerti typographi recenseat. Aliter sane visum fuisset erudito viro, si *Maittairii Annales*, vel editionem ipsam conspexisset.

—— Exemplar alterum ..... XII. C. 6.

—— Aliae editiones *extant cum textu* Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

—— Commentarium in Ciceronis Opusculum de Amicitia. *Extat cum* Ciceronis *textu.* Vide Ciceronis.

—— Commentarium in Valerium Maximum. *Extat cum* Valerii Maximi *textu. Vide* Valerii Maximi.

—— De arte metrica. *In summitate primae paginae legitur:* OMNIBONI LEONICENI VINCENTINI LIBELLUS DE ARTE METRICA. *Ad calcem:* Impresum (sic) Venetiis per Maximū de butricis papiensem. M. cccc. lxxxxi. die vero xviiii. Augusti. *Extat hoc opusculum excusum, et compactum cum aliis* Francisci Maturantii, *et* Nicolai Perotti, *de quibus inferius.*
In 4.° minori ..... IX. B. 15.

—— Versio Opusculorum S. Athanasii contra Arianos, *et* Gentiles. *Vide* S. Athanasii.

Leonico Nicolai, *et* Omniboni de. *Vide* Leoniceni.

Leonis Baptistae Alberti. *Vide* Alberti.

Digitized by Google

S. Leonis Papae. Sermones et epistolae, *quibus praefixa est* Ioannis Andreae. Episcopi Aleriensis. Ad summum Pontificem. Paulum ii. Venetum. Epistola, *qua in aversa folii primi pagina, linea xxviii., absoluta, immediate* Sequuntur Rubricae totius operis per ordinem: *hae vero in prima folii tertii pagina linea xxxv. terminantur; aversa vacua est; folio dein quarto* Sermo *primus sine titulo incipit his verbis:* (L) Audem domini loquatur os meū. *Post* Sermonem xvi. *reperitur* epistola S. Leonis ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum. *Ad calcem* Sermonum *extat* TRACTATUS BEATI LEONIS PAPE CONTRA HERESIN EUTYCHETIS HABITUS ROME IN BASILICA SANCTE ANASTASIE; *quem sequuntur aliae iv.* Epistolae. *Adcedit* Symbolum Nicenum, *quod excipiunt* Testimonia de Libris Catholicorum PP. a S. Leone excerpta. *Ad calcem nil Typographus excudit.*
In folio..... XIII. F. 11.

Editionem hanc, quam Bibliographi omnes vetustissimam, rarissimamque vocant, *Cl. Audiffredus pag. 46.* refert ad annum *1470.*, et inter primas *Ioannis Philippi de Lignamine* recensendam esse jure statuit. Typis rotundis, luculentissimisque excusa est, papyro mundae, ac albae impressis. Integrum opus constat foliis 158, in quibus custodes, signaturas, et foliorum numeros minime inveni. Lineae 35. singulas paginas integras perficiunt, et amplum marginibus spatium relinquunt. Titulorum pars major imprimitur uncialibus formis, reliqui desunt: initiales ab Illuminatore variis coloribus, spatiis a Typographo relictis insertae sunt, at margines principis paginae idem Illuminator coloribus, auroque adfabre exornavit.

—— Exemplar alterum ..... II. I. 22.

—— Alia editio. *In secundo folio recto incipit* Ioannis Andree. Episcopi Aleriensis: Ad summum Pontificem Paulum. ii. Venetum: Epistola. *Hanc* Rubricae *sequuntur, quae in tertii folii prima pagina terminantur. Post vacuam paginam* Sermones *incipiunt, quorum primo haec sunt praefixa verba:* Beati Leonis Papae de assumptiōne (ic) sua ad pontificatū gratia4 actiōis Sermo Prīus. *Haec ad voluminis calcem post verbum* FINIS *inveni:* Divi Leonis papae viri eloquētissimi ac Sanctissimi Sermones Lucas venetus Dominici filius Librariae artis p'itissimus solita diligentia īpraessit Venetiis anno salutis. M. CCCC. LXXXII. Septimo idus Augusti. *Pagina adcedit, quae* Registrum *continet.*
In folio minori..... II. E. 7.

—— Exemplar alterum..... II. C. 2.

—— Alia editio. *Epistola* Aleriensis, *et cetera, ut in editione praecedenti adparent, et ad calcem:* Divi Leonis Pape viri eloquentissimi ac Sanctissimi Sermōes Andreas Parmēsis soziis (sic) artis impressorie solita diligentia impressit Venetiis anno Salutis. M. cccc. lxxxv. quinto Nōn Martii. *In ultima pagina voluminis reperitur* Registrum. In folio minori ..... I. E. 24.

—— Exemplar alterum ..... II. E. 18.

—— *Italice. Operi praeeunt folia minime numerata, in quibus continentur I.* PROHEMIO DI PHILIPPO DI BARTHOLOMEO CORSINI CITTADINO FIORENTINO SOPRA DE SERMONI DI BEATO LEONE PAPA DI LINGUA LATINA IN TOSCANA DALLUI TRADOCTI. *II.* EPISTOLA DI GIOVANNI ANDREA VESCOVO ALERIENSE A PAULO II. SOMMO

Digitized by Google

PONTEFICE IN COMMENDATIONE DI SANCTO LEONE PAPA. *III. Allocutio* Marsilii Ficini *ad Lectores cum hoc lemmate:* MARSILIO FICINO FIORENTINO PLATONICO LEGGENDO QUESTO LIBRO SIVOLSE A-CLIALTRI LECTORI CON QUESTE PAROLE. L AGNELLO di dio etc. etc. *IV.* Seguitano lerubriche ditutta lopera ñ ordine. *Sermonibus* S. Leonis, *sive eorumdem primo praeit hujusmodi inscriptio:* SERMONE PRIMO DI BEATO LIONE PAPA AL PONTIFICHATO DI RENDERE GRATIE ADDIO DELLA SUA ASSUMPTIONE. *Ad calcem Epistolarum legitur,* FINIS; *postmodum vero*: Impresso in Firenze adi. xxi di Maggio M. CCCC. LXXXV. In folio minori..... II. C. 3.

Editio valde nitida, optimo charactere Romano, (quem *Laerius Miscomino* tribuit) praefulget: pagina integra 34. lineis constat, sine signaturis, custodibus, et registro; sed numeri plagularum tantummodo extant, et locum obtinent, quem signaturae obtinere solent; sunt autem hi I.—— CLVVIII. post quem tamen duo alia sequuntur folia, quorum primum rectum operis finem cum adducta subscriptione continet.

—— Exemplar alterum..... II. C. 12.

Leonis Petri Vercellensis. Leonaea, *sive* Orationes, Epistolae, *et* Epigrammata. *Praecedit stemma gentilitium Auctoris ligno inciso in prima pagina; in secunda sequitur ejusdem epistola sub epigraphe:* PETRUS LEO VERCELLENSIS: REVERENDISSIMO AMEDEO ROMAGNANO SANCTI SALUTORIS (sic) ABBATI: ET ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS: ATQUE EXCELLENTISSIMI KAROLI IOANNIS AMEDEI SABAVDIE DUCIS CANCELLARIO DIGNISSIMO: ET BENEMERITO. SALUTEM DICIT PLURIMAM. *Epistola terminatur in postica pagina ad lineam xvii. secundi folii. Dein* Orationes, Epistolae, et Epigrammata *incipiunt in tertii folii prima pagina, cujus margines eleganti xylographico ornatu decorantur. Ad calcem:* Finis Leonaee: cui si q̄d erroris: vel mutatiõe litterarum inest: Invide non autori: sed Impresoribus id a scribe (sic): edita mediolani: et impressa p̄ Magistrum Gulielmum Signarre Gallicum. Regnante divo Ludovico Sfortia Angelo Duce Invictissimo: Anno Dñi MccccLxxxxvj. die xxvij. Iulii. *Huic adcedit Epistola, quam mittit* Petrus Leo Vercellēsis. Venerabili Dño Presbitero Antonio Berzeto ex Burontii nobilibus, auream, *ut ipse ait*, Tertulliani epistolam de vita aeterna, *quae sic incipit:* Beata est vita, cum id, quod hominibus optimum est, habetur et amatur etc. etc. *In fine:* DEO GRATIAS.
In 4.° minori..... X. B. 14.

Rarissimam appellat hanc editionem *Saxius in historia literario-typographica Mediol. pag. 599.* quique recte observat, loquens de epistola *Tertulliani* supra citata, *aut Tertullianus alter ab Africano est, cui adscribitur haec Epistola, aut eadem dici debet suppositia, cum in ea nominentur Chrysostomus, Gregorius, Bernardus, qui quam longe ab Africani aetate sint, nemo non videt.*

Leontii Episcopi Neap. in Cypro. Pars. iv, Vitarum SS. PATRUM. *Extat cum P. I. II. III. etc. ejusdem operis. Vide* Vitae SS. Patrum.

Digitized by Google

Lepidi Marci. Epistolae duae, *quarum altera ad* M. T. Ciceronem, *altera ad* Senatum, populum, et plebem Romanam. *Extant cum* Ciceronis epistolis ad familiares, lib. X. *Vide* Ciceronis.

—— Cum commentariis Ubertini Clerici Crescentinatis; Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

Lesbii Mysilii. De Origine Italiae, et Turrenorum. *Extat hoc opusculum in Collectione* Annii Viterbiensis, *sive* Ioannis Nanii. *Vide* Nanii.

Lesina Simone da, Prete. Specchio della salute; *Adcedit* Esposizione sopra la Simonia. *In primo folio recto praefigitur titulus operi, hoc pacto:* Opereta molto salutifera laquale se chiamera spechio de la salute. Ne la quale se trata de Invisibil baptismo del spiritu facto el quale solo signore dio administra de cielo p̄ si medesimo Ali soi obedienti. E de piu misterij divini i quali sono insieme conligadi necessarij cognoscer a tutti li xp̄iani p̄ la salute di loro scripti in lo evangelio de san zuane Al tertio capitulo comēza in questo mō dicēndo: *Ad calcem folii xxx. recti legitur:* Dicta opereta e le exponida p̄ venerabel homo miser pre Simon dalesena et īpressa in venecia p̄ Bernardino da novara del M. cccc. lxxxvi. a di. x. del mese di mazo (sic). *Sequitur* Registro. *Post vacuam paginam in sequenti folio sub alio signaturarum ordine incipit* la expositiō de la Simonia dechiarada supra la scriptura Sācta. *Circa medium VIII. folii recti opusculum terminatur cum hac subscriptione:* Dicta opereta ele exponida p̄ venerabel homo miser pre Simon delesine et īpressa in venecia p̄ Bernardino da novara del M. cccc. lxxxvi. adi. x. del mese di marzo. *Adcedit* Registro. In 4.° minori ..... XIII. D. 24.

Levi Ben Gerson. Commentarius in Pentateuchum, *hebraice. Vide quae de hoc opere innuimus in Tom. I. pag. 76. Art.* Biblia.

Levi Salomonis. *Vide* S. Maria Pauli de.

Leutolphi de Saxonia. *Vide* Cartusiani Ioannis.

Leuwis Dionysii de. *Vide* Rickel Dionysii.

Lexicon Latinum. *Vide* Dictionarium.

Digitized by Google

L I

Libanii Rhetoris. Epistolae graece. *Extant in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum.

Libellus 'dans modū legendi abbreviaturas in utroq3 iure. *Sic enim legitur in summitate primae columnae folii primi recti. Adcedit* Index, *seu* Registrum *materiarum in praecedentem tractatum. In calce legitur tantum*, Deo gratias.
In folio minori..... VI. F. 20.

De hoc opusculo vide, quae in *Tom. I. huius Catalogi pag. 425.* dicta sunt in Articulo *Iuris variorum tractatuum collectio*, cum qua extat excusum et compactum.

Libellus de mirabilibus Civitatis Putheolorum, et locorum Vicinorum. *Vide* Elysii Ioannis.

Liber sextus decretalium. *Vide* Bonifacii Papae VIII.

Libro chiamato Fior di virtu. *Vide* Spoleto F. Cherubino.

Libro chiamato Fiore novello. *Vide* Fiore novello.

Libro di Lazaro, Marta, e Maddalena. *Vide* Vita.

Licinii Bernardi. *Vide* Lycinii.

Licio Roberti de. *Vide* Caraccioli.

Liconiensis Roberti. *Vide* Lincolniensis.

Lignamine Ioannis Philippi de. Incipit Cronica (sic) summorum Pontificū Imperatorumq3: ac de septē aetatibus mūdi ex. S. Hieronymo Eusebio aliisq3 viris eruditis excerpta. *Is titulus occurrit in fronte operis*; *praecedit Nuncupatoria*, *quam mittit ipse* Ioannes Philippus de Lignamine Messanen. Sixto. IIII. Summo Pontifici, *quae est foliorum vii. Ad calcem operis*: Romae in domo Nobilis viri Ioannis Philippi de Lignamine Messanen. S. D. N. familiaris hic libellus impssus ē. Anno dñi Mcccclxxiiii. die xiiii. mēsis Iulii Pont. Sixti. IIII. anno eius tertio.
In 4.º parvo..... XII. A. 8.

—— Alia editio, *cui praecedit idem titulus, quem in superiori editione notavimus. Ad calcem Typographus notavit:* Hic libellus Impressus est Rome p^{r} Magist^{r} Iohannem Schurener de Bopardia Anno a Nativitate domini nostri Iesu xpristi (sic) millesimo quadrigentesimo septuagesimo sexto die sabbati decima Mensis Februarii Pontificatus Sixti pape quarti Anno eius V.

Digitized by Google

In 4.º..... XII. B. 67.
—— Exemplar alterum..... XII. A. 18.

Lilii Zachariae. Opuscula, *quae in primae paginae fronte hoc pacto indicantur:*

IN HOC VOLUMINE CON
TINENTUR III LIBRI

Primus Liber De origine et Laudibus scientiarum.
Secundus liber. Contra Antipodes
Tertius liber de miseria hominis et contemptu mundi.
Quartus liber de generibus ventorum
Quintus liber Vita Caroli Magni.

Folio verso Nuncupatoria imprimitur epistola, quae huic inscriptioni subiacet: Sebastianus Ciafferus Florētinus Canonicus Regularis Reverendo in Christo patri Domino Galeacio Bentivolo Apostolicae sedis prothonotario Salutem in domino sempiternam. *Primo libro, sive opusculo titulus praecedit hoc modo expressus:*

ZACHARIAE LILII VICENTINI CANONI
CI REGULARIS AD VENERANDUM
PATREM SACRIS LITTERIS ET
PRUDENTIA CLARUM. D. GA
BRIELEM VICENTINUM CON
CANONICUM DE ORIGINE ET
LAUDIBUS SCIENTIARUM LIBER
INCIPIT.

Ad calcem hujus libri capitulorum ejusdem series extat. Secundo opusculo praefigitur Epistola Auctoris ad Augustinum Papiensem Canonicum Regularem, *cui opusculum idem inscribitur, ut ex titulo adparet. Librum tertium* de miseria hominis, et contemptu mundi *Auctor dicat* Matthaeo Bosso Veronensi Concanonico, *et ad calcem hujus auctorum laudatorum elenchus legitur. Huic adcedit Auctoris epistola* Ioannidonato Canonico Vicentino *inscripta. Postrema opuscula, scilicet,* quartus, et quintus libri *in nostro exemplari desiderantur; ac propterea deest etiam Typographica nota. Discimus enim ex hujusmodi operis descriptione tradita ab* Audiffredo in specimine Histor. Crit. Italic. Edit. pag. 348, *quae cum nostra adamussim convenit, ipsum fuisse* Florentiae Impressum. Per Ser Franciscū Bonaccursium Impensa vero et sumptibus ser Petri Pacini de Piscia. Anno salutis M. cccc. lxxxxvi. *Profecto haec nota, juxta laudatum* Audiffredum, *nec non et* Fossium Tom. II. pag. 80., *habetur ad calcem quinti opusculi. Quum itaque hic liber a Compactore nostri Exemplaris non fuerit additus praecedentibus; quumque aliam editionem hujus operis, praeter Florentinam, nunquam Bibliographi noverint, merito censemus Exem-*

Digitized by Google

plar nostrum esse mutilum, atque per laudatam integram editionem restituendam.

In 4.° minori..... IX. B. 31.

—— Orbis Breviarium, *sive* Compendium alphabeticum provinciarum, regionum, insularum, ac peninsularum. *Praecedit Auctoris Praefatio cum hac inscriptione.* ZACHARIAS LILIUS VICENTINUS CANONICUS REGULARIS MATTHAEO BOSSO VERONENSI CONCANONICO PATRIO SUO OPT. AC VENERAN. P. S. IN DOMINO. *Praefationem hanc excipit Epistola* Matthaei Bossi, *cum epigraphe:* MATTHAEUS BOSSUS VERONENSIS CANONICUS REGULARIS ZACHARIAE LILIO DULCISS. FRATRI ET CONCANONICO PL. IN CHRISTO AETERNAMQ. SAL. *Quae quidem Epistola tertio folio recto desinit in linea xix. Pagina, quae huic adhaeret, ornamento xylographico est praedita, quod hunc operis titulum includit.*

ZACHARIAE LILII
VICENTINI
CANONICI
REGULA
RIS OR
BIS BRE
VIARIUM
FIDE COM
PENDIO, OR
DINEQ. CAP
TU AC MEMO
RATU FACILLIMUM
FOELIX ET GRATUS LEGITO

In quarto folio recto opus incipit a Prooemio; et in fine haec verba notata exhibentur:

FINIS
IMPRESSIT

Florentiae Antonius Minominus
Anno Salutis. M. CCCCLXXXXIII.
Nonis Iuniis.

Adcedit Index, in quo Vrbes celebriores quae in hoc libro continentur.

In 4.° minori..... XII. B. 26.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 46.

—— Alia editio. *Praecedit Epistola Auctoris, ut in ea, quae superiori descripta est, quam excipit alia Epistola* Bossi *cum epigraphe, pariter litteris uncialibus excusa, quae in linea xviii. folii tertii recti terminatur. In aversa pagina extat xylographicus ornatus, in cujus medio legitur:*

Digitized by Google

ZACHARIAE LILII VICENTINI
CANONICI REGULARIS OR
BIS BREVIARIUM ORDI
NEQ. CAPTU AC
MEMORATU
FACILLIMUM
FOELIX ET
GRATUS
LEGI
TO

Opus incipit a Praefatione in quarto folio recto : opere absoluto legitur, FINIS. *Adcedit Index quatuor foliorum, et post IV. lineas secundae columnae ultimi folii aversi typographica nota his verbis exponitur :* Zachariae lilii Vicentini Canonici regularis : de situ orbis liber explicit quē exactissima īpressit diligentia Ayolphus Cantonus Mediolanēnsis. Neapoli Anno Salutis M. cccc. lxxxxyi. Idus November. *Typothetae symbolum subnexum est, alibi a nobis notatum.* In 4.° minori ..... XI. B. 10.

Editio elegans, pulcherrima, valde rara, et a paucissimis visa.

—— Alia editio, *cujus prima pagina continet titulum :*

ZACHARIAE LILII VICENTINI OR
BIS BREVIARIUM, FIDE COM
PENDIO ORDINEQ. CA
PTU, AC MEMORA
TU FACILLI
MUM, FELIX ET gratus legito

Huic subditur epigramma cum inscriptione :

Donatus Zerbus, ioanni petro
Pheretrio Rhavenn Gaudere.
Europam atq3 Asiam, Libyam, tum flumina montes
Oceanus uarios ut dirimat Populos,
Insula quos portus, fontes quasdeniq3 sylvas
Quas urbes habeat terra, uel imperia,
Omnia Zachariam doctis pinxisse pagellis
Cernis, Apellea sic uenus in Tabula,
Perlege, Suspicias, Lili mirare libellos
Carpe rosas Pheretri, Lilia cum uiolis.

In folio averso occurrit Auctoris Epistola, et dein altera Bossi, *ambae cum inscriptionibus, typis uncialibus impressis, ut in descripta prima editione :*

Digitized by Google

quibus absolutis in folio tertio recto linea xv. post albam paginam, incipit Nuncupatoria Editoris Epistola cum epigraphe: PETRUS CHALcedonius venetus. M. ANTONIO SABELLICO Aetatis Nostrae decori FAELICITATEM *In sexto folio recto opus incipit a prooemio, eoque absoluto* FINIS *legitur. Adcedunt* Index urbium celebrium quae in hoc codicillo habentur, *et Registrum, sive ut adpellatur,* Opusculi huiusce Regimen.
In 4.° minori ..... XIX. F. 18.

Absque notis typographicis. Ex epistola Nuncupatoria Editoris discimus editionem hanc ad *Ioannem*, et *Gregorium de Gregoriis Forolivienses*, Venetos typographos pertinere; legitur enim: *Qua de re ne eius manes*, (scilicet *Lilii* jam defuncti) *expectatione quam de me conceperant frustrer eas* (vigiliolas) *in enchiridii forma redigi iussi forliviensibusq3 nostris inter municipes impressorios solertissimis, ut suis speciosissimis typis eas informarent etc. etc.* Editio est sine custodibus, et foliorum numeris, exhibet tamen scapos signatos litteris, arabicisque numeris. Typis rotundis ipsa excuditur, et lineis 30. distinctis in quavis pagina integra. Initiales xylographicae quadratae adparent, ac figuris ornatae.

LINACRI THOMAE. Sphaera Procli e graeco latine versa. *Extat cum libris* Astronomicorum Iulii Firmici. *Vide* Firmici.

LINCONIENSIS ROBERTI, Commentaria Roberti Linconiensis in libros posterio4 Aristotelis. Cum textu seriatim inserto. = Scriptum Gualterij Burloi super eosdē libros Posteriorum. *Laudata verba in prima pagina habentur, majoribus gallo-francis typis excusa; aversa est alba. Titulus operis in summitate primae columnae sequentis folii sic legitur:* Roberti Linconiensis archipiscopi (sic) parisiensis in aristotelis posteriorum analeticorum librum cōmentaria feliciter incipiunt. *Ad calcem:* Finis librorum Aristotelis summi philosophi de analeticis posterioribus: et interpretationibus Linconiensis commentatoris illustris. Ad honorem domini nostri Iesu christi qui est benedictus in secula Amen. *Sub eodem ordine signaturarum, ac foliorum numeratione in sequenti folio incipit* Scriptum excellentissimi doctoris magistri gualteri burlei super libro posteriorum Aristotelis. *Deinde legitur ad calcem secundae columnae folii 35.* Expliciūt oclusiones cum p̄bationibus suis date a magistro Gualterio burleo. Impresse Venetiis sumptib⁹ Nobilis Viri Domini Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Millesimo q̄dringentesimo nonagesimo quarto. Quarto idus novēmbris = Per Bonetum Locatellum Bergomēsem. *In aversa pagina occurrunt* Registrum, *et signum Typothetae satis notum. Post vacuum folium, non interrupta signaturarum serie, in primo columna habetur titulus sequentis operis:* Divi Roberti Linconiēsis super octo libris physico4 brevis et vtilis summa feliciter incipit, *quae terminatur circa medium secundae columnae folii quarti recti, hisce verbis:* Explicit Linconiensis super librū physico4 Aristotelis. *Sequitur Registrum, et dein signum* Octaviani Scoti *Typographi.*
In folio ..... VIII. E. 24.

—— ARISTOTELIS PHILOSOPHORUM PRINCIPIS POSTERIORUM Analetico4 liber primus. et in eum Linconiensis viri pespicacissimi cōmentarii faelicites incipiunt. *Is titulus occurrit in principio primae columnae, cui subduntur versus:*

Digitized by Google

Quisq̄s Aristotel⁹ cupis altos noscē sensus
Hoc lege sepe mei Linconiensis opus.
Et q. te brevitas. q. te oblectabit acumē.
Optabis cineri mollia fata meo.

In ultimo folio averso, linea xiii. secundae columnae opus terminatur cum sequenti conclusione: Finis libro4 Ar. summi pp̄i de Analect. posterioribus et interp̄tationis Linconiensis cōmentatoris illustris. Ad Laudem dei. Parce qui legeris si aliqua minus polita invener⁹ nam ita libros ex omni parte depravatos invenimus vt licuerit hinc inde aucupari sententias. Ideo veniam dabis et errori manū imponas. Vale.

I. R. M. S. N.

In ultimo folio recto occurrit Registrum totius voluminis.

In folio parvo ..... VII. A. 46.

De hac editione vide, quae in Tom. I. pag. 104. hujus catalogi innuimus sub articulo *Boetii*, cum quo extat excusa, et compacta.

Lingonensis Claudii Felicis. Epistola] exhortativa ad Lectores, et laudativa operis Henrici Hosbein in Comm. Ethicae Aristotelis, *et ejusdem* Elegya ad Lectorem. *Extant praefixae huic operi. Vide* Magistri Martini, *et* Hosbein.

Lippii Laurentii. Versio e graeco in latinum Oppiano de piscibus, *hexametris versibus. Adcedunt ejusdem* Lippii Disticha. *Vide* Oppiani.

Liridionis Epistola ad q. Curtium. *Extat cum Epistolis* q. Curtii. *Vide* Curtii.

Livii Titi Patavini. Historiarum Decades III. *ex recognitione, et cum Praefatione* Ioannis Andreae Episcopi Aleriensis *ad* Paulum II. *et* Marcum Barbum S. Marci Cardinalem, *quae occurrit in principio voluminis, cujus initium tale est:* Fausto ac felici solo Urbem tuam, Pater Beatissime, Paule II.; etc. etc. *finis vero:* Honoratasque actiones: transeamus. Vale. *Occupat haec epistola duo priora voluminis folia. Sequitur deinde Epitome omnium* Decadum Livii, *foliorum viginti, quorum postremum aversum exhibet etiam Indicem singulorum librorum Historiae Livianae, qui in volumine continentur, praefixo sequenti titulo.*

PRESENTIS CODICIS HEC
SUNT CAPITA OPERUM

Primo loco in hoc Indice indicatur Epistola Aleriensis. Ad calcem primae Decadis, *quae desinit folio clxv. averso, spatium vacuum XII. linearum relictum est: quo fit, ut opus in duo volumina compingi commode possit, uti compactum est exemplar nostrum.* Decas *secunda, quae tertia est, incipit*

Digitized by Google

folio clxvi, et finitur folio averso ccciii. Decas *tandem tertia, sive quarta, quae incipit folio ccciv. terminatur folio ccccvi. recto sequentibus versibus:*

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cōradus suueynheym: Arnoldus pānàrtzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco maximus ambo
Huic operi optatam contribuere domum.

In folio Tom. II ..... X. I. 12. 13.

Sine nota chronologica quidem, ad annum tamen 1469. referenda haec est editio; quam principem esse, et ante editionem Romanam *Ulderici Galli*, et Venetam *Vindelini de Spira* lucem vidisse, fuse demonstrat *Audiffredus pag. 25. et seqq.* nec non et *Maittairus pag. 283. Quirinus de Opt. Scri. edit.* et *Laire Ind. Tom. I. pag. 45.* Egregium hoc typographicae artis monumentum iis omnibus destituitur, quae in marginibus locum obtinere solent. Lineae 46 elementis rotundis in qualibet pagina integra adsignantur. Initiales, et tituli deerant, sed illae Miniculatoris labore, auro, et coloribus eleganter pictae, hi Calligraphi industria, rubro adhibito colore adcessere.

— Alia editio, *cui nulla praefixa est Editoris Epistola. Praemittitur tamen* Epitoma xiv. Decadum, *quae viginti occupat folia; in quorum postremo averso circa medium charactere majusculo legitur:*

PRESENTIS CODICIS HEC
SUNT CAPITA OPERUM.

Hic est titulus Tabulae, seu Indicis librorum trium decadum; qui Index est linearum XIV. Ad calcem primae Decadis occurrit vacuum spatium XV. linearum: totum opus desinit folio recto cum versibus.

Aspicis illustris Lector etc. etc. etc.
.....
Conradus Suuenheym (sic) Arnoldus Pañartzq3 Magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
In domo Petri de maximis
M. CCCC. LXXII. die
XVI. Julii.

In folio magno ..... XII. I. 15.

Editio tertia Romana. Tituli in hac editione impressi sunt eodem charactere ordinario, quo ipsum opus; nisi quod vox *Liber* modo est charactere majusculo, modo autem ex charactere ordinario. Signaturas, foliorum numeros, custodes, et initiales imprimere neglexit Typographus. Character rotundus nitidusque lineas 46. implet in paginis integris, et marginibus satis amplum relinquit spatium.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praecedit* IO. AN. EPISCOPI ALERIENSIS AD SUMMUM PON. PAULUM II. VENETUM ET MARCUM SANCTI MARCI CARDINALEM EPISTOLA. *Haec cum* Epitome Flori, *quae Auctoris nomen in titulo exhibet, et Tabula capitum, paginas xlv. complectitur; postque vacuam, opus incipit, ac primo,* T. LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO. *Ad calcem hujus decadis, vel primi voluminis* FINIS *legitur; et vacua plagula superest. Secundum volumen tertiam, et quartam Decadem complectitur, et incipit a Praefatione, quae verbis subditur:* T. LIVII PATAVINI HISTORICI TERTIAE DECADIS PRAEFATIO. *Ad calcem hujus, et quartae decadis legitur* FINIS; *sed postremae typographica nota his expressa verbis occurrit:* Has tris (sic) livii decadas Petrus Iustinus philelfus ut amicis q'busdam suis morem gereret: quandiligentissime (sic) recognovit: Impressit autem Mediolani opifex cosumatissimus (sic) Antonius Zarotus opera et impensis Iohannis Legnani Decimo Kalendas Novēbres: Regnantibus Illustrissimis Mediolani Ducibus Bona et Ioanne Galeacio Maria Sphortia. Anno a Natali Christiano Millesimo quadringētesimo octogesimo.
In folio magno Tom. II ..... XX. H. 6. 7.

Deburius hanc quoque editionem praestantissimam, et magni pretii jure adpellat. Typus enim rotundus, nitidissimusque chartae firmissimae adhaeret, et singulis paginis integris 60 linearum congeriem adsignavit Typographus, qui nullam custodibus, et foliorum numeris exprimendis operam impendit. Idem Artifex solertissimus volumina signavit elementis, cum numeris partim romanis, partim arabicis. Initiales omisit, et tantum in secundo volumine Illuminator adfabre eas adpinxit. Tituli uncialibus formis excusi conspiciuntur.

—— Alia editio: *Praecedit* Aleriensis *Epistola cum Epigraphe, ut in praecedenti editione, eique subnectuntur,* Flori Epitome, *et Tabula Capitum, quae xvi. plagulas haud integras complectuntur; nam secundae paginae folii xvi. partem* T. LIVII PATAVINI HISTORICI PRIMAE DECADIS PRAEFATIO *occupat. In fine voluminis* FINIS *primum, deinde legitur:* Has Titi Livii Decades a Luca porro quā diligentissime recognitas. Tarvisi Ioannes Vercellensis impresit (sic) Anno salutis Millesimo quadringentesimo octogesimo quinto. Registrum *his subditur.*
In folio..... XX. H. 8.

—— Alia editio, *cum adnotationibus* M. Antonii Sabellici. *In prima pagina leguntur verba:* T. LIVII DECADES: *sequitur in secunda* Aleriensis *Epistola, quam excipit* Flori Epitome, *cui Tabula, et* T. Livii Praefatio *subduntur. Hisce absolutis adcedunt* M. ANTONII SABELLICI BREVISSIMAE IN LIVIUM ANNOTATIONES LOCIS SUO ORDINE AUT IN INTEGRUM RESTITUTIS: AUT IN FRONTE NE QUID TEMERE OFFENDERETUR BREVI INDICE RELATIS. *Huic tamen praemittitur Epistola sic inscripta:* M. AN. SABELLICIUS. MAGNIFICO ET PRAESTANTI VIRO BENEDICTO CORNARIO PATRITIO VENETO SALUTEM. *Haec omnia viginti foliis constant. Primae paginae partem potissimam figura ligno incisa occupat; inde etiam ipsum opus incipit. In aversa folii ccliii. pagina typographica nota sic extat:* T. Livii patavini Decades expliciunt. Venetiis per Philippum Pin-

Digitized by Google

cium Mantuanum : summa cura : et diligenti studio Impressae. Anno ab Incarnatione domini. M. ccccxcv. iii. nonas novembris. Imperante Serenissimo Augustino Barbadico Venetiarum duce foelicissimo. *His subjecta sunt* Registrum hujus operis, *et Typographi signum rubro colore expressum* (*scilicet Lilium inter litteras* L. A.) *quadrangulo inclusum, quod insigne est* Lucae Antonii Iunctae.

In folio..... XX. H. 9.

Initiales litterae *Epitomae*, et primae librorum florentes sunt ligno incisae : reliquarum vero locum figurae aeque ligno incisae, et argumentis adcommodatae occupant.

— Alia editio : *Post verba*, TITI LIVII DECADIS, *in prima pagina impressa, operi praemittuntur* Ioannis Aleriensis Epistola, L. Flori Epitoma, Livii Praefatio, *et* Antonii Sabellici adnotationes ; *quae omnia foliis xx. continentur. Ad calcem folii CCXXIX. opus hac subscriptione terminatur :* FINIS. T. Livii patavini Decades expliciunt. Venetiis per Bartholameum (sic) de Zanis de Portesio : summa cura, et diligenti studio. Impressae. Anno ab Incarnatione domini 1498. die 20. Iunii. *In aversa pagina occurrit* REGISTRUM HUIUS OPERIS.

In folio..... XX. H. 10.

— Alia editio. *Italice, In exemplari extante in nostra Bibliotheca deest prima* Decas, *et opus incipit a secunda, cui praeit* TAVOLA delle Rubriche del primo libro della Terza Decha di Tito Livio Padouano historico, *quae octo folia complectitur. Huic secundae decadi titulus praeponitur :* FINITA LA prima Deca di Tito Livio Patavino Historico dal cominciamēto delle (sic) citta di Roma. Seguita la terza della seconda Battaglia Carthaginese. *Ad calcem legitur :* Seguita il p^mo libro della quarta deca ; *exinde vero :* Decades Ambe cum sequenti quarta in uno uolumine Impresse fuerunt in urbe Romana. Anno Christi Millesimo quattuorcc̄tesimosexagesimo sexto (sic) Sedente Xisto quarto Pont. Max. *Registrum huic subscriptioni adcedit. Post tres vacuas paginas incipit quarta* Decas, *cui praecedit* TAVOLA delle Rubriche della quarta Decca di Tito Livio, Paduvano historico, *quae decem primas paginas occupat ; sed ultima characteribus destituitur. In sequenti Interpretis occurrit Prooemium, subditum hujusmodi inscriptioni :* Qui comincia el prohemio del vulgarizatore dellibro di Titolivio Padovano della quarta Deca : la quale tratta et conta el bello Macedonico contro a loro adversarii. *Ad calcem voluminis Typographus notavit :* Finito Lultimo libro della quarta Deca di Tito Livio Paduano Historico. Dignissimo. DEO GRATIAS AMEN. *Postmodum vero ;* Regnante il Sanctissimo et Beatissimo padre Xysto Pōtefice Maximo, in nel quinto anno del suo Felice Pontificato adi xxx di Maggio in nel anno dalla Incarnatione di Christo M. CCCC Lxxvi. Fu impressa la presente Deca in nella citta di Roma, appsso al Palatio di Sā Marco. *Pagina vacua sequitur, exinde folium postremum, quod in prima pagina continet* Lo infrascripto Registro e facto p ritrovare i quinterni, et le carte della presente quarta deca secondo lordine.

Digitized by Google

In folio majori..... XIII. I. 21.

Audiffredus pag. 210. probabile censet vel a *Simone Lucensi*, vel a *Vito Puechero*, quorum uterque apud *Sanctum Marcum* tunc temporis impressoriam artem exercebat, opus hoc excusum fuisse. Editionem hanc principem, et rarissimam ignoravit *Denis* in suo *Supplem.* nec non et *Maittairus.* Opus excusum est rotundo, nitidissimoque charactere expresso in duabus columnis, quarum utraque, dummodo integra sit, constat lineis 55. Signaturae, foliorum numeri, et custodes desunt: initiales parvae tantum extabant, priusquam Miniculariis, qui principes auro decoravit, colore rubro, et caeruleo majores pinxisset. Auctor hujus versionis, qui *Ioannes Boccacius* a plerisque creditur, fatetur in Prooemio, quartae decadi praefixo, se ad hoc praestandum inductum fuisse ab *Equite Ostagio de Polenta*, quem dominum suum adpellat.

— Alia editio. *Titulus in summitate primae columnae sic legitur:* INCOMENZA EL PROEMIO DELAPRIMA Deca de Tito Livio excellētissimo Auctore et iudice de Padua cittadino Romano elqual racōta le historie del populo Romano. *Ad calcem:* Finiscono le Deche: cioe la p̄ma tertia et quarta de Tito Livio Paduano historico dignissimo: impresse in Venetia per Bartholomeo de Alexandria et Andrea de Asula cōpagni: nel M. CCCC. LXXXV. a di. XIII. de Augusto. *Sub eadem signaturarum serie in sequenti folio incipit*; Prologo sopra el libro chiamato de la guerra punica: la quale fuo tra Romani et Carthaginesi composto da lo dignissimo oratore et historiographo messer Leonardo Aretino prima inlatino: poi in lingua materna: perche essendo al materia et el stile bellissimo a ogni homo fuosse piu grato. *Hoc absoluto, adcedit* Tavola dele rubriche, *quae xix. constat foliis, quaeque ob Compactoris incuriam suta est in fine voluminis, quum* Paitonus Tom. II. pag. 208. Pinelli Tom. IV. pag. 147. Denis Suppl. pag. 200. *eam statuant in principio.*
In folio..... XX. H. 11.

— Alia editio. *In nostro exemplari deest* la Tavola dele rubriche, *quam notant* Paitonus Tom. II. pag. 209. *et* Haym pag. 18. *Opus incipit a titulo:* INCOMENZA EL PROEMIO de la prima Deca de Tito Livio excellentissimo Auctore et iudice de Padua cittadino Romano el quale racōnta le istorie del populo Romano. *Ad calcem folii ultimi recti:* Finiscono le deche: cioe la prima tertia et quarta de Tito Livio Paduano historico dignissimo: uulgare historiate. *In postica ejusdem folii pagina incipit*, Prologo sopra el libro chiamato de la guerra punica: la quale fuo tra Romani et Carthaginesi composto dal dignissimo oratore et historiographo messer Leonardo Aretino etc. etc. etc. *In fine.* LAUS DEO. Finite le Deche de Tito Livio Padoano historiographo uulgare historiate con un certo tractato de bello Punico: Stampate ī Venetia p̄ Bartholamio (sic) de Zani de Portes. M. ccccc. ii. adi. xvi. del mese di Setembrio. *Adcedit* Registro.
In folio..... XX. H. 23.

Prima operis pagina xylographico ornatu, et omnes initiales litterae ad similitudinem editionis latinae an. 1495. superius relatae, decoratae adparent.

— *Ejusdem* Epistola ad q. Curtium. *Extat cum* Curtii Epistolis. *Vide* Curtii.

Digitized by Google

L O

Locher Iacobi. *Versio ex germanico in latinum carmen* Stultiferae Navis Sebastiani Brant, *cum ejusdem* Iacobi *prolegomenis, epigrammatibus, et additionibus. Vide* Brant.

Lollii Antonii Geminianensis. Oratio passionis dominice habita coram Innocentio Octavo. Pont. Max. frequenti R Card. Senatu. contra cervicosam iudeorum perfidiam.
In 4.° parvo..... XIII. A. 48.

Excusa est charactere gallo-franco *Stephani Plannck*, sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris. Libellus constat foliis decem, quorum ultimum, et maxima pars IX. vacant. Memoratur ab *Audiffredo pag. 430.*

—— Exemplar alterum ..... IX. A. 58.

—— Antonii Lollij Geminianensis Oratio Circūcisionis dominice: habita coram Innocentio octavo pontifice maximo frequenti R4. Car. Senatu. Kalēn Ianuarii. *Is titulus praefigitur orationi. Post breve exordium ad salutationem angelicam recitandam, se praeparat hisce versibus :* Ergo ades et vultu placido mea pectora virgo respice: que christum pariens pro crimine primo: Eripis antiquos tetro de carcere patres. *Ad calcem legitur :* Anno incarnationis dn̄ice. M. cccc. lxxxv. Pontificatus vero Innocētij Anno primo.
In 4.° parvo ..... IX. A. 58.

Character idem ac praecedens comprehenditque lineas 33. in paginis, sine custodibus, et foliorum numeratione; adest vero initialis littera, necnon et signatura. Foliis sex constat Opusculum, sed postremum vacuum est. Memoratur ab *Audiffredo pag. 264.*

—— Exemplar alterum ..... III. B. 19.

—— Oratio in funere Cardinalis Matisconensis. *Praecedit Dedicatoria brevis Epistola cum inscriptione.* Antonius Lollius geminianēsis Reverendissimis dominis. R. Vicecancellario. M. Sancti Marci. F. sancti Eustachij S. R. E. Cardinalibus. Executoribus bo. me. Card. Matisconē. S. P. D. *Haec epistola data est* pridie Kal. Octobris. *in qua ipsam suam Orationem* Primitias *vocat. Titulus vero Orationi praefixus est hujusmodi:* Antoñ Lullij (sic) Geminianensis Oratio habita in funere domini Ph. Rm̄i. Car. Matisconeñ Frqeuēti (sic) R. Car. Senatu. *Ad calcem legitur*: Inno. viij. pont. Maximo. Mens. i. die. xxvij. Anno incarna. do. M. cccc. lxxxiiij.
In 4.° parvo ..... III. B. 19.

Idem gallo-francus character *Stephani Plannck* occupat in hac editione lineas 32. in paginis, quarum numerus est XII. excepta ultima, quae vacua est. Pro initialibus spatia visuntur; signaturae, custodes, et numeri paginarum desunt. *Audiffredus pag. 261.* editionem hujus *Orationis* in fol. adfert, quae in titulo, et subscriptione Orthographiam diversam a nostra ostendit: forsan viro solertissimo haud innotuit.

Digitized by Google

Lollii Gregorii. Epistolae duae ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extant cum* Aeneae epistolis. *Vide* Picolhominei.

Lombardica Historia.. *Vide* Voragine Iacobi de.

Lombardi Petri. Sententiarum libri quatuor. *In nostro exemplari desunt aliquae paginae in principio, quae Prologum continent: quapropter opus incipit a Tabula Capitum primi libri, quae cuilibet libro praeposita est. Ad calcem primae columnae ultimi folii recti Typographus sequentia verba adposuit:* Celeberrimus ac famosissimus sententiarum liber magistri petri Lombardi: sacre theologie doctoris eximii: anno domini 1477. per magistrum vendelinum de spira in urbe venetia4 litteris eneis impressus: die decima mensis martii finit feliciter Laus deo.
In folio ..... II. A. 11.

Editio princeps (uti aliqui volunt) et maxime rara, quam celebrant *Maittairus pag. 37. De la Valliere Tom. I. pag. 262. Pinelli Tom. I. pag. 141. et Tellier pag. 38.*

— Alia editio. *Opus a Prooemio incipit absque titulo, cui subditur Capitum primi libri Tabula. In folio secundo recto* Incipit Sententiarum Liber Primus de misterio trinitatis. *Opere absoluto, haec legi possunt:* Celeberrimus ac famosissimus sententiarum liber magistri Petri Lombardi sacre theologie doctoris eximij feliciter explicit. Impᵒssus Venetiis anno dñi 1486. die xxij. martii. Laus deo et Virgini marie. *Post* Registrum *haec verba adparent:* Impressum venetijs opera et impensa Frācisci de Madijs per Hānibalē Parmensem et Socios. *His subditur Symbolum Typographi, veluti illud* Dionysii Bertochi, *et* Peregrini de Paschalibus, *alibi a nobis notatum.*
In folio ..... III. G. 12.
— Exemplar alterum ..... III. H. 1.
— Exemplar tertium ..... III. H. 2.
— Alia editio. *Ante initium Prologi legitur:* Incjpit textus sententiarum. *Prologus ipse terminatur eodem folio primo averso, in linea VI.: eum excipiunt* Capitula libri primi *ad formam indicis. In fine libri primi folio XXIV. recto, in columna I. ad lineam XXIV.* Explicit primᵒ liber d' misterio ınitatis. *In aversa pagina folii CCXLVII. in columna II. ad lineam XXIII. opus absolvitur his verbis:* Explicit liber sententiarum.
In folio majori ..... III. I. 3.

Sine notis typographicis. Integrum hoc opus foliis 247. contentum, in duabus columnis, charactere gallo-franco majusculo, ac sculpto, quo *Eggestein* ad *Clementis V. Constitutiones* et *Gratiani Decretum* anno 1471. excudendum usus est, expressum cernitur. Charta est alba, et firma admodum; in qua Typographus amplissimos reliquit margines. Litterae initiales tam librorum, quam Capitum variis coloribus depictae opus haud parum commendant. Caret signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Pro interpunctionibus adparent punctum, et virgula. Quaevis integra columna 47. lineas complectitur. Praeter *cl. Panzer Tom. IV. pag. 244. n. 438.* qui; hanc refert editionem extantem in *Bibl. Monasterii Irsee*, nulli alteri Bibliographorum innotuit: eam propterea rarissimam adpellamus, et inter libros an. 1471. impressos *Argentorati* recensere non dubitamus. Censemus itaque ipsam priorem fuisse illa *Venetiis* anno 1477. emissa a *Vendelino de Spira*, quam primo loco notavimus.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cum* conclusionibus Henrici Gorichem, et Problematibus S. Thomae Aquinatis. *In prima pagina legitur dumtaxat:* Magister sententiarum: *in aversa incipiunt* Tituli qōnum scī Thome sup⁹ pmū librū sententiarum, *qui duas paginas complectitur. In secundo folio averso* Magistri: sententia4 liber prim⁹ incipit. *Ad calcem libri IV. Typographus haec notavit*: Liber sententiarū magistri Petri Lombardi: cum cōclusionib⁹ magīs Henrici Gorichem: sacrarū litterarū interp⁹tis eximij: ac subtilissimis Sācti Thomae p⁹blematibus ad studentiū exercitationē faciliorēq3 ī eius ip⁹is scriptis materiarū īventionē: cuivis librorū Seriatim ānotatis. Additis insup⁹ q⁹busdū ārticulis ī certis facultatibus erroneis et in fide Catholica suspectis. Parisius doctrīalis⁹ et auctoritative a catholicis tractatoribus cōdemnatis. Explicit. *Post hujusmodi inscriptionem*, Sequuntur varij articuli erronei omniū pene facultatum: in anglia et parisius studiose et auctoritative condemnati cum revocationibus earumdem. Prefatio, *vel Decretum* Stephani Episcopi Parisiensis *anni 1277. eorum collectioni praecedit, et eorumdem damnationibus. Ad calcem reperiuntur* Conclusio, *et* Registrum, *seu tabula alphabetica: postmodum Typographi notitia, quae ita exprimitur:* Impensis atq3 singulari opera Nobilis viri Octaviani Scoti Civis Modoetiensis: ad honorem sancte et induide (sic) trinitatis ac fidei Chatolice (sic) augmentum et tuitionem: in inclita urbe. Venetiarum q3 diligentissime impressus extitit. Anno incarnationis domini post milesimum quaterq3 centesimum octogesimo nono. deciō septimo. Kl⁹s Januarii. *Adcedit Symbolum* Octaviani Scoti, *et in penultima pagina occurrit* Registrum.

In folio ..... III. H. aa.

—— Exemplar alterum ..... III. H. 6.

—— Exemplar tertium ..... III. H. 7.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi sequentia verba litteris maximae formae impressa leguntur:* Textus sententia4 Cum conclusionibus magistri Henrici Gorichem. et concordantiis Biblie ac Canonum. necnō in principio singularū distinctionū Vtilimis (sic) summariis. diligentissime iam primū appositis: Item errores quidem Parisius revocati et articuli in quibus Magister Cōmuniter non tenetur. Item registrum totius libri. *In folio secundo incipit* Prologus, *et in pagina aversa ejusdem folii sequuntur* Rubrice libri primi. *In folio quarto averso* Incipit primus liber de mysterio trinitatis. *Ad calcem libri quarti sequentia habentur verba.* Liber sententia4 mgri Petri Lombardi: cū oclusionibus mgri Henrici Gorichem sacra4 lra4 nterptis: et ocordantiis Biblie ac. Canonum: necnō in pncipio singula4 distinctionū utilimis sūmarijs: ingenti cū diligentia appositis: feliciter explicit. Impensis atq3 singulari opa Nicolai Keslers civis Basilieñ ad honorem sancte et individue trinitatis ac fidei catholice augmentum et tuitionem q3 emēdatissime impressus. Anno incarnationis dñi post Millesimū quaterq3 centesimum nonagesimooctavo. Decimo V. Kalend. Martii. *Hisce subduntur Typographi insignia, quae sunt duo scutula e trunco pendula, ibique nonnulla monogrammata cernuntur. In sequenti folio* Sequūtur varij articuli erronei omniū pene facultatū: in anglia et parisius: studiose et auctoritative odemnati com revocationibus eorumdem. *Dein Alphabeticus materiarum Index*

Digitized by Google

In folio ..... II. C. 20.

—— Alia editio, *cum conclusionibus ejusdem, sine textu. Vide* Gorichem.

—— Alia editio, *cum Commentariis* S. Bonaventurae. *Vide* S. Bonaventurae.

—— Alia editio, *cum Commentariis* Joannis Scoti. *Vide* Duns Joannis.

—— Alia editio, *cum Expositione* S. Thomae Aquinatis. *Vide* S. Thomae.

—— Glossa ordinaria in Psalmos. *Prima folii primi pagina vacua est, in aversa legitur:* Petri lumbardi (sic) Quem et magist4 sententia4 dicimus glosa ordinaria in prophetam. de quo dominus ait Elegi mihi david vi4 secundū cor meum. hic intitulatur liber. *Sequuntur nomina auctorum, ex quibus suam glossam depromsit* Lombardus. *In folio secundo recto incipit Auctoris Praefatio, absque praevia notitia, quae terminatur in folio quarto recto ad lineam* XIII. *Eodem folio averso* Psalmi *incipiunt cum commentariis. In prima folii ccccxiv. pagina, linea 46. opus terminatur cum conclusione:* Finis Operis. *Post breve intervallum*, Mcccclxxi.

In folio ..... XIII. F. 21.

Nota chronologica ad calcem operis, potius coaeva manu exscripta, typo adamussim imitato, quam impressa videtur. Characteres iidem prorsus sunt, quibus *Glossae Codicis Justiniani* anno 1475. impressae sunt *Norimbergae* per *Andream Frisner Bunsidelensem*, et *Joannem Sensenschid Norimbergensem*, qui ibidem impresserunt ab anno 1470. ad 1478. et in utraque editione idem Typographiae artificium observatur, scilicet character gallo-francus satis pinguis, qui major in textu, minor in commentariis, impressusque est in charta firmissima, et minus polita, sine signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Initiales litterae quandoque desiderantur, quandoque rubro colore adiectae a Miniculatore. Patres, ex quibus *Lombardus* suam desumsit glossam, in superiori margine adnotavit Typographus. Editionem hanc, ex laudata officina in lucem prodiisse *Clar. Panzer Tom. II. pag.* 232. et *Seemiller. Fasc. I. pag. 166.* demonstrare conati sunt: immo et *Denis* in *Suppl. pag. 603.* nescio quibus argumentis innixus, adscripsit an. *1478.* Ceterum praesens editio inter libros rariores, et Bibliothecarum ornamenta iure merito referri solet.

LOMBARDICA Historia. *Vide* Voragine Iacobi de.

Digitized by Google

L U

LUCANI BARTOLI. Oratio ad Innocentium VIII. Carmine heroico. *Titulus in summitate primae paginae sic legitur:* BARTOLI. LUCANI. VTINENSIS. AD INNOCENTIUM. PONTIFICEM MAX. VIII. ORATIO. *Huic subduntur carmina, quae desinunt in folio XVI. averso, ad lineam II. hac conclusione,* DIXI, *Seguitur dein Epigramma:*

Roma tuo Regi porrexit foemina libros
Unde salus populo saepe petenda foret.
Obstitit oblatis precium: pars maxima flāmis
Est data. pro reliquis prima petita tulit.
Obstat par ratio promissis carmine nostro.
Roma dedit poenas: Orbis ubiq3 dabis.

Post spatium trium linearum.

Argirios opus hoc Eucharius arte magistro
Impressit: summa perlege Lector ope.

Ad calcem extat nomen Possessoris charactere subalbido scriptum, scilicet, Antonii Seripandi, ex Iani Parrhasij testamento.
In 4.° parvo ..... X. B. 46.

Excusa est praesens editio elegantī charactere Romano Eucharii Silberi, sine signaturis, foliorum numeris, ac custodibus, eamque recenset *Audiffredus pag. 424.*

LUCANI M. ANNAEI. Pharsalia. *In primo folio averso incipit* M. ANNAEI LUCANI VITA EX COMMENTARIO ANTIQUISS.: *deinde* EX DIMIDIATO CODICE PARTICULA AD POETAE HUJUS VITAM PERTINENS SUMPTA *duo priora complectitur folia. In tertio folio recto inchoatur* M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS PHARSALIAE LIBER PRIMUS: *sed tetrastichon praecedit.*

Corduba me genuit: rapuit Nero: praelia dixi
Quae gessere pares: hinc socer: inde gener:
Continuo nunquā direxi carmina ductu:
Quae tractim serpant: plus mihi cōma placet.
Ad calcem post verbum FINIS *subjecti versus leguntur.*
Quam veniant grandes Lucani in carmina musae?
Et quantum excellat dicendi fulmine vates.
Iudicet altiloquas norit quicunq3 sorores?
Certe ego divino paulum cesisse (sic) maroni.
Crediderim phoebo digna et majora locutum.

Digitized by Google

Incertos belli eventus : civiliaq3 arma:
Cognatasq3 acies : et summa pericula rerum
Scripserit ardenti melius quis carmine vates ?
Quasue ferat latius gentes : aut gallicus axis !
Aut oriens : quibus aut animis in bella ruentes ?
Quid toga ? quid saevi pariant discrimina martis ?
Emptor habes ? tantum moneo observare poetam
Ergo cape : et iuvenem Guerinum ad sydera tollas
Lucanum veneta docte qui impresserit urbe.
Hisce versibus subditur notitia typographica , scilicet :
Impressum est hoc opus anno a Nativitate Christi.
M. CCCC. LXXVII. DIE XIIII. Mensis Maii.

In penultima pagina habentur testimonia Martialis , *et* Taciti *de* Lucano , *et ad calcem voluminis illud* Antonii Seripandi , et Amicorum.
In folio parvo..... XII. F. 31.

Bibliographi hanc commendant editionem , praesertim *Deburius in Tom. I. Belles lettres pag. 347.*

—— Alia editio. *In duobus prioribus foliis imprimuntur* M. ANNAEI LUCANI VITA EX COMENTARIO ANTIQUISS. et EX DIMIDIATO CODICE PARTICULA AD Poete hujus Vitam Pertinens Sumpta. *Tertia plagula est vacua. Opus in quarto folio recto incipit a titulo* M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS PHARSALIAE LIBER PRIMUS , *et huic subnectitur tetrastichon.*

Corduba me genuit etc. etc. *Ad calcem* FINIS *legitur, exinde versus,* Quam veniant grandes Lucani etc. etc. *ut in praecedenti editione, quibus absolutis, occurrit hisce verbis notitia typographica:* Impressum est hoc opus per Magistrum Joannem de Rheno anno a Nativitate Christi. M. CCCCL. XXXII. DIE XI. Mensis Maii. *Adcedunt in penultima pagina* Lucani *elogia ex* Martiali , *et* Tacito.
In 4.° parvo..... X. B. 21.

Sine loci indicatione. Laudatus Typographus *Vincentiae impressit* primum anno 1473., deinde *Venetiis* anno 1482.

—— Alia editio. *Titulus in summitate primae paginae ita legitur :*

M. ANNAEI LUCANI VITA EX COM
MENTARIO ANTIQUISS.

Extrema spatia secundae lineae huiusmodi tituli , typographicis ornamentis exiguae formae implentur , quod et accidit in aliis titulis, qui uncialibus litteris excudiuntur. Vita Lucani *primum complectitur folium ; in secundo adest*

Digitized by Google

EX DIMIDIATO CODICE PAR
TICULA AD POETAE HUJUS VI
TAM PERTINENS SUMPTA.

Adduntur de Lucano *scriptorum testimonia, scilicet* Martialis, Statii, *et* Cornelii Taciti, *cum titulis quadratis litteris expressis, quae ad quartum folium impressum progrediuntur. In quinto folio recto incipit.*

M. ANNAEI. LUCANI. CORDUBEN
SIS. PHARSALIAE. LIBER
PRIMUS

Inter inscriptionem hanc, et opus notum tetrastichon legitur: Corduba me genuit etc. etc. *Septem priores versus Poëmatis quadratis excuduntur litteris, et ornamentis typographicis praefulgent, interque dictiones eorumdem, seu vocabula, puncta locum obtinent. Ad calcem integri operis in ultima voluminis pagina, quae versus quatuordecim tantum complectitur,* FINIS *legitur inter ornamenta typographica, quae ad extremam usque oram pertingunt.*
In folio minori ..... XII. C. 8.

Sine notis typographicis. Numeris, et custodibus haec destituitur editio nitidissima, ac elegantissima, sed instruitur signaturis, quae litteris, arabicisque numeris effinguntur. Charta firma et alba est; character vero rotundus ac elegans lineas 36. complectitur, et marginibus peramplum spatium relinquit. Principes litterae initiales, excepta illa, quae minori forma expressa in tertio libro adparet, desunt omnino, earumque loco spatia occurrunt: litterae primae versuum spatio distant ab aliis. *De Bure n. 2779.* et *Morellius in Catal. Pinell. Biblioth. Tom. II. pag. 840.* editionem hanc rarissimam, et Bibliographis praecipuis ignotam dicunt. Exemplar nostrum venustum, nitidissimum, optimeque conservatum est.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Omniboni Leoniceni. *In tribus prioribus foliis habentur I. Epistola* Joannis Brittanici, *cum inscriptione:* Joannes Britannicus Brixianus Hieronymo advocato. Ambrosii iurisconsultiss. F. salutē. *II.* M. Annaei Lucani vita ex commentario Particula antiquiss. *III.* ex dimidiato Codice etc. etc. *IV.* Pomponii Infortunati. M. Annaei Lucani Vita. *V.* Epigramma Laphranci Ch. *VI. tandem Epistola sub epigraphe:* Joannes Taberius brixianus Francisco Barbaro posteriori patricio veneto integerrimo Salutem. *Opus cum commentario tria latera textus circumdante, quod minusculo exprimitur charactere, inchoatur folio quarto praevio titulo:* Omnibonus Vincentinus in Lucanum. *Tum* M. ANNEI LUCANI CORDUBENSIS PHARSALIAE LIBER PRIMUS. *Ad calcem voluminis:* Impressum Brixiae per Jacobum britannicum Brixianum MCCCCLXXXVI. *VI.* Nonas Majus. *In sequenti pagina ultimi folii occurrunt* Registrum hujus operis, *et Typographi signum, alibi notatum.*
In folio ..... X. G. 39.

—— Alia editio. *In aversa pagina folii primi imprimitur* M. Annaei Lucani Vita ex Commentario Antiquiss., *postea* Ex dimidiato Codice particula etc.

Digitized by Google

etc. *ac de* Lucano *testimonium ex* Cornelio Tacito. *Commentarium, et opus incipiunt in secundo folio recto, quorum alteri verba praefiguntur:* OMNIBONUS VINCENTINUS IN LUCANUM; *alteri vero,* M. ANNAEI LUCANI CORDUBENSIS PHARSALIAE LIBER PRIMUS. *Ad calcem operis,* FINIS, *exindeque legitur :* Finit opus Lucani cū cōmentarjis Omniboni vincētini impressū venetiis a Nicolao battibove alexādrino anno domini Mcccclxxxvi. tertio idus maii regnante inclyto principe Marco barbadico. *His subiacet* Registrum, *unica linea contentum.*

In folio..... X. A. 20.

—— Alia editio. *Praecedunt opus* Joannis Britannici ad Hieronymum Advocatum; Ambrosii Jurisconsulti *epistola*; Lucani Vita ex Commentario antiquissimo *desumpta;* Particula ex dimidiato Codice etc. etc.; *et vita a* Pomponio Infortunato *descripta;* Epigramma Laphranci Ch. *atque* Joannis Taberii Brixiani epistola ad Franciscum Barbarum Patritium Venetum : *quae tria priora folia occupant. Deinde ipsum opus cum suo commentario incipit. In fine ultimi libri legitur :* Impressum Mediolani per Uldericum scinzenzeler MCCCCLxxxxi. die decimo novembris. *Primam ultimi folii paginam implet* Registrum hujus operis, *cui subiectum est Typographi symbolum alibi visum.*

In folio..... X. G. 40.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur:* Lucanus cum commento. *Tres aliae paginae adcedunt, quae continent epistolam* Ioannis Brittanici; Lucani vitam ex Commentario antiquissimo; Particulam ex dimidiato Codice; Pomponii Infortunati vitam *ejusdem* Lucani; Epigramma Lanphranci (sic) Ch.; et Epistolam Taberii Brixiani, *quae superius in aliis editionibus vidimus. Opus cum Commentario incipit in tertio folio recto, praevio titulo:* Omnibonus Vicentinus in Lucanum. *In fine voluminis* Registrum *adest, necnon typographica nota, quae verbis hisce constat:* Impressum Venetiis impensis Octaviani Scoti necnon arte Bertolamei (sic) de Zanis de Portesio Anno domini. M. cccc. lxxxxii. die ultimo mensis martii. Finis. *Symbolum* Octaviani Scoti *supponitur.*

In folio..... X. E. 39.

—— Exemplar alterum ..... X. G. 42.

—— Alia editio, *cum* Commentariis *pariter* Omniboni Leonicceni: *extant insuper* Argumenta *et* Commentaria Sulpitii Verulani. *In prima pagina sequentia verba impressa cernuntur:* Accipe candidissime Lector Ioānis Sulpitii Verulani in singulas Pharssaliae (sic) Lucani libros Argumenta: Nec non eiusdem et Omniboni Vincentini in totum volumen cōmentarios. *In folio averso incipit* Tabula vocabulorum in Io. Sulpitii cōmentario cōtentorum. *In quarto folio recto occurrit,* Ad Amplissimum ac Optmū (sic) Patrē et Dominū. D. Antoniotum (sic) Gentilem Pallavicinum Sanctae Romanae ecclesiae Tituli Sanctae Anastasiae presbyterum Cardinalē dignissimū Jo. Sulpitii Verulani in Interpretationem Lucani praefatio. *Adcedunt* Lucani *Vita*, et *ejus historiae argumentum per eundem* Sulpitium, *quod excipiunt epistola* Jo. Britannici; Vita Lucani ex Commentario antiquissimo, *et* Particula ex dimidiato Codice; *Vita ejusdem per* Pomponium Infortunatum; *Epistola* Joannis Taberii, *et* Laphranci Ch. Epigramma,

Digitized by Google

de quibus superius dictum est. Sequuntur LUCANI EPITAPHIUM. Corduba me genuit etc. etc. Sulpitii *argumenta in singulos libros, unico epigrammate contenta, et argumentum libri primi, quae hexametris constant versibus, et cuivis libro proprium praefigitur. Haec omnia primum implent voluminis fasciculum. In septimo folio recto Poema incipit cum* Commentariis; *titulusque eidem praecedit:* JOANNIS SULPITII VERULANI: ET OMNIBONI VINCENTINI IN LUCANI PHARSALIAM INTERPRETATIO. *Ad calcem Poematis* Lucani: SULPITII CARMINA VELUT SUPERIORIBUS ANNECTENDA ET EJUSDEM SULPITII QUERELA DE POETAE OPERE IMPERFECTO *extant, iisque* Finis *primum, deinde verba haec subjacent:* Exactū hoc īsigne atqȝ p'clarū opus Lucani cū Jo. Sulpitii Verulani Viri clarissimi cōmētariis a proprio originali extractis: Necnō Omniboni Vincētini diligentissime emendatis. Venetiis Impressum per Simonē bevilaqua papiensem: Anno salutis christianae M. cccc. lxxxxiii. die vero ultimo Januarii. Registrum *tandem occurrit.*

In folio ..... X. G. 58.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur primum rotundo charactere* Lucanus Cum duobus Commentis; *deinde majusculo typo gallo-franco:* Cum Gratia et Privilegio. *In ceteris praesens editio praecedenti correspondet. Ad calcem:* Finis: *exinde* Exactū hoc īsigne atqȝ p̄cla4 op' Lucāi cū Jo. Sulpitii Verulāi Viri clarissimi cōmētariis a pprio originali extractis: Necnō Omniboī Vicētini diligētissime emēdatis. Venetiis Impssū p̄ Simonē bevilaquā papiēsem Anno Salutis christiāae. M. cccc. xcviii. die vero vīcesimo octobris. *Sequitur* Registrum.

In folio ..... X. G. 57.

—— Exemplar alterum ..... X. G. 36.

—— Commentaria Leoniceni in Lucanum, *sine Textu. Vide* Leoniceni.

Luceii Lucii. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Epistolis ad Familiares Ciceronis lib. V. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum Commentariis* Ubertini Clerici Crescentinatis. *Vide* Ciceronis.

—— *Cum tribus commentariis; scilicet* Crescentinatis, Philetici, *et* Merulae. *Vide* Ciceronis.

Lucensis Joannis Petri. Versio a graeco in Latinum Problematum Plutarchi. *Vide* Plutarchi, *vide* Aphrodisaei.

Luciani Dialogi, *graece. In prima pagina haec inscriptio legitur* Dialogis *praefixa.*

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ
ΣΑΜΟΣΑΤΕΟΣ
ΔΙΑΛΟΓΟΙ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΥΠΝΙΟΥ
ΗΤΟΙ ΒΙΟΣ ΛΟΥ
ΚΙΑΝΟΥ

Digitized by Google

Ad calcem operum, desunt duo folia, quae in perfectioribus exemplaribus continent grae cum epigramma in Luciani *libros, notam typographicam,* et *Tabulam:*

In folio ..... XII. H. 22.

Haec editio omnium princeps, ac plurimi facienda est; deque ea *Jo. Fred. Reitz* in praefat. operum *Luciani Amstelod. 1473.* haec habet: *Prima omnium Florentina editio anni 1496. graeca sett a typographicis vitiis non est immunis, in vestigiis tamen priscae lectionis servandis tantum alias praecellit, ut Codicis manuscripti vicem praestare queat.* Hanc vero editionem prodiisse ex officina *Junctarum* invictis argumentis probat. Cl. *Angel. Maria Bandinius in Biblioth.*, seu serie librorum, quos ad annum usque 1530. publici juris fecit celebris *Junctarum* typographia. At Clariss. *Audiffredus* ex auctoritate, et rationibus sibi praestitis a *R. P. Ant. Amoretti*, asserit, quod si non *invicto*, magni certe ponderis *argumento* probari potest, principem hanc *Luciani* editionem ex officina *Junctarum* minime prodiisse. Vide de hac controversia ipsius *Audiffredi Specimen Historico-Criticum Edit. Italicar. Saec. XV. pag. 351.*

—— Opusculum de praesidencia allexandri hanibalis et scipionis traductum e greco in latinum per aurispam, *Latine. Haec in fronte aversae paginae folii primi. Ad calcem folii quarti recti, linea XXI.* Finitum est hoc opusculum die secunda Januarii. Anno Mille quadringentesimo octoagesimo secundo.

In 4.° parvo ..... XII. A. 48.

Rotundus character lineas 29. complectitur in paginis integris, totumque opusculum sex paginis absolvitur. Editio parum obvia, quam referunt solummodo *Denisius pag. 152.* et *Pinellius Tom. III. pag. 290.*

—— Dialogus de virtute conquerente cum Mercurio. *Latine*, Carolo (Marsuppino) Arretino Interprete. *Extat cum* Censorino. *Vide* Censorini.

Lucidario, *sive* dialogus inter Magistrum, et discipulum. *In prima pagina tabella extat xylographica, quae fortassis Magistrum, et discipulum reprae sentat. In postica ejusdem folii pagina occurrit breve Monitum ad Lectorem. In secundo folio recto prologus incipit praevio titulo:* Prologo. Qui incomencia lo prologo in lo libro de Lucidario. *Opere absoluto sequitur Tabula, et ad calcem hujus post verbum* FINIS, *legitur nota typographica:* Stampato in nella alma et inclita cita di Bologna per me Caligula di Bazalieri Stampatore. In nel Mille quattrocento nonanta (sic) due del mese di marzo et adi XX. del dicto mese. Ad honor de lo omnipotente Dio et della gloriosa Vergine Maria laquale sia sempre nostra bona advocata in secula seculorum Amen. Laus Deo.

In 4.° parvo ..... XII. A. 51.

Haec editio Bibliographis praecipuis, quos consului, minime innotuit.

—— Alia editio. *In prima pagina alia tabella quadrata lignea visitur, cui sequentia verba imminent:* LUCIDARIO Cioe, dichiaratore di molte belle et singulari quistioni: *in secunda occurrit idem monitum ad Lectorem, quod in praecedenti notavimus. In secundo folio recto* INCOMINCIA EL PROLOGO DEL LIBRO INTITOLATO LUCIDARIO. *Opus absolvitur linea VII.*

Digitized by Google

ultimi folii aversi, hac conclusione: Finito è illibro chiamato Lucidario Cioe, dichiaratore di molte belle et sottili domande et quistioni Impresso in Firenze per Maestro Antonio Miscomini. Anno salutis M. CCCC. LXXXX. IIII. A di XVII di luglio. *Huic subscriptioni subditur Typographi signum, scilicet quadratum, circulum inclusum habens, et hic iterum quadratum, cujus anguli, mediis punctis laterum quadrati majoris respondent; litterae* A. M. *quibus crux imminet, in medio adparent. Tabula occupat duo folia postrema.*
In 4.° parvo..... I. D. 16.

Praesentem editionem penes praecipuos Bibliographos mihi haud reperire contigit.

—— Alia editio. *In prima pagina tabella extat lignea, cui verba imminent:* Lucidario. *In secundo folio recto Prologus incipit titulo praevio:* QUI COMINCIA EL PROLOGO DEL LIBRO DELLUCIDARIO *Ad calcem legitur:* Finito il Lucidario. In 4.° parvo..... 11. B. 62.

Sine notis typographycis. Typus rotundus nitidus in 34 lineas dispescitur, si paginae singulae integrae sint. Foliorum numeri, et custodes desunt: signaturae absolvuntur litterarum serie, cum arabicis numeris. Editionem hanc *Florentiae* adscribendam esse, ultro fatebitur quisquis editiones Florentinas Saeculi XV. exeuntis, *Dominici Cavalcae* cumprimis, et *Hieronymi Savonarolae*, et in quibus *Florentiae* nomen expressum est perspectas habuerit. Ratione siquidem typorum, cum earum aliquibus, praecipue *Speculo Crucis*, et *Linguae fructibus* ita convenit, ut nostro judicio alteri loco, sine manifesto erroris periculo, tribui non possit. Cum iis etiam convenit ratione figurae, ligno insculptae, vocabulo LUCIDARIO suppositae. Opusculum hoc, cujus plures habentur editiones, *Honorio Augustodunensi* omnino adscribitur a *Lairio* in suo *Indice tom. II. pag. 60.* Sed praeterquam quod Auctor ipse in prologo aperte declarat, nomen suum omnino celare velle; quae leguntur in *Diario Eruditorum Italiae, tom. XX. pag. 39.* assertionem *Lairii* maxime dubiam efficere videntur. *Dalle inscriptioni*, ibi dicitur, *passa il nostro Autore ai manoscritti, che sono appresso il Signor Arciprete; e trà questi stima egli considerabile l' Elucidario, o dialogo, che a S. Anselmo si attribuisce; ma non col pieno consentimento degli Scrittori, poichè dal Tritemio se ne fà autore Onorio Augusodunense; dal Raynaudo, dal Balco, dal Simlero, e da altri Guglielmo Conventriense Carmelitano; e da alcuni codici l' Abbate Guilberto. In quello del Signor Danio, scritto in carta pecora, che sembra del XII. Secolo, si legge questo cominciamento*: Incipit liber Anselmi Archiepiscopi, qui Elucidarius; *e finisce*: Explicit Elucidarius Magistri Anselmi.

Lucii Apulei. *Vide* Apulei.

Lucii Epistolae duae *quarum altera ad* Q. Curtium, *altera ad* Cincinnatum. *Extant cum Epistolis sub* q. Curtii *nomine confictis. Vide* Curtii.

Lucii Flori. *Vide* Flori.

Lucretii Titi Cari. De rerum natura. *Titulus praefigitur primo libro, qui in folio secundo incipit:* T. Lucretii Cari. poetae philosophici antiquissimi de rerum natura liber primus incipit faeliciter. *ad calcem legitur:*

T. Lucreti (sic) Cari. poetae philosophiq3 antiquissimi
De rerum primordia natura ad memmium

Digitized by Google

Liber sextus et ultimus explicit foeliciter.
Paulus hunc impressit fridemperger in uerona
Qui genitus est in Patavia alae magnae
Ab incarnatiõe christi : Mcccclxxxvi
Die vigesimo octavo septembris calen. Octobris.

Post hanc subscriptionem, adcedunt versus metro lucretiano scripti Anonymi Auctoris, qui partim Lucretium, *partim lectorem adloquitur.*
In folio..... XII. G. 21.

Editio omnium princeps, ac rarissima. Verba, quae in secundo versu subscriptionis leguntur, pro *Patavia alae magnae*, intelligi debere *Passaw Alemaniae*, observat *Maittairus Tom. 1. pag 474.* sed ingenue cl. vir fatetur se diei, et mensis notationem haud intelligere. *Seemiller Fascic. III. pag. 58.* non abs re suspicatur ex Typographi negligentia forte omissam fuisse vocem *tertio*, inter illas *Septembris*, et *calen.* Hanc vero editionem ab *Hieronymo Avancio* curatam fuisse, *Maittairus* citato loco, *Io: Albert. Fabr. Biblioth. lat. lib. 1. cap. 10. pag. 68.* aliique censuere. Sed falso, ut advertunt laudatus *Seemiller*, et *Freytag Appar. litter. Tom. 1. pag. 101.* quum *Avancius* Aldinae edit. anni 1500 tantum praefuerit, uti eruitur ex conclusione ad ipsius calcem excusa; legitur enim : *Hieronymi Avancii veronensis ingenio et labore venetiis accuratiss. apud. Aldum mense Decemb. M. D.* In presenti editione characteribus rotundis perelegantibus Excusor usus est, iisque lineas 41 per singulas paginas distinxit. Custodes, et numeri foliorum omittuntur, signaturae autem occurrunt expressae litteris, et romanis numeris : et pro initialibus, ut plurimum, spatia habentur.

—— Alia editio. *In prima pagina folii primi legitur :* LUCRETIUS. *In secundo folio averso opus incipit a titulo :* T. Lucreti (sic) Cari. poetae philosophi antiquissimi de rerum natura liber primus incipit foeliciter. *Ad calcem :* T. Lucreti Cari. poetae philosophiq3 antiquissimi De rerum primordia natura ad memmium liber sextus et ultimus explicit. *Sequuntur Anonymi versus, ut in editione praecedenti, quibus absolutis adcedunt in prima pagina ultimi folii* C. Lycinii versus ad Nicolaum Priolum Hieronymi filium patricium Illustrem et bonarum artium cultorem. *Agmen clauditur hoc pacto :* FINIS. Impressum Venetiis per theodorum de ragazonibus de asula dictum bresanũ. Anno domini. M. CCCC. LXXXXV. Die. iiii. septembris. *Sequitur* Registrum.
In 4.°..... VIII. B. 8.
—— Exemplar alterum..... X. . B. 4.
—— Alia editio. *In folio primo recto leguntur verba :* T. LUCRETII CARI. LIBRI SEX NUPER EMENDATI: *In postica pagina occurrit* Aldi *Epistola cum epigraphe :* Aldus Manutius Romanus. Alberto Pio Carpo4 principi S. P. D. *Epistolam* Aldi *excipit* Hieronymi Avancii ad Valerium Superchium Pisaurensem medicinae doctorem, et mathematices professorem *epistola ; scripta* Kalendis Martiis. M. ID. *Sequitur ejusdem* Hieronymi Avancii *Praefatio ad lectores; et hanc excipit Expositio eorum, quae singulis libris continentur. Haec omnia sex continentur foliis. Opus incipit in folio septimo a titulo:* T. LUCRETII CARI DE RERUM NATURA LIBER PRIMUS. *Qui quidem titulus iisdem uncialibus litteris extat in principio aliorum librorum. Ad calcem ultimi folii aversi legitur* Finis, *deinde* Hieronymi Avancii Veronensis ingenio et labore. *In*

Digitized by Google

sequenti pagina ultimi folii typographica nota hisce verbis excuditur: Venetiis, accuratiss. Apud Aldū mense decemb. M. D. Non licet sic alteri cuiquā sine multa, in Oris Venetis. *His subditur* Registrum.
In 4.° parvo..... XVII. G. 33.

Editio eximiae raritatis, quae inter Aldinas prima, primaque cura *Hieronymi Avancii*, typis expressa.

Luctus Christianorum. *Opus subnectitur titulo:* QUESTA E UNA OPERA LA QUALE SE CHIAMA LUCTUS CHRISTIANORUM EX PASSIONE CHRISTI. ZOE PIANTO DE CHRISTIANI PER LA PASSION DE CHRISTO IN FORMA DE MEDITATIONE. *Sequitur brevis Praefatio, quae desinit in secundo folio recto, linea X. Deinde:* QUI COMENZA LORDINE DE LA TABULA DEL PRIMO LIBRO, *quae terminatur in postica facie, et immediate incipit titulus capitis primi.* QUI COMENZA LO PRIMO CAPITULO COME MESSER JESU FECE LA CENA IN BETANIA CUM SANLAZARO FINA AL ZOBIA SANCTO. *Ad calcem opusculi Typographi cura excusa fuere sequentia verba:* A CHRISTI NATIVITATE ANNO. M. CCCC. LXXI. PRIDIE nonas apriles a praeclarissimo libro4 exculptore Nicolao gallico impressa est passio christi devotissima. FINIS.
In 4.° parvo..... XIII. A. 34.

De hac rarissima editione vide quae notavimus in Tom. 1. pag. 340. sub articulo *Gloria Mulierum*, quae quidem opuscula extant simul compacta.

Ludolphi de Saxonia. *Vide* Cartusiani.

Ludovici XI. Regis Galliae. Epistola ad Pium II. *data* Turonis 27. Novembris 1461. *Extat cum* Aeneae *epistolis. Vide* Picolhominei.

Lulli Raymundi. Janua artis. *Opus incipit in folio secundo, quum primum sit vacuum, et titulo huic subnectitur:* CLEMENTISSIME DEUS CUM TUA GRATIA et auxilio: Incipit liber qui uocatur Janua artis: Magistri Raymundi Lull. aeditus (sic) a dño Petro degiville montis Albi presbytero. *Absoluto opere in folio XVI. recto, linea XIV. legitur* FINIS, *deinde:* Impressum Rome Anno. M. CCCC. LXXXV. *In eadem pagina incipit iudicium quorumdam Theologorum de Interpretatione* Petri degiville *tractatus* Raymundi Lulli, *qui dicitur* Janua artis. *Hoc absolvitur in folio XVIII. averso ad lineam III. cum subscriptionibus Theologorum, scilicet* Anthonius episcopus Fanen. = Noyanus episcopus Xephalensis = Ferdinandus cordubensis subdiaconus dñi nri = Joannes abbas sancti Bernardi Valentini = Jacobus Conil = Guilermus bodonit = *In sequenti folio incipiunt absque ullo titulo* Distinctiones Petri Degiville; *quae terminantur in folio XXI. cum hac conclusione:* Expliciūt distinctiões edite a domīo Petro dagui (sic) presbytero. Rome impressum (sic).
In 4.°..... XII. A. 69.

Digitized by Google

Huiusmodi editionis nulla mentio reperitur neque apud *Audiffredum*, qui diligentissimus fuit in perquirendis libris *Romae* excusis Saec. XV. neque apud *Waddingum*, et *Nicolaum Antonium*, qui recensent editiones omnes operum *Raymundi Lulli*, neque apud aliquem alium Bibliographum; unde non immerito inter rariora Bibliothecae cimelia recenseri debet. Excusa est typo rotundo nitidissimo, absque signaturis, foliorum numeris, custodibus, ac litteris initialibus, pro quibus spatia tantum exten.

—— Liber de Conceptione Virginis Mariae. *In primo folio occurrit Prologus huic titulo subditus*: Jhesu christe gloriose in quo universi creati nobilitas ac perfectio ꝑsistūt unite. et ut laudibus et honore matris tue cōceptus valeat a tuis fidelibus venerari: q̄ quidem pro tui sacratissima incarnatiōe p̄ordinata extitit āteq̄ adam creasses. placeat tibi benigne salvator illuminare indignum famulum tuum ut te amando et diligendo disputationem incipiat secularis et iacobite. *Haec vero disputatio est inter monachum quemdam Dominicanum, et laicos duos. Ad calcem*: Ad Laudem et honorē intemerate virginis marie: liber de ei⁹ cōceptu ab om̄i labe originali īmuni: ab egregio viro magistro Raymundo Lull doctore illuminato compilatus: qui pro fide Catholica lapidū ictibus occubuit apud tunicem civitatem agareno4 felici numine est explicitus. Impressus hispali impensis religiosi viri fratris Martini almodovar militie de calatrava opera vero et īgenio magistri pauli de colonia et sociorū ei⁹ alemanorū duodecima die martij. Anno ab incartione (sic) dn̄i. 1491.
In 4.° parvo..... II. B. 10.

Editio parum obvia, et admodum rara. Hoc tamen opusculum non esse *Raymundi Lulli* bene conjectatur *Nicolaus Antonius Tom. II. pag. 136. Biblioth. Veteris Hispanae.* Ait enim: *cum Auctor meminerit decreti super Conceptionis mysterio ab Aragonum Rege emanati; inveteratamque vocet diversitatem, quae de hoc Sanctissimo conceptu inter Christi fideles esset: quod quidem de Raymundi tempore, quo vixit Joannes Duns Scotus hujus controversiae antesignanus, quoque nondum Joannis I. Aragoniae Regis princeps hac super controversia decretum prodierat, non intelligi potest.*

—— Opuscula alia, *quae in prima pagina hoc pacto notantur:* Hic continentur libri Remundi pij eremite. (Raymundi Lullii) Primo. Liber de Laudib⁹ beatissime virginis marie: qni (sic) et ars intentionū Apellari (sic) potest = Secundo. Libellus de natali pueri parvuli — Tertio. Clericus Remundi — Quarto. Phantasticus Remundi. *In postica pagina habetur Epistola* Jacobi Fabri Stapulensis benignis Lectoribus. *In secundo folio opus incipit praefixo titulo:* Remundi pij Eremite liber de Laudibus beatissime virginis marie. Maria dei mater virgo gloriosissima: intentione te laudandi, honorandi, orandi, cognoscendi, et amandi hunc librum incipimus quem amore tui: librum de laudibus beate marie nuncupamus. *Ad calcem typographica nota hisce verbis habetur:* Ad gloriam, et honorem dei: finitus est presens liber a Remundo. Anno 1311 incarnationis domini nostri Jhesu Christi. Impressum Parhisij per Guidonem Mercatorem: propriis eiusdē sumptib⁹ et expēsis. Anno eiusdē domini Salvatoris. 1499. 6 Aprilis. *Huic subnectuntur Errata* Recognita ex officina, *et* Registrum.
In 4.°..... II. C. 9.

Lulmei Pauli. Bergomensis Ord. Heremit. S. Augustini. Libellus de Apolo-

Digitized by Google

gia religionis fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini cōtra falso impugnantes ad Reverēdissimum dominū Guilelmum de Estoutevilla divina miseratione ep̄m Ostiensem. Cardinalem Rothomagensem. Et Sanctissimi domini nostri Sixti pape iiii. Camerarium dignissimū sacriq3 ordinis heremitarum divi Augustini protectorem: benefactoremq3 singularissimum. *Haec in summitate primae columnae folii primi recti leguntur. Incipit tum immediate Auctoris Epistola ad Cardinalem, sub sequenti inscriptione*: (R) Everendissimo in xp̄o patri et domīo meo: domino Guilelmo de Estoutevilla ēp̄o etc. etc. etc. frater Paulus Bergomensis eiusdem heremita seruulus et orator. Cordialem servitutem. *Hac finita in folio tertio recto, columna secunda, opusculum ipsum, quod in duas dividitur partes, incipit. In folio XLIII. averso, columna secunda opus terminatur in sequenti subscriptione:* Finis. Impressum Rome in domo nobilis viri Francisci de Cinquinis apud Sanctam Mariam de p̄plo Anno dñi 1479 die 18. mensis Julii. *Sequitur* Registrum hui⁹ libelli. *Adcedit Regula Fratrum, et Sororum de Poenitentia Sacri Ord. Heremitar.* S. Augustini, *Latine, et Italice, et in eam decreta Pontificia. Absolutis his omnibus, incipit historia divae matris* Monicae, *et ejus translationis. Praemittitur* Prologus in hystoriam dive Monice sanctissimi doctoris aurelii Augustini matris piētissime. *Deinde Nuncupatoria, sic inscripta:* (R) Everēdissimo in christo patri fratri Johāni senēsi Sancte Massane ecclesie ātistiti et prīcipi religiosissimo sanctissimi dñi nostri pape Sixti sacriste confessori et assistenti: suus frater Paulus Bergomēsis Sācte Marie de populo alme urbis prior Augustinensium heremita4 frat4 minimus: cordialem affectū. *Opus terminatur cum* Carmine Maffei Vegii *in honorem* divae Monicae.

In 4.° parvo..... XIII. A. 12.

Tria haec opuscula simul compacta, et cum sola subscriptione ad calcem primi, uti jam observavimus, excusa sunt eodem tempore, et charactere gallo-franco minusculo, ac perquam nitido, sine signaturis, custodibus, foliorum numeris, et initialibus; eaque summopere commendant *Audiffredus pag. 232. Pinellius Tom. II. pag. 8. Denisius pag. III.* ac *Laire Tom. I. pag. 454.*

Lumen Animae. *In fronte secundae paginae folii primi sequentia verba tituli loco leguntur:* Liber moralitatum elegantissimus magnarum re4 naturalium (Lumen anime dictus. cum septem apparitoribus. necnon sanctorum docto4; orthodoxe. fidei professorum. Poetarum eciam ac oratorum auctoritatibus. per modū pharatre scdm̄ ordinem alphabeti collectis) feliciter incipit. *In secundo folio recto incipit Praefatio, et hanc excipiunt* Tabulae rerum naturalium una, altera moralitatum, *ordine alphabetico dispositae, quae folio LVIII. terminantur. In sequenti folio* Prologus *secundus in ipsum opus incipit, quem in pagina folii LXI. recta* Titulus primus de nativitate xp̄i *excipit. Typographica nota sequentibus verbis excusa legitur circa medium folii cclxix. recti.* Liber lumen anime dictus feliciter explicit. Qui per me Anthonium Sorg civem Augustēn. artis impressorie magistrum. post diutinam occultationem (cooperantibus michi (sic) in primis divina gratia. De post Venerabiliun fratrū beate Marie genitricis dei de monte Carmèli. Benigno favore pariter et auxilio) non si-

Digitized by Google

ne magnis laboribus ad laudem omnipotentis dei. totiusq3 triūphātis ecclesie honorem et decorem. atq3 in majorem fructum ipsius militantis ecclesie piorum filiorum. simulq vtilitatem. Vbi supra stagneis Karacteribus. primum in lucē ē productus. Anno q3 a nativitate domini i477. Tercia die mēsis Septembris (omni cum diligentia) completus.
In folio ..... III. E. 17.

Editio haec rarissimis adcenseri meretur, ex auctoritate *Maittairii pag. 373. Denisii pag. 80*, et *Zapf. pagg. 44. et 217.* Typo gallo-franco nitidissimo excusa est, sine signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Initiales litterae ligno eleganter incisae adparent charta est firma quidem sed cruda admodum. In praefatione primo loco adposita Auctor semetipsum manifestat. Erat is *Mathias Farinator Wiennensis Austriacus*, ordinis Carmelitarum alumnus, qui ut in praefatione legimus, scripsit per alphabeti seriem iussu *Joannis XXII. P. M.* librum Moralitatum in septuaginta quinque distinctum titulos, atque e Patribus, Doctoribus, Philosophis, Poetis ac Oratoribus multo, et diuturniore labore congessit, quem ejusdem Pontificis jussu *Lumen animae* inscripsit. *Triginta annis minus uno*, inquit in prologo, *sine intermissione die, et nocte huic complendo insistens operi studio inaestimabili variisque laboribus insudando multa legens, multa audiens per memetipsum diversa auditu quoque digna experiens, et discernens, et si quid fide dignum inserui, quod autem falsitatem habuit annexam aliquam, repuli et omisi.*

Lunigo Nicolai de. *Vide* Leoniceni Nicolai.

Lupionis. Epistola ad Liridionem. *Extat cum* Epistolis hypobolimaeis q. Curtii. *Vide* Curtii.

Luschi Antonij Vicentini oratoris clarissimi. Inquisitio super xi. orationes Ciceronis ad fratrum suum optimum : atq3 charissimum Astolfinum de Marinonibus. *Huic titulo, qui operi praefixus est, subditur Auctoris* PREFATIO, *quae terminatur in folio quarto recto, deinde immediate incipit* Argumentum orationis Pompeiane. *Opere absoluto adcedunt* Xichonis Polentoni argumenta xii. super aliquot Orationibus et invectivis ciceronis. *Agmen claudit* Hieronymi Squarfici Alexandrini, (*qui hoc opusculum Johanni Coloniensi mercatori optimo, et socio ejus Joanni Gherretzen imprimendum tradidit*) epistola ad Antonium Serachum Archiep. Corinth. et Reverendissimi dñi patriarche Venetiarum Vicarium. *Data est*, Venetiis ex edibus solite habitationis 4. nonas Junias. M. cccc. lxx. vij. *Extat cum* Asconio Paediano. *Vide* Paediani.
In folio ..... XII. C. 4.
—— Exemplar alterum ..... X. E. 27.
—— Exemplar tertium ..... X. E. 28.
—— Exemplar quartum ..... XI. F. 22.

Digitized by Google

L Y

Lyciorum. Epistolae IV. *ad* Marcum Brutum, Rinucio Thettalo *interprete. Extant cum* Epistolis Bruti. *Vide Bruti.*

Lyra Nicolai de. Postillae, seu Commentaria in universa Biblia, *ex recognitione* Joannis Andreae. *Extant cum textu* Bibliorum. *Vide* Biblia, *Tom. I. pag. 85. et seq. ibique variae notantur editiones.*

—— Cum additionibus Pauli Burgensis, *et* Replicis Matthei Doring. *Vide* Biblia.

—— Cum Glossa ordinaria Walafridi Strabonis, Additionibus Pauli Burgensis, *et* Replicis Matthei Doring. *Vide* Biblia.

—— Cum Expositionibus Britonis in Prologos Sancti Hieronymi. *Vide* Biblia.

—— Postillae Morales in Biblia. *In primo folio averso Epistola imprimitur, praeviis hisce verbis:* Jesus. Epistola pro operis emendatione: et pro ipsius Tabula miro artificio ordinata. *Incipit*: Reverendo P. in christo fratri Francisco Raimondo or. Mi. obser. Predicatori Celeberrimo: ac provincie sancti Antonij quo ad fratres de observantia Vicario benemerito: Frater Ludovicus a Turri Veronensis. e. or. minimus cū comendatione Sal. *Desinit:* Ex loco nostro Sancti Apolonij extra Brixiam. Xii. Kl.^{s} Decembris M. CCCC. LXXX. *Prologus incipit in secundo folio recto, cui praeeunt verba:* Angelici et excellentissimi viri Sacre theologie monarche et p^{s}fessoris eximij Nicolai de Lyra ordinis Minorum p^{s}logus. pro ip^{s}ius moralibus super totam Bibliam. *Ad calcem legitur:* Expliciunt postille morales seu mystice super omnes libros sacre scripture. exceptis aliquib^{s} qui non videbantur tali expositione indigere. Igit^{s} ego frater Nicolaus de Lyra de ordine frat4 mino4 deo gratias ago qui dedit mihi gratiam hoc opus incipiendi et p^{s}ficiendi. anno dñi. M. CCC. XXXiX. in die sancti Georgij martyris. Rogo etiā eos qui studuerint ī hoc op^{s}e quatenus deum p^{s} me deprecent^{s} qui actor est omnis boni. *Typographus his subjunxit:* Impressum hoc opus Mātue per Paulum Joānis de Butschback. anno salutis M. ccccl$\overline{xxx}$j. iij. Kal^{s}. madij. regnante ibidē felicissime illustrissimo dño. dño Federico de Gōzaga Marchione tertio. *Post folium vacuum Tabula adest, quae XII. folia complectitur: ultima excepta pagina, quae Registrum continet.*
In folio minori ..... I. E. 1.

Editio hujusmodi operis anni 1484, quam affert *Maittairus pag. 455.* fabula est. Ex incuria, procul dubio, pro *LXXXI. III. Kal.* legit *LXXXIIII.* Sic etiam docet *Volta pag. 33.* Differt hoc opus ab ejusdem Auctoris expositionibus Litteralibus, quae *Postillae* vocantur, *in totam Scripturam Sacram.*

—— Exemplar alterum ..... I. E. 2.
—— Exemplar tertium ..... I. G. 26.
—— Postilla super actus apostolorum, Epistolas Canonicales, et Apocaly-

Digitized by Google

psin. *Ad calcem voluminis sequentia habentur verba* : Finit feliciter opus fratris Nicolai de Lyra ordinis mino4 sup. actus apostolo4 sup epistolas canonicales et sup apocalypsin. et impressum Mantue p Paulum de Butschback magun-tinensis dioecesis Anno dñi M. CCCC. Lxxx. die V.° xxx. Martij. regnāte ibidem felicissime illustrissimo dño domino federico de Gonzaga Marchione tercio. DEO LAUS.

In folio parvo..... 1. E. 3.

—— Exemplar alterum..... 1. E. 4.

—— Incipit phemium fratris Nicolai de Lyra ordinis fratrū minorū ī epl'as pauli. *Is titulus occurrit in prima columna folii primi. Adcedunt in hoc opere* Additiones Pauli Burgensis . *et* Replicae Matthei Doringk. *In fine :* Explicit Postilla Nicolai de Lyra super epistolis beati pauli apostoli cum Additionibus domini episcopi et cum Replicationibus Pauli Burgensis fratris Matthaei doringk ordinis minorum Impressum Mantue per me Paulum Johannis de puzpach. Magūtinēsis dyocesis. Sub annis dñi. M. CCCC. lxxviij. die. xxviij. mensis Aprilis.

In folio parvo..... 1. E. 7.

—— Postilla super Evangelia quadragesimalia. *In secunda folii primi pagina legitur brevis Typographi Epistola nuncupatoria, sic inscripta :* Laurentius Ruscius Valentinianus Illustri ac splendidissimo principi domino Nicolao Marie Estensi Adrie pontifici dignissimo. Sal. *In summitate primae columnae folii secundi recti titulus operi praefigitur hoc pacto :* Eruditissimi sacre pagine interptis: Nicolai de Lyra ex ordine minorū super evangelia quadragesimalia postilla seu expositio lrālis et moralis īcipit : Cui et fratres (sic) Antonij Bettonini (sic) eiusdē ordinis q̄stiones perpetue annectuntur. *Opere absoluto legitur:* Evangelia quadragesime cū epl'is et expositionibus et moralitatibus Nicolai de Lyra: nec non et questionibus fratris Antonij Betontini emendata et correcta per venerabilem magistrum Petrum Malfetam ordinis minorum sacre Theologie doctorem. *Sequitur* Registrum istius libri, *cui subnectitur notitia typographica.* Impressum Ferrarie per me Laurentium de Rubeis de valentia. Anno domini. M. CCCC. LXXXX. die sexto Idus Marcij. *Typographi signum adcedit, de quo* Orlandus n. 35.

In 4.°..... 1. D. 19.

Editio parum obvia, de qua erudite, et accurate agit *Baruffaldius pag. 75.*

—— Exemplar alterum..... 1. D. 20.

—— Alia editio. *In prima pagina typis majoribus rubri coloris legitur :* Postilla seu expositio lrālis et Moralis Nicolai de Lira or. Mi. supepl'as et evāgelia q̄dragesimalia cū qōnib' frīs Antonij Betontini ejusdē ordinis. *Huic inscriptioni subnexum est signum nigrum* Lucae Antonii Junctae *parvae formae, cum consuetis litteris* L. A. *In secundo folio recto opus incipit a titulo, ut in praecedenti editione. Opus terminatur cum subscriptione :* Evangelia quadragesime cum epl'is et expositionibus et Moralitatibus Nicolai de Lyra necnon et questionib' fratris Antonij Betontini emendata et correcta p venerabilē mgr̄m Nicolaum de Mutina ordinis minorum sacre theologie doctorem. Impressum venetijs per Joan-

Digitized by Google

nem Emericum de Spira alemanum Anno salutis. MCCCCXCiiij. Octavo Kalãs Junias. *Adcedunt* Registrum istius libri, *et Typographi signum. Post vacuam paginam incipit* Tabula presentis operis, *quae tribus comprehenditur foliis.*
In 4.° ..... 11. C. 27.

Praesentem editionem in *Annalibus Typogr. Junct.* mihi reperire haud contigit; imo, ni fallor, latuit praecipuos Bibliographos.

—— Quaestiones contra hebraeos. *Titulus praefigitur opusculo :* Elegantissime Questiones disputate ꝑ excelentissimũ (sic) artium ac sacre theologie magistrũ dominũ Nicolaũ de Lyra contra Hebreos incipiunt feliciter. *Ad calcem legitur*, Finis.
In 4.° ..... 11. B. 9.

Sine ulla typographica nota. Tantummodo in *Bibliotheca Pinelliana Tom. I. pag. 140.* reperi praesentem editionem, ubi Cl. *Morellius* eam adpellat *Editionem Veterem Saec. XV.* Eius character est gallo-francus rudiusculus, et lineas 32. implet in paginis integris. Constat ex foliis 21. in quibus nec foliorum numeri, nec custodes occurrunt, et tantum signaturae suo loco visuntur.

Lysidis Epistola ad Hipparcum, graece. *Extat in collectione Aldina. Vide Epistolae variorum Auctorum.*

Digitized by Google

M A

Macedonum Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis Epistolis. *Vide* Mahummedis.

Macri Floridi Philosophi. Liber de virtutibus, et usibus herbarum. *Opus est concinnatum heroico carmine, ordine alphabetico dispositum. Auctor incipit ab* Arthemisia, *et prosequitur, de aliis herbis non ineleganter canens, atque explicans earumdem vim medicam. Praecedit opusculo titulus :* INCIPIT LIBER MACRI PHILOSOphi ī quo tractat de naturis qualitatib' Octuagintaocto herbarum et primo de Arthemisia. *In ultimo folio recto opus absolvitur cum subscriptione :* Liber Macri Philosophi De virtutibus herbarum finit foeliciter. Neapoli impressus per Arnoldum de Bruxella. Anno Millesimo quadringētesimo septuagesimo septimo die vero nona mensis Maii : *In aversa facie occurrit* Registrum libri hujus, *ad cujus calcem denuo legitur* Arnoldus de Bruxella. In folio..... XI. C. 24.

Laudatur praesens editio a *Maitt. pag. 379.* et a *cl. Rossi pag. 56.* tum a praestantia, tum praecipue a raritate.

—— Alia editio, *cum Commentario* Guillermi Gueroaldi, cujus *Nuncupatoria Epistola sic inscribitur:* Spectabiles viros dīos et magistros Johannē cōtinum ac Natalē Stephanū artium et medicine doctores illustrissimos Guillermus gueroaldus suorum discipulo4 minimus supplicacissima (sic) impartitur salute. *In postica ejusdem folii pagina, incipit* Guillermi gueroaldi in Macri floridi medici et poete excellentissimi ītерpretatiūculas pfatio. *Opus absolvitur hac clausula :* Habetis iuuenes studiosissimi Macri floridi de virib' herbarū opusculum ab oīni mēda castigatissimum una cum interpretatiūculis luce meridiana longe clarissimis. Finis ..... VIII. B. 73. In 8.° .....

Absque notis typographicis. Libri hujus editio prima fuit Neapolitana, quam superius notavimus. Quod ad alias editiones adtinet, variae extant, quae tamen nostra aetate haud obviae sunt. *Joan. Albert. Fabr.* in *Bibliot. lat. Tom. III. lib. IV. Cap. XII.* se editionem habuisse memorat, ac describit, quae perfecte consonat cum hac nostra; quam ad exitum Saec. XV. prodiisse, existimat. Transmigravit illud ipsum Fabricii exemplar in splendidissimam et instructissimam *Comitis Henrici* a *Bünau* Bibliothecam. Vide *Joan. Michael. Franchii Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. Vol. I. Cap. II. pag.416.* ubi in memoratae editionis fine leguntur verba, quae in nostra visuntur. Ipsius character gallo-francus est, cum rudibus herbarum figuris, ligno incisis, et signaturis tantum in marginibus inferioribus. Fuerunt inter doctos viros, qui hoc carmen *Aemilio Macro* Veronensi, *Virgilii* amico, et poëtae sui temporis celeberrimo, tribuerunt, et inter quos eminet *Thomas Bartholinus* in *Dissert. de Medicis Poetis.* Illum enim opus *de herbis* conscripsisse, *Ovidii* testantur versus *lib. IV. Trist. Eleg. X. 44.*

Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo
Quaeque necet serpens, quae iuvet herba Macer.

et *Dionysii*, qui plerumque *Catonis* nomine insignitur, versus *in praefat. lib. II.*

Digitized by Google

quod si mage nosse laboras
Herbarum vires, Macer tibi carmine dicet,
Corporis ut cunctos possis depellere morbos.

Sed hoc antiquioris *Aemilii Macri* carmen *de viribus herbarum* interiit, et illud, quod ejus nomine ornatum circumfertur, auctorem habet recentiorem, quem *Julius Caesar. Scaliger lib. VI. Poetic. Cap. V. neque poetam, neque bonum medicum, neque sincerum versificatorem* fuisse existimat. Ejusdem fere sententiae fuit *Lilius Gregor. Gyraldus Dialog. IV. de Poet. hist. Tom. III.* ubi hunc *Macri* librum *subditicium et adulterinum, carmine quidem concinnatum, sed rudem et barbarum* adpellat, quem *Corruptores, et plagiarii sub* AEMILII MACRI *nomine in vulgus dederunt.* Ita enim scribit: *praeterquam, quod in illo improprius est latini sermonis usus, nec aequa versus structura; in eo quoque* C. PLINIUS *citatur, obliti scilicet illi fuerant, quod* MACER *ipse a* PLINIO *in hac re adducitur, qui uno plus minus saeculo post* MACRUM *floruit, ut facile ex temporum ratione colligitur.* Ex iis igitur, quae diximus, dilucide adparet hoc opus a Scriptore recentioris aetatis esse compositum; quis vero ille fuerit, non satis constat. Si *Gaudentio Merulae* fidem habere voluerimus, ab *Odone*, sive *Odobono* quodam medico conscriptum est. Ita enim ille in *lib. I. Antiq. Gallorum Cisalp. Cap. XI. Hanc urbem*, (*Veronam*) *tres maxime viri illustrarunt: Catullus, scilicet, a quo et* JULIUS CAESAR *proscissus est:* VITRUVIUS *per tempora divi* AUGUSTI, *architecturae scriptor: et* AEMILIUS MACER, *qui de herbarum virtute elegantissime scripsit. Sed hic libellus, qui sub* MACRI *nomine circumfertur, non hujus est, sed* ODONIS *cujusdam medici, ut ipse vidi in codice quodam antiquissimo. Verum ut gratior exiret in lucem,* MACRI *titulo inscriptus est.*

MACROBII AURELII THEODOSII. In somnium Scipionis exp ositiones. et Saturnaliorum libri VII. *Opus incipit in folio secundo recto, eique praefiguntur verba:* SOMNIUM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPUBLICA EXCERPTUM. *Post* Ciceronis *libellum adest folio tertio averso ejusdem expositio, cum titulo:* MACROBII AURELII THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLLUSTRI IN SOMNIUM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QUAMELEGANTISSIMAE LIBER PRIMUS. *Titulis secundi libri uncialibus pariter excusus formis invenitur, et ad calcem legitur subscriptio:* MACROBII AURELII THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLUSTRIS IN SOMNIUM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QUAMELEGANTISSIMAE LIBRI SECUNDI ET ULTIMI FINIS. *Post vacuam paginam incipiunt* Saturnalia, *quibus haec praefixa sunt verba:* MACROBII AURELII THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLUSTRIS CONVIVIORUM PRIMI DIEI SATURNALIORUM LIBER PRIMUS. *Cuilibet libro occurrit Titulus litteris uncialibus excusus, et ad calcem voluminis haec pro coronide impressa adest subscriptio:* MACROBII AURELII THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLUSTRIS SATURNALIORUM LIBRI IMPRESSI VENETIIS OPERA ET IMPENSA NICOLAI JENSON GALLICI. M. CCCC. LXXII.
In folio . . . . . XII. H. 16.

Hanc principem *Macrobii* editionem rarissimam praedicant *Maitt. pag. 316. Gaign. Tom. I. pag. 572. de Bure Belles lettres Tom. II. pag. 194. de la Vall. Tom. II. pag. 660. Mittar. pag. 256. Pinell. Tom. III. pag. 116.* et *Crevenna Tom. IV. pag. 202.* Elegantissimus ejus rotundus character chartae firmissimae, nitidissimaeque imprimitur, lineas 40. complectens in paginis integris. Custodes, numeri foliorum, signaturae, ac initiales, pro quibus spatia tantum extant, desunt omnino. Totum volumen foliis constat 166. Exemplar nostrum postillis MSS. refertum, splendidissime compactum est.

Digitized by Google

—— Alia editio, *in qua nulla Editoris Praefatio occurrit, sed statim incipit primum opus, cui praefixus est titulus.* SOMNIUM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPUBLICA EXCERPTUM. *Cetera ut in praecedenti editione. Ad calcem libri VII.* Saturnaliorum *Typotheta notavit:* MACROBII Aurelii Theodosii uiri cōsularis et illustris saturnalio4 libri impressi Brixae (sic) per Boninum de Boninis de Ragusia. M. CCCC. LXXXIII. die vi. Junii. *In postica ejusdem folii ultimi pagina adest* Registrum.
In folio ..... XI. E. 2.

Inter editiones Brixianas, haec est omnium prima, in qua Graecus character pro vocabulis, et locis graecis adhibitus fuerit; etsi quam plurima loca vacua dimissa sint, non secus ac in editione Jensoniana anni 1472. ex qua haec expressa videtur. Editio rotundo, nitidissimoque charactere excusa, cum opportunis schematibus ligneis. In superioribus marginibus desunt numeri foliorum, sed librorum inscriptiones habentur; in inferioribus custodes desiderantur, sed occurrunt signaturae. Pro initialibus spatia tantum aderant, priusquam Minicularius penicilli ope, easdem adiecisset rubro, vel caeruleo colore; margines tamen primi folii, initialisque littera auro, et coloribus variis affabre depicta visuntur.

—— Exemplar alterum ..... VII. A. 53.

—— Alia editio, *praecedenti simillima. Ad calcem legitur:* MACROBII Aurelii Theodosii uiri cōsularis et illustris saturnalio4 libri impressi Brixie per Boninum de Boninis de Ragusia. M. CCCC. lxxxv. die ultimo maii. Registrum hujus operis *in aversa facie ultimi folii conspicitur.*
In folio ..... XI. E. 1.

Typi hujusmodi editionis iidem omnino, ac in praecedenti; sed in recentiore hac aliquantulum jam detriti. Eadem quoque in utraque paginarum brevitas, idemque linearum numerus, scilicet 37, latitudo autem hujus digito fere major latitudine illius. Quo fit ut istius plagulae pauciores sint nimirum 176, quum illius sint 190. Haec, uti illa, signaturis, et registro instructa est; numeris vero, et custodibus aeque caret. Pauca haec de opificio typographico utriusque hujus editionis hic adnotare opere pretium duximus, quo Lectori constaret, novam hanc, etsi in plerisque cum antiquiore conveniat, aliam tamen omnino ab illa esse; nec suspicari licere, ne forte sola subscriptione inter se differant.

—— Exemplar alterum ..... XI. E. 11.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur:* MACROBIUS. *In reliquis cum editione praecedenti convenit, sed haec subscriptio adest in fine:* Macrobii Aurelii Theodosii uiri consularis et illustris saturnaliorum libri impressi Venetiis a Philippo Pincio Mantuano: Anno a nativitate dñi. M. ccccc. die xxix. Octobris. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Duce. *His subjacet* Registrum.
In folio ..... XI. E. 24.

Prima tantum initialis littera hujusmodi editionis xylographica est: reliquae vel desunt, vel exprimuntur minoribus elementis.

—— Alia editio. *In primo folio recto sequentia habentur verba:* Macrobii de Somno Scipionis: nec non de Saturnalibus libri: summa diligentia suo nitori restituti sunt: In quo plusq̄ ter mille errores corriguntur: graecūq3 quod ī olim impressis deerat fere oībus locis reponitur.

Digitized by Google

Macrobius Lectoribus

Qui mutilus dudum et crebris erroribus auctus
Macrobius nulli pene legendus eram
Taberii ac Pyladae cura magnoq3 labore
Nunc iterum mihimet redditus ecce legor.

Post vacuam paginam incipit Iudex Vocabulorum Macrobii, *ordine alphabetico dispositus, qui tria occupat folia. In folio quinto recto eadem verba, quae in primo folio visuntur, denuo occurrunt, sed absque epigrammate. In folio sexto opus incipit a titulo, ut in praecedentibus editionibus, formis uncialibus excuso, et ad calcem voluminis Typographus notavit:* Macrobii Aurelii Theodosii uiri cōsularis et illustris saturnaliorum libri impressi Brixiae per Angelum Britānicum: M. CCCCCI. Die. xviii mensis Januarii. Registrum *adcedit.*
In folio..... XI. E. 9.

Maffei Augustini. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat in lib. VI.* Epistolarum Politiani. *Vide* Politiani.

Maffei Celsi. *Vide* Maphei.

Maggioli Laurentii. *Vide* Maioli.

Magistris Joannis de. Incipiunt questiones perutiles super tota phīa magistri Joānis Magri doctoris parisiēsis cum explanatiōe Aristotelis secundum mentē doctoris subtilis Scoti. *Is titulus visitur in summitate primae columnae folii secundi, nam primum vacuum est. Ad calcem primae columnae folii clxii. recti extat nota typographica sequentibus verbis excusa:* Questiones putiles sup tota phīa nāli magistri Joānis de Magistris doctoris parisiēsis cum explanatiōe textus Aristotelis Sm̄ mētē doctoris subtilis Scoti feliciter finiunt. Impressū Parme anno dn̄ici natalis . 1481. die Vo. Xij. mensis decembris. *In sequenti columna secunda incipit* Registrum, *quod terminatur folio CLXII. recto.*
In folio ..... VII. A. 33.
—— Exemplar alterum ..... VII. A. 6.
—— Exemplar tertium ..... VIII. C. 30.
—— Exemplar quartum ..... VIII. C. 38.
—— Exemplar quintum ..... VIII. E. 33.
—— Alia editio, *in qua idem titulus in prima columna occurrit, ac in praecedenti editione. Ad calcem secundae columnae penultimi folii recti leguntur verba*: Quaestiones putiles supra tota philosophia naturali magistri Joannis de Magistris doctoris parisiensis cum explanatione textus Aristotelis Sm̄ mentem doctoris Subtilis Scoti feliciter finiūt. Impresse Venetys anno dominici natalis. 1490. septimo calendas octobris Sumptibus et expēsis nobilis Octaviani Scoti civis Modoetiensis. Augustino barbadico Inclito Venetiarum duce. *His sub-*

Digitized by Google

jacet Registrum, *et in aversa pagina* Incipit tabula totius operis, *quae occupat totam primam ultimi folii recti, et in secunda occurrit Typographi signum satis notum.*

In folio ..... VIII. A. 9.

—— Questiōes subtiles et ꝑutiles Magr̄i Joannis Magr̄i. doctoris parisiēsis sup totū cursū logice porphyrii et phi cū vtili explanatiōe textꝰ īcipiunt sm̄ mentem doctoris subtilis Scoti. *Post hunc titulum, qui occurrit in prima columna folii primi, opus incipit, et hac terminatur subscriptione:* Impressum Venetijs i490. Iussu et īpensis nobilis viri Octaviani Scoti. *In aversa pagina hujusmodi penultimi folii*, Tabula qōnum sup tota logica magr̄i Joānis Magr̄i incipit, *qua absoluta in ultimo folio averso visitur Typographi signum; deinde* Registrum.

In folio ..... VII. A. 54.

Magistris Martini de. Commentaria in lib. X. Ethicorum Aristotelis. *In priori pagina, typis gallo-francis majoris formae, haec excusa habentur verba:* Textus ethicorū Aristotelis ad Nicomachum iuxta antiquam translationem cum familiarissimo cōmētario in eundem: et cōpendiosis questionibus ac dubiis circa litterā emergētibus ad mentem doctissimorū Virorū et Magistrorum Martini magistri et Johannis buridani maiori ꝑ parte decisis nuper magna cum vigilantia castigatis: et singulis in marginibus diligēter quotatis. *His verbis subnectitur quadrangulum xylographicum oblongum, tres arbores exhibens; in dextra, et sinistra pueri, in medio aves ramis insident. Scutum in medio quadranguli visitur, litteras* I. P. *nodis ligatas, inscriptas habens, quae* Joannem Petit *indicant; cujus expensis opus impressum fuit. Leo, et Leaena idem scutum ex utraque parte sustentant, et in inferiori parte eiusdem rectanguli legitur,* JEHAN PETIT; *dein:* Venales habētur in Leone argenteo vici sancti Jacobi. *In aversa pagina occurrit* Claudii felicis lingonēsis exhortativa ad Lectores et operis Laudativa epistola, *qua absoluta, adcedit ejusdem Epigramma ad Lectorem. In sequenti folio incipit* Prohemium Ethicorum, *et ad calcem operis Typographus notavit:* Finit liber Ethico4 aristotelis ad Nicomachum interꝑte (ut nonnulli astruunt) fratre Hērico Kosbein ordinis fratrū predicatorum quem et oēs textus eiusdem philosophi traduxisse dicunt: adiuncta familiari explanatione lr̄ali per totum ac per primos sex libros ad singulos tractatꝰ interiectis questionibus et dubiis non minus fructuose q̄3 succincte discussis. Ex parisꝰ. Vi. Kalꝰ Octobris. M. CCCCC. *Sequuntur* Tabula, *et* Registrum.

In folio ..... VII. B. 44.

Bibliographi praecipui de hac editione omnino tacent. Typo gallo-franco, qui major in textu commentariis inserto reperitur, expressum est opus, et quaelibet pagina lineis 65. minoris characteris constat. Signaturae, custodes, et foliorum numeri adsunt, initiales plerumque florentes, ligno insculptae occurrunt: litteraeque in ore superiori marginum prologum, et libros indicant.

—— QUESTIONES MORALES MAGISTRI MARTINI MAGISTRI PERSPICACISSIMI THEOLOGIE PROFESSORIS: DE FORTITUDINE FELICI-

Digitized by Google

TER INCIPIUNT. *Laudata verba habentur in prima pagina folii primi, et in prima folii secundi columna opus incipit a verbis:* Circa fortitudinis virtutē inquirendū est primo que et qualis virtus sit. Sc̄do de obiecto eius. Tertio de actibus ipsius. Quarto de nōnullis q̄ dicūt⁹ ꝑtes eius. Quinto dc fortitudine dono. Sexto de viciis p̄dictis virtutibus oppositis. *Ad calcem secundae columnae folii* CXLVI. *opus absolvitur, cui subduntur versus:* Egidius delfus ad Lectorem.

Accipe que nostris deerant maioribus olim
Ad mores: sūmi pectore ꝑmta viri
Hunc sophie nostri p̄mates int⁹ honorant:
Et referunt celso candida scripta polo.

Imp̄ssū est hoc opus in celeberrima vrbe Parisiēn. In vico sācti Jacobi ad int⁹signiū sācte barbare. Per Vuolfgāgū hopil almañ. Anno dñi M. CCCC. LXXXIX. die p̄ma decembris. *Adcedit in sequenti folio* Index questionū moralium Magistride fortitudine: cum responsione ad questiones ipsas brevissime notata. *Ad calcem legitur:* Finit⁹ ocyus per Egidium Delfū socium Sorbonicū. Cetere autem conclusiones que inter respōdendū questionibus afferuntur: facile a q̄uis recolligi possunt. neq3 etiam erat hac in re ꝑlixitas magnopere querenda.

SUNT QUESTIONES. LXIIII.

In folio..... VII. A. 7.

Editio parum obvia, et eleganter excusa typo rotundo, et nitidissimo, quam laudant *Maittairus pag. 507. Denis pag. 270. De la Val. Tom. I. pag. 388.* ac *Gemeiner. pag. 192.*

Magorum SS. trium Regum, qui corporaliter Coloniam sunt translati anno MCLXIII. Legenda. *Is titulus operi praefigitur. In secundo folio* Incipit tabula hui⁹ libri: qui est collectus de gestis et trnaslationibus (sic) Sancto4 triū regū: qui corporaliter Coloniae sunt translati: anno. M. C. lxiii., *quae tribus complectitur foliis. In secundo fasciculo* Incipit primus liber de tribus regibus, *et ad calcem ultimi folii aversi typographica nota legitur his contenta verbis:* Explicit liber Sancto4 trium regum Coloniae quiescentiū: in quo describunt⁹ diversa mūdi loca: et cōditiones hominū in ipsis habitātib⁹: Imp̄ssus Mutinae p. m. Dominicū Richizola: Anno dñi. M. CCCC. LXXXX. die V̄o. xvii. Augusti.
In 4.°..... XIX. F. 11.

Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Mittarellus pag. 257. Denisius pag. 290. et Tiraboschius Tom. IV. pag. 374.* qui eam raram adpellant.

Mahummedis II. Epistolae, *ex idiomatibus syro, graeco, et scythico in latinum versae, opera* Laudivii. *In fronte primae paginae legitur*: Hoc in volumine haec continentur: Epistolae Maumetis Turco4 imp̄atoris ad diversos prīcipes. Epistolae Diogenis Cynici Philosophi Acutissimi. Epistolae. M. Bruti: quas

Digitized by Google

graece conscripsit, quum ipse et Cassius mortuo caesare cum dolobella pro Syria: Asiaq3 provinciis sibi per Senatum decretis: bellum gerunt. Hyppocratis Choi medicorum principis epistolae. *Sequitur deinde* Epistolarum magni turci argumentum, *tum* Magni Turci Epistolae: ad diversos principes: quas Laudinius (sic) eques Hierosolymitanus latinas fecit. *Epistolae terminantur folio XII. recto, hac clausula:* Epistolae magni Turci finiunt: a Laudino (sic) equite Hierosolymitano editae. *In postica ejusdem folii facie incipiunt*, Diogenis Cynici Epistolae, *et ad calcem totius voluminis legitur:* Diogenis cynici. M. Bruti: Hippocratis medici: ac magni Turci epistolarum. Finis.
In 4.° ..... X. B. 5.

Sine notis typographicis. Nec chartae, nec typorum pulchritudo desideratur in hoc libello, custodibus, numeris plagularum, signaturisque referto; lineis 30. constant paginae integrae, nisi ob spatia admodum frequentia pauciores sint; et rotundo implentur charactere. Initialis prima parvae est formae. De *epistolis* hisce sub *Mahummedis* nomine editis *Trapezuntius* agens in epistola ad *Andream filium* apud *Dominicum Georgium in Vita Nicolai V. pag. 177.* adserit a *Poggio* confictas, e ab *Ioanne Aurispa* primum vulgatas fuisse. *Cl. Tiraboschius* in *Tom. VI. pag. 893.* ab ipso *Laudivio* compositas probabili conjectura censet. Quidquid de hac re sentiendum sit, Auctor argumenti, epistolis praefixi in descriptis editionibus, adfirmat, e syro, graeco, et scythico idiomatibus in latinum traductas fuisse.

Maii Juniani. Liber de priscorum proprietate verborum. *In primo folio averso:* JUNIANI MAII PARTHENOPEII. AD INVICTISSIMUM FERDINANDUM REGEM IN LIBRUM DE PRISCORUM PROPRIETATE VERBORUM PROLOGUS FELICITER INCIPIT. *Dirigitur Epistola ad* Ferdinandum I. *Neapolitanum Regem; et in eadem pagina, qua incipit, absolvitur. Opus folio secundo recto inchoatur, ordine alphabetico digestum, utpote dictionarium, quo absoluto, adcedit in postremo folio Auctoris alia Epistola cum inscriptione:* Junianus Maius. Magistro henrico: Archiep' Acherontino Regioq3 confessori plurimum Verendo. *Subiunguntur primo haec verba:* Juniani Maii parthenopei ad invictissimū Regem ferdinādū. Liber de priscorū proprietate verborum finit. *Dein haec alia:* Editum opus sub foelicissimo ferdinando rege inclitae neapolis. Impressere Mathias morauus Impressor solertissimus: et uenerabilis Monachus Blasius theologus uir integerrimus. Opus edidit Junianus Maius parthenopeus. Cū annus Saecularis celebraretur, orbis fere terrarum hominum insolentia praeter italiam bello turbulentissimus esset. M. CCCC. LXXV.
In folio magno..... XI. D. 20.

Haec editio, omnium princeps, pulcherrima, et elegans est. Typographus enim nihil praetermisit quod elegantiorem reddere illam posset; nam rotundis venustissimis characteribus, solidam, albamque papyrum supposuit. Lineis 46. columnam extruxit, latisque marginibus vallavit. Custodes, et plagularum numerationem neglexit; sed adposuit signaturas constantes litteris, et romanis numeris. Pro initialibus spatia tantum aderant, priusquam Minicularius penicilli ope easdem adiecisset.

—— Exemplar alterum..... XI. D. 21.

—— Alia editio. *Titulus in folio primo averso:* Juniani Maij parthenopei ad invictissimum Ferdinandum regem in librum de priscorum proprietate verborum prologus foeliciter incipit. *Ad calcem post Auctoris Epistolam ad* Archiepiscopum Acherontinum, *legitur:* Egregium opus Juniani Maij Parthenope-

Digitized by Google

imp'ssus Tarvisiae per Bernardum de Colonia foeliciter explicit. Anno. m. cccc. lxxvij.

In folio ..... IX. D. 19.

Editio secunda hujus operis, post Neapolitanam.

—— Alia editio. *Titulus imminet Prologo, qui in primo folio averso impressus, ut in praecedenti editione, sed uncialibus excusus est elementis. Ad calcem post* Juniani *Epistolam ad* Archiepiscopum Acherontinum, *alia reperitur sub epigraphe*: Bartholomaeus Parthenius Gir. Francisco Throno Ludovici. F. Patricio Veneto integerrimo. S. *Huic subjectum est* Speculum hujus libri, *sive Registrum, quod excipit typographica hujusmodi notitia*: Iuviani (sic) Maii Parthenopei Liber de priscorum proprietate verborum finit. Bartholomaeus Confalonerius Brixiensis impressor solertissimus Tarvisii impressit. Anno. Sal. MCCCCLXXX: pridie Kalendas Apriles. Lector vale.

In folio..... IX. D. 19.

—— Alia editio. *In primo folio averso habetur idem titulus uncialibus formis excusus, ut in praecedentibus editionibus, et expleto opere adcedunt duae Epistolae, quarum altera Auctoris ad* Archiepiscopum Acherontinum, *altera* Bartholomaei Parthenii *ad* Gir. Franciscum Thronum. *Ad calcem hujus legitur:* Juniani Maii Parthenopei Liber de priscorum proprietate verborū finit. Octavianus Scotus Modoetiensis Venetiis īpressit. M. CCCCLXXXII. tertio novas (sic) Junii. Joanne Mocenico inclyto uenecia4 duce. *In ultimo folio recto extat* Registrū huius uoluminis.

In folio ..... X. E. 21.

—— Alia editio. *In folio primo averso Epistola ad* Ferdinandum Regem *extat cum inscriptione:* JUNIANI MALI (sic) PARTHENOPEI. AD INVICTIS FERDINANDUM REGEM IN LIBRUM DE PRISCORUM PROPRIETATE VERBORUM PROLOGUS FOELICITER INCIPIT. *Ad calcem voluminis eaedem Epistolae, quas in superioribus editionibus vidimus, habentur; hisque absolutis legitur:* Juniani Maii Parthenopei liber de Priscorum proprietate verbo4 finit Dionysius Bertocus et Pelegrinus de Pasqualibus Bononiēses. Venetiis impraesserunt. M. CCCCLXXXV. die vero. yiii. Octobris. *Signum Typographi alibi notatum, adcedit; ultimum folium* Registrum *exhibet.*

In folio ..... X. E. 20.

Braun P. II. pag. 126. hanc editionem ignotam dicit *Maittairio*, et aliis Bibliographis; sed pace viri eruditissimi illam reperisse fateor *in Tom. I. pag. 469. Maittairii*, licet nomina Typographorum reticeantur; illa vero supplet *Denisius* in *Indice Critico pag. 772.* Quamvis dissimulare nolim varietates, quae in inscriptionibus Exemplaris Brauniani habentur. Ex ejusdem enim descriptionibus patet, MAII pro MALI in epigraphe Epistolae nuncupatoriae recte impressum fuisse, et perperam INVIC TIS pro INVICTIS ut notatur: et in verbis Typographi *Pertochus* pro *Berthochus*, nisi hoc recentis Impressoris sphalma censeri debeat; haec omnia tamen, nostram ab editione *Maittairii* et *Denisii* diversam haud constituere possunt.

—— Alia editio. *In folio primo verso*, I. JUNIANI MAII EQ VITIS (sic) PARTHENOPEI ET ORATORIS CLARISSIMI AD INVICTISSIMUM FER-

Digitized by Google

DINANDUM REGEM ITALIAE IN LIBRUM DE PRISCORUM PROPRIETATE VERBORUM PROLOGUS FELICITER INCIPIT , *desinitque in eadem pagina. In sequenti opus inchoatur , quo absoluto legitur :* Juniani Maii equitis neapolitani oratoris clarissimi liber de priscorū pprietate verbo4 finit. M. CCCC. LXXXX. die xxiii. Februarii. *Huic subscriptioni subditur nomen Possessoris Ms. ; scilicet* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasij testamento : *in ultimo vero folio recto extat* Registrum.
In folio ..... XI. C. 3.

Sine loci indicatione , ac nomine Typographi. *Maittairus* in *Tom. I. pag. 522.* et *Toppius* in *Bibliot. Neapol. P. I. pag. 168.* memorant editionem hujus anni, eamque Neapolitanam appellant. Cl. vero *Giustiniani pag. 69.* eam tribuit *Matthiae Moravo* , uti reapse adparet ex similitudine characterum , et ex toto typographico opificio.

—— Exemplar alterum ..... XI. D. 24.

—— *Ejusdem* Epistola ad Robertum Salviatum , *data* Neapoli pridie non. Junii 1490. *Extat cum* Heptaplo Io. Pici Mirandulae. *Vide* Pici.

Mainardi Dominici. *Vide* Geminiano Dominici de S.

Mainerii Accursii. Oratio habita in Senatu Veneto per Magnificū Legū Doctorem. D. Accursiū Maineriū christianissimi. D. Ludovici Franco4 Herusalem et Siciliae Regis. Mediolāi Ducis in magno eius cōcistorio cōsiliariū. Iudicē Maiorem Provinciae ac Oratorem ad Serenissimum Principem. D. Ducem. et Illustrissimum Dominium Venetorum. *Is titulus in fronte primae paginae legitur. Ad calcem extant haec tantum verba :* Cum gratia ; *deinde* , Finis.
In 4.° ..... XIII. A. 23.

Maittairus pag. 699. et *Denisius pag. 468.* referunt duas hujusmodi Auctoris orationes , simul excusas , et conjunctas ; quarum prima est haec nostra , altera , quae immediate sequitur , notam typographicam gerit , scilicet *Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno Domini M. CCCCXCIX. die X. Julii.* et haec secunda in nostra collectione deest. Insuper ex descriptione , quam laudati Bibliographi tradunt , totum opusculum quinque foliis continetur , nostrum autem quatuor tantum occupat folia , ita ut in quinto secunda haberetur oratiuncula. Ceterum ex forma typorum, et impressionis oeconomia satis evincitur opusculum evulgatum fuisse a laudato Typographo , cujus editiones quamplurimae extant in hac Regia Bibliotheca ; et oculi nostri jamdiu assueti primo intuitu eas discernunt.

Maini. *Vide* Mayronis.

Majoli Laurentii. Epiphyllides in dialecticis. *Haec refert verba primum folium rectum. Nuncupatoria Epistola in secundo folio recto imprimitur , qua* Aldus Manutius Adolescētibus studiosis. S. P. D. *Eodem averso occurrit Auctoris ad* Aldum *Epistola cum epigraphe :* Laurentius Maiolus Genuensis Aldo suo. S. P. D. *Haec desinit in prima facie folii tertii , et in secundo extat* Ad Illustrissimum et Reverendissimum. D. Dominū Hippolytum Estēsem diaconum Cardinalem Sanctae Luciae in silice Laurentii Maioli Genuensis. Epistola. *In folio quarto extat Index , vel tabula impressa , et folio quinto* Incipit eiusdem

Digitized by Google

Prefatio in opus cuius titulus epiphyllides. *Ad calcem opusculi legitur* FINIS, *deinde occurrit* Registrum hujus operis.

—— De Conversione propositionū cuiuscūq3 generis secundum peripateticos. *Laudata verba visuntur in prima pagina folii primi; in secunda legitur Epistola Nuncupatoria, cum epigraphe*: Laurentius Maiolus Genuensis, Amplissimo praesuli domino Hybleto de flisco Salutem Dicit. *In secundo folio recto incipit* Tractatus de differentia propositionis de inesse a propositione de necessario et contingenti secundum peripateticos. *Ad calcem:* Venetiis in domo Aldi Romani mense Iulio. M. iii. D. īpetratum est ab Ill. S. V. necui liceat īprimere et caetera. *Adcedit:* — Quaestio Averrois in librum priorum traducta per Heliam hebraeum. *Expleto hoc tertio opusculo legitur*, Finis. *Sequuntur tria folia, in quorum primo Registrum horum trium* Majoli *Opusculorum continetur, et in duobus sequentibus leguntur* Correctiones in epiphyllidibus, in conversione propositionum, et in quaestione Averrois.

In 4.° ..... XVII. G. 54.

Etsi primum, et tertium opusculum hujus voluminis haud notam typographicam gerant, ex tabulis tamen *Registri*, et *Correctionum* satis constat illa fuisse excusa uno eodemque anno scilicet 1497 *ab Aldo* cum illo, secundo loco notato, cui inest typographicum indicium. Insuper ex *Maittaire Tom. I. pag. 652.* et ex *Renovard Annales de l' Imprimerie des Alde Tom. I. pag. 33.* hoc ipsum docemur, nec non et ex similitudine characterum, papyri, et opificio impressionis.

Maioranis. *Vide* Mayronis.

Malermi Nicolai. Versio Italica Bibliorum. *Vide* Biblia.

—— Versio Italica ex idiomate latino Legendae Aureae. Jacobi de Voragine. *Vide* Voragine.

Malfetae Petri. Adnotationes in operibus Francisci Mayronis. *Vide* Mayronis.

Malleoli Felicis, *alias* Hemerlin, *vel* Hemmerlein: Variae oblectationes de nobilitate, ac rusticitate, ac de Switensium ortu etc. etc. *In fronte primae paginae majusculis gallo francis litteris impressa leguntur sequentia verba:* Clarissimi viri Iuriumq4 doctoris felicis Hemmerlin cantoris quondam Thuricen. Varie oblectationis opuscula et tractatus. *Hisce subnexa est figura ligno incisa, et coloribus expicta, quae Auctorem crabronibus circumdatum repraesentat; quam epigramma subsequitur:*

Felicis si te iuuat indulsisse libellis
Malleoli: presens dilige lector opus.
Illius ingenium variis scabronibus actum
Perspicis: et stimulos sustinuisse graves.
Casibus adversis (aurum velut igne) probatus.
Hostibus usque suis malleus acer erat.
Hinc sibi conveniens sortitus nomen: ut esset

Digitized by Google

Hemmerlīn dictus : nomine : reque : statu.
At felix tandem : uicioque illesus ab omni
Carceris e tenebris sydera clara subit.

Paginam secundam occupat Dedicatio elegiacis versibus composita, cujus titulus: Ad reverendissimū in christo patrem Illustrissimumq3 dominū Hermannū Colonie Agrippine Archiantistitē Sacri Romani imperij principē electorem. atq3 per Gallias archicancellarium Lantgravium Hassie. Westualie et Angarie ducem Ecclesieq3 Padebornēn. Coadiutorem magnidecentissimū : dominū sibi perpetuo observandū Sebastiani brant : in libellos Felicis hemmerlin Cantoris Thuricēn. elegiacum Episodion. *Aversa folii secundi pagina continet* Tabulam titulorum : *sed quia raro accidit, ut exemplaria hujusmodi rarissimi libri perfecta, et completa sint, uti docent Bibliographi fere omnes, hinc non abs re erit hic recensere opuscula ipsa, et ordinem, quo posita sunt. I.* Contra validos mendicantes = *II.* Recapitulatio eiusdem. *III.* Contra Anachoritas, Beghardos, Baginasque silvestres. *IV.* Lollhardorum descriptio. *V.* Glossa bullarum per Beghardos impetratarum. *IV.* De negocio monachorum. *VII.* De plebanis et religiosis mendicantibus. *VIII.* De religiosis proprietariis praecepta domini praedicantibus. *IX.* Tenor epistolae de coolis missae per patronos ecclesiae Thuricensis, contra negligentes divinum cultum. *X.* Tractatus de nouorum officiorum divinorum institutione. *XI.* De oblatis et solutis pecuniis pro prebenda, seu beneficio in ecclesiis vel monasteriis percipiendo. *XII.* Dyalogus doctoris Felicis hēmerlin de anno iubileo. *XIII.* Recapitulatio de anno iubileo. *XIV.* De benedictionibus aure cum Sacramento faciendis. *XV.* Tractatus de exorcismis. *XVI.* Alius tractatus exorcismorum seu adiurationum. *XVII.* De crudelitate demonibus exhibenda. *XVIII.* De arbore torculari ducendo in die festo. *XIX.* Tractatus de Matrimonio. *XX.* De furto reliquiarum, et aliis rebus nuper in monasterio beatae Virginis Loci heremitarum per tres personas Miraculose commisso et deducto : et finaliter reperto et recuperato. *XXI.* Epistola contra quendam superbum clericum. *XXII.* Forma appellationis contra cardinalem, qui in Germania vellet intrare ecclesiam Cathedralem. *XXIII.* De Libertate ecclesiastica. *XXIV.* De boni et mali occasione. *XXV.* De emptione et venditione vnius pro viginti. *XXVI.* De contractibus, qui obstagio dicuntur et vulgariter Gisel nuncupatur. *XXVII.* Doctoratus in Stulticia. *XXVIII.* Tenor Litterae doctoratus in stulticia. *XXIX.* Contra iniquos iudices. *XXX.* Dyalogus de consolatione inique suppressorum. *Haec sunt, quae in prima parte huiusmodi rarissimae editionis inveniuntur, quaeque terminantur folio recto CXXXII. cum clausula:* Gloria in excelsis Deo. *Sub alio signaturarum ordine, et foliorum numeratione incipit secunda pars, habens titulum in folio primo recto:* Felicis malleoli, vulgo hemmerlein : Decretorum doctoris iure consultissimi. De Nobilitate et Rusticitate Dialogus. Sacre Theologie : iurium : Philosophorum et poetarum sententiis : hystorijs et facetijs refertissimus. Eiusdem de Switensium ortu : nomine : confederatione : moribus : et quibusdam (vtinam bene) gestis = Ejusdem processus iudiciarius corā deo habitus : inter nobiles et

Digitized by Google

Thuricenses ex una : et Switenses partibus ex altera : cum sententia diffinitiva et eius executione = Ejusdem Epistola nomine Caroli magni ad Fridericū Tercium Romanorum regem : qua de celo eum hortatur : ut de Switensibus vindictam sumat.

Ad Lectorem.

Quantumcunq3 leges minimū : te lectio parva :
Vix satiet : veniam si dabis ipse stilo
Vixit foelix iste Malleolus circa annū dñi. M. CCCC. XXXXiiij.

Post vacuam paginam in folio secundo recto incipit De Nobilitate prologus *inscriptus* Glorioso principi domino. Domino Alberto Illustri duci Austrie et Stirie etc. etc. *quo absoluto post tres paginas, sequitur* Registrum, *seu Tabula capitum, quae tres alias occupat paginas, dein opus ipsum inchoatur, quod terminatur folio CLI. recto cum conclusione,* Gloria in excelsis Deo. In folio..... .. XIII. E. 15.

Inter perquam rarissimos libros referimus editionem hanc antiquam sine loci, anni, et Typographi mentione, ex testimonio, *Mich. Maittairii, Fabricii, Niceron Freytag. De Bure,* ac aliorum praestantissimorum Bibliographorum, quorum quamplurimi fatentur se nunquam eam vidisse. Hinc *Niceron Tom. XXVIII. pag. 345.* vocat hanc collectionem operum *Felicis Malleoli Recueil fort rare :* et in *Catal. Biblioth. Ludewi Par. II. pag. 1489.* haec leguntur : *Liber inventu rarissimus, mihi visus semel, eo tempore, quo eundem redemi.* Et *De Bure n. 4048. Cet ouvrage interèssant et curieux est regardè comme un des livres le plus rare que l' on puisse trouver, pourvu que l' exemplaire soit parfaitement complet,* sicuti extat exemplar nostrum. Licet ambae hujus operis partes uno charactere gallo-franco primo intuitu excusae videantur, et unum idemque typographicum Opificium in illis adpareat, et ambae simul compactae unum efficiant volumen, eas tamen sedulo inspectas, et observatas clare adparet ex diversis typographiis prodiisse. Quod ad primam adtinet partem, illam. *Jo. Alb. Fabr. Biblioth. med. et infim. lat. lib. VI. pag. 465.* = *Freytag. Ant. Lecta litter. pag. 435.* et *Braun Part. II. pag. 14. Basil.* circa annum 1497. typis exscriptam dicunt : et consideratis characteribus, per *Nicolaum Kessler* forsan impressa videtur, cum plane iidem sunt, quibus ille *Decretorum Margaritam* excuderit. De secunda vero parte, quae rarior prima est, sic scribit laudatus *Fabricius* citato opere *lib. VIII. pag. 601. Hic liber* ante annum. *Millesimum quingentesimum excusus rarissime prostat. In Helvetia profecto, ac vicinis Helvatiae urbibus, ut ut assidue requisitus fuerit, reperiri non potuit. Post longas demum ambages in media Germania inventum ab illius possessore doctissimo et plurimum reverendo dño. Jo. Ernest. Vockerodio Molhusae Thuringorum, rerum divinarum interprete, clarissimi amici opera impetravimus. Tractatus integer de nobilitate Volùmen efficit, forma quam in folio dicunt, typis barbariem temporis redolentibus. Nec editoris, nec Typographi nomen adscriptum est; ex quibusdam tamen indiciis coniicio Argentorati curante Sebastiano Brandio typis subjectum esse :* Ejusdem opinionis sunt clarissimi viri *Gemeiner pag. 284. Freytag. Anal. pag. 435.* et *Denisius* in *Supplem. pag. 609.*

Malvitiis Troyli de. De Canonizatione Sanctorum. *Praecedit nuncupatoria Epistola inscripta* Reverendo in Christo patri fatri Cherubino Spoletão ordinis minorum preclaroq3 Verbi dei Seminatori. Troylus malvitius inter iuris vtriusq5 interptes Canonicosve bononienses exiguus salutem in domino. *Ad calcem primae columnae ultimi folii recti typographica nota legitur hoc pacto :* Finit opusculum de canonizatione sanctorum editum ac compositū per celleberrimū (sic) iuris utriusq3 monarcham canonicumque bononiensem dñm Troilum de malvitiis. Impressum in alma ac inclita civitate bononie p me Ugonem de du-

Digitized by Google

geriis. Anno a nativitate domini nostri Jhesu xp̄i. Mccccl xxxvij. die sexta iulij. Laus deo omīpotēti. *Adcedit* Tabula in hoc opusculo breviter contentorum impssoris erroribus castigatis.

In folio ..... VI. E. 6.
—— Exemplar alterum ..... VI. E. 11.
—— Exemplar tertium .. .. VI. E. 22.

Mamertini Claudii (*Senioris*). Panegyricus Maximiano Diocletianoque dictus, *et ejusdem* Genethliacus Maximiani. *Extant inter* Panegyricos veteres *post ceteros* Plinii, *et aliorum. Vide* Plinii.

Mamertini Claudii (*Junioris*). Gratiarum Actio de consulatu suo Juliano imperatori. *Extat cum* Panegyrico Plinii, *et aliis. Vide* Plinii.

Mamotrectys. *Vide* Marchesini Joannis.

Mancinelli Antonii. Opuscula Varia *In prima pagina legitur:* OMNIA OPERA MANCINELLI. *Deinde.*
Per Ant. Mancinellum = Elegantiae Portus = Lau. Vallensis Lima = Rhetoricen ad herennium esse Ciceronis = Rhetorices ad herennium Commentariolus. Domicii Palladii Sorani Carmen.

Mos cynici laudandus erat collecta docentis :
Omnia discipulos sub brevitate suos.
Nec minus a cunctis decoratur laudibus ille.
Qui trogi longum q̄ bre e (sic) fecit opus.
Et tibi flore datur laudi subiisse laborem.
In livi summa fertilitate pium.
Sic Mancinelli brevitas celebranda docendi.
Cum pateant multis quae latuere diu.

In aversa pagina occurrit Epistola sub epigraphe: Ant. Mancinellus Amicorum filiis, *data* Venetiis Idibus Martiis M. cccc. lxxxxiii. *In secundo folio recto incipiunt:* Laurentii Vallensis Epitomae: Portusque Elegantiae per Ant. Mancinellum Veliternum Amicorū filiis. *Absoluto hoc opere cum conclusione:* FINIS Epitomae. Portus Elegantiae; *adcedit* Laurentii Vallensis Lima quaedam per Antonium Mancinellum: ad Reverēdum Aedis Geminianae Antistitem diviq3 Marci Canonicum Nicolaum rubeum Venetorum decus Omniumque bonarum artium et virtutis cultorem. *In sequenti pagina legitur altera* Antonii Mancinelli ad Lectorem *Epistola. Deinde* Lima Laur. Vallensis. *Hac pariter absoluta, sequitur opusculum, cujus titulus:* Rhetoricen ad herennium esse Ciceronis: *Praecedit Nuncupatoria, sub inscriptione:* Antonius Mancinellus Generosissimo adolescenti Hieronymo Omphredo Iustiniano: patritio Veneto: Protonotario apostolico: Arahidiacono (sic) Concordiensi. *Data* Venetiis octavo Id^{s} Novēbris

Digitized by Google

M. ccccIxxxxiii. *Ad calcem hujusmodi opusculi occurrit nota typographica his verbis contenta:* Impressum Venetiis per Joannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino. die nono Februarii. M. cccc. xcyiii.

In 4.° ..... IX. B. 10.

—— Exemplar alterum ..... IX. B. 11.

—— Epitoma seu Regulae Constructionis. *In prima pagina haec insculpta sunt verba:*

Ant. Mancinelli Epitoma seu Regulae Constructionis.

Tituli = Personalia verba. ti. i. = Impersonalia ti. ii. = Adverbia localia ti. iii. — Infinita. ti. iiii. — Gerundia. ti. v. — Supina. ti. vi. — Distributiva. ti. vii. = Partitiva. ti. viii. = Relativa ti. ix. = Interrogativa. ti. x. = Comparativa. ti. xi. — Superlativa. ti. xii. — Participia. ti. xiii. Figurae. ti. xiiii. — Summa Declinationis — Thesaurus de varia Constructione. *In folio averso imprimitur nuncupatoria epistola data* Venetiis pridie cal. Oct.M. CCCC.LXXXXII. *cum epigraphe:* Ant. Mancinelli Veliterni Regulae Constructionis: ad reverendum praesulem Nicolaum Rubeum patritiū Venetum Omnium bonarum artium et virtutis cultorem. *In sequenti folio habetur Index omnium operum* Antonii Mancinelli, *cum titulo:* Ant. Mancinelli labores. *Post vacuam paginam, in folio tertio incipiunt* Regulae Constructionis, *quae terminantur folio xxxviii. recto. Post breve Auctoris Monitum, quod incipit:* Liqueat insuper omnibus ambo ista opuscula satis esse pro discenda grāmatica etc. etc. *Epigramma adcedit in operis laudem, cujus Auctor.*

Ascanius Quatrassus Sermonetanus.

Qui Romana cupis puer o dulcissime nosse.
Dogmata: quis valeas: haec monumenta cape.
Construere haec uerbum: quo vel bene nomina debes.
Tu uariare modo: pagina parua docet.
Auctor si genitus qua sit petis urbe: Velitrae
Hunc ueteris Latii terra tulere uirum.

In postica ejusdem folii pagina incipit Thesaurus De varia Constructione, *qui inscribitur ab Auctore* Clarissimo uiro Dominico de bonis Auguriis: utriusque iuris doctori eximio. *Epistola data est* Romae Nonis Sextilibus. Anno Christi. M. ccccxc. *Ad calcem legitur,* Finit Thesaurus: *sequuntur deinde* Register, *et* Emendanda quaedam, *ac tandem:* Impressum est opus Venetiis per Joannem Roscium: Gallum: die novemb. xx. M. cccc. lxxxxii.

In 4.° ..... IX. B. 18.

—— Alia editio, *quae continet omnia, quae in antecedenti editione notata sunt. Absoluto opusculo, adsunt* Emēdāda q̄dam, *ac postea typographica nota his verbis:* Impressū Venetiis p̱er Joānē de Cereto alias Tacuinū. Mcccclxxxxiii. *Sequitur* Registrum.

In 4.° ..... IX. B. 10.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum ..... IX. B. 11.

—— Alia editio. *In primo folio recto sequentia occurrunt verba, litteris majoribus gallo-francis excusa :* Ant. Mancinelli Epitoma seu Regule Constructionis. *His subditur tabella ligno insculpta, quae* Antonium Mancinellum *e cathedra docentem, discipulis stipatum repraesentat. In aversa pagina* Tituli *occurrunt, et in secundo folio imprimitur nuncupatoria Epistola, data* Romae tertio Idus Novembris. Anno Christi. M. cccc. xc. *cum epigraphe:* Ant. Mancinellus et artium et medicinae Doctori eximio : Philosophoq3 : acutissimo Baptistae Gorio Veliterno Civiq̄ optimo. S. P. *In folio tertio recto opus incipit, et ad calcem folii xlvii. aversi, post breve Auctoris Monitum, et Epigramma* Ascanii Quatrassi, *ut in prima hujus operis editione notavimus, habetur nota typographica, huiusmodi :* Impressum Romae per Magistrum Stephanum Planck de Patavia. Anno dn̄i. M. cccc. xcix. die uero. xviii. mensis Aprilis. Sedente Alexandro Sexto pontifice maximo Anno eius Septimo.
In 4.° ..... IX. B. 13.

Haec editio diligentissimo *Audiffredo* ignota fuit, ac ceteris aliis Bibliographis; et nunc primum a nobis excitatur. Charactere rotundo, nitidissimoque usus est Typographus, eoque lineas 29 implevit in unaquaque integra pagina. Signaturae, litteris, arabicisque numeris visuntur, custodes, et foliorum numeri desunt. Pro initialibus duae tantum xylographicae sunt; ceterae majoribus formis occurrunt.

—— Donatus Melior. — Catonis Carmen de Moribus. — De Arte Libellus. — *Laudata verba in primo folio recto habentur; in aversa pagina imprimitur nuncupatoria Epistola trium opusculorum, cum epigraphe :* Ant. Mancinellus Veliternus: Pindaro : Quinto : et festo filiolis suis. *Data est* in Vrbe intra Cal. Decemb. M. cccc. lxxxyii. Catonis *Carmen a* Mancinello *correctum praefigitur opusculo, quo absoluto legitur:* FINIS Im Pressum (sic) est opus Venetiis per Joannem de Cereto de Tridino absolutumq3 die 9. Januarii. Mccccxcyiiii.
In 4.° ..... IX. B. 63.

—— Exemplar alterum ..... IX. B. 62.

—— Alia editio, *cui deest primum folium in nostro exemplari; et opus incipit a* Catonis *Carmine, praefixo primo opusculo, ut in praecedenti editione; hoc absoluto, sequitur ipsius* Catonis Carmen de Moribus, *quod terminatur folio xxiv. averso, ad lineam xii. cum clausula,* finis.
In 4.° ..... IX. A. 2.

Sine notis typographicis; sed forsan *Romae* ex *Silberi* typographia prodiit, ut characterum structura ostendit; qui quidem typi gallo-franci sunt, admodum rudes, et lineas 30. occupant in paginis integris, in quibus nec custodes, nec foliorum numeri visuntur; sed tantummodo signaturae observantur. Bibliographi praecipui, quos perlegi, de hac editione omnino tacent.

—— Scribendi Orandiq3 Modus per Ant. Mancinellum. *Inscriptio ista in prima folii primi pagina habetur. In folio secundo recto leguntur* Operis Tituli; *et in aversa ejusdem dedicatio cum epigraphe.* Ant. Mancinelli Veliterni

Digitized by Google

Scribendi Orandiq3 Modus : ad Valerium Crispinum iureconsultum eximium : Civemq3 Veliternum q̄ optimum et Generosum. *Data est* Venetiis decimonono Cal. Iunias. M. cccc. xciii. *In folio tertio recto incipit:* Orationis Initium Tit. I. *Ad calcem operis legitur:* Impressum Venetiis p̱ Simonem Bevilaqua. Mcccc. xciii. Sexto idus quintiles.

In 4.°..... IX. B. 12.

—— Alia editio, *ad praecedentis instar, paucis exceptis ad calcem, ubi legitur:* Impressum Venetiis per Ioannem de Cereto, alias Tacuinum de Tridino. Anno Salutis Dominice. M. cccclxxxxviii. iii. kal. novēbris. Imperante Serenissimo Principe domino Augustino Barbadico. *Adcedit Registrum hujus operis, et in aversa ultimi folii pagina occurrit signum Typographi alibi notatum.*

In 4.°..... IX. B. 61.

—— Ant. Mancinelli.
Carmen de Floribus.
Carmen de Figuris.
De Poetica Virtute.
Vitae Carmen.

Is titulus occupat primam voluminis paginam; aversam vero Nuncupatoria Epistola metrica cum epigraphe: Antonius Mancinellus Vrso Vrsinae domus Heroi clarissimo : Episcopo Thean. ac Gymnasii almae Vrbis Rectori q̄ optimo. S. P. D. *Hanc excipiunt* de Floribus Tituli. *In prima pagina folii secundi legitur Auctoris Epistola ad lectorem, data* Calēdis Sextilib⁹ Millesimo q̄drīgētesimo octogesimo nono Rōae. *In aversa ejusdem folii pagina, incipit carmen de Floribus, ordine alphabetico dispositum. Hoc opusculo absoluto cum verbis*, FINIT Carmen de floribus, *adcedit epigramma cum hac inscriptione:* Antonius Mancinellus praestantissimo uiro I. V. Serenissimi Regis Hungariae Bohemiaeq3 Oratori dignissimo. *Secundum Carmen Nuncupatoriam habet, sic inscriptam:* Antonius Mancinellus generosissimo Adolescenti Michaeli Pānonio. *Ad calcem:* Finit Carmen de figuris. *Tertium:* Antonius Mancinellus. Artium et Medicinae Doctori Eximio Philosopho item amplissimo Antonio Petricae. *Terminatur hoc tertium carmen cum* Ascanii Quatrassi *Disticho:*

Quod te uita docet q̄ sit castissima vatum.
Per Mancinellum suscipe lector opus.

Sequitur quartum carmen, cujus titulus: VITE SYLVA PER ANT. MANCINELLUM. *Ad hujus calcem habentur verba:* FINIS, *dein:* Imptessum (sic) Venetiis. M. cccc. Lxxxxiii. die decembris. xi. Per Ioannem de Cereto de Tridino. *Adcedunt tandem Registrum, et Typographi signum alibi notatum.*

In 4.°..... IX. B. 77.

—— Alia editio, *quae convenit omnino cum praecedenti. Ad calcem legitur:* Impressum Venetiis Mcccclxxxxviii. die. iii. decembris Per Ioannem de

Digitized by Google

Cereto alias Tacuinum de Tridino. *Sequitur* Registrum, *dein Typographi signum in primo volumine notatum.*

In 4.° ..... IX. B. 11.

—— Alia editio, *cui praeit carmen de* Figuris, *cum commentario Auctoris. Prima pagina Epigramma, impressum exhibet rotundo typo sub hac inscriptione, gallo-francis descripta formis :* Antonius Mancinellus prestantissimo viro Joanni Vites Ēpo Vesprimiensi ac Serenissimi Regis Hungarie Bohemieq3 oratori dignissimo. S. P. D. *In fōlio averso epistola imprimitur oratione prosaria, cum epigraphe:* Antonius Mancinellus generosissimo adolescēti Michaeli Vites Pānonio. S. P. D. *Data est* Nonis Sextilibus Millesimo quadringentesimo octogesimo nono. Tabula Figurarum *adcedit alphabetica, quam opus excipit titulo praeditum :* Carmen de Figuris per Antoniū Mancinellū Veliternū summa diligentia editum. *Ad calcem* Idem Manc. ad Lectorem *monitum perbreve dirigit, quod terminatur verbis :* Finit carmen de Figuris. = *Sub eodem signaturarum ordine in sequenti folio incipit*, Carmen de Floribus, *cui praecedit Nuncupatoria epistola metrica, cum epigraphe:* Antonius Mancinellus Vrso Vrsinae domus Heroi clarissimo: Episcopoq3 Thean. ac Gymnasij almae Vrbis Rectori q⁹ optimo: S. P. D. *In folio averso* de Floribus tituli *excusi adparent, quibus epistola ad Lectorem subditur, data* Calendis Sextilibus. Millesimo quadringētesimo octogesimo nono. Romae. *Opus incipit in folio tertio averso, in eoque de electis vocabulis agitur, juxta alphabeti ordinem. Ad calcem legitur :* Finit Carmen de floribus. *Ultima pagina* Emendanda in floribus *oculis repraesentat.*

In 4.° ..... IX. B. 19.

Sine notis typographicis: sed *Romae* ex *Eucharii Silberi* typis prodiit, ut *Audiffredus* notat *pag.* 290. qui ex annis signatis post epistolam in primo, et secundo opusculo, conjicit annum impressionis fuisse 1489. In lineas 31. tribuuntur paginae integrae hujus editionis, quae nullo custode, aut foliorum numero instruitur, et pro signaturis litteras exhibet cum romanis numeris; initiales non nisi parvis formis reperiuntur.

—— Spica voluminum. iiii: — Versilogus. *Haec extant verba in prima pagina; in secunda imprimitur epistola, cum epigraphe:* Antonius illuminatus de monte novo. Antonio Mancinello. S. P. *In secundo folio recto nuncupatorium visitur epigramma, cum inscriptione:* Ant. Mancinelli Veliterni Spica. ad inclytū sapientēq3 uirum Jacobum sutrinū utriusq3 Iur. doctorem eximium. Ēpmq3 calacensem liberalissimum. *Huic subduntur* Tituli Declinationis. *In tertio folio recto incipit* Spica, *praevio titulo:* Spica libellus voluminū quattuor haec habet. i. Carmen declinationis. De generibus. De praeteritis: et de supinis: *Aliud opusculum pariter metricum, quod* Versilogus *inscribitur, epigramma dedicatorium praesefert, sub titulo:* Antonius Mancinellus inclyto adolescenti Ioanni Michaeli de bonis auguriis clarissimi uiri Dominici filio Vrbani quidem gymnasii doctoris sūmi. S. P. D. *Ad calcem* Emendanda q̄dam *occurrunt, quibus absolutis legitur:* Impressū Venetiis p Ioannem de Cereto alius Tacuinū mcccc. lxxxxviii. *Deinde occurrit* Registrum.

In 4.° ..... 7·2 ..... IX. B. 11.

Digitized by Google

—— Alia editio: *In prima pagina haec expressa habentur;* Ant. Mancinelli Spica Voluminum quattuor = Versilogus. *Praecedunt* Spicae, *uti in editione praecedenti vidimus, et ad earum calcem legitur.* Supinorum finis. *Deinceps vero:* Haec est secunda Spicae Romana impressio per Joannem Besicken et Martinum de Amsterdā. Anno xp̄i. M. D. die xii. decembris. *Sequitur* Versilogus, *qui cum* Spica *unam eamdemque editionem efficit: folio enim* h ii. *desinit illa, hic vero eodem folio averso incipit. Ad calcem post emendationes errorum legitur:* Haec quidē est tertia Versilogi Romana impressio per Joannem Besicken et Martinum de Amsterdā. Anno xp̄i. MD. die vero. xii. mensis Decembris. *Folium postremum brevem epistolam exhibet, qua dicit* Mancinellus Aventino Pitio S. P. *dataque est* Ex Vrbe Novembris idibus. m. cccc. lxxxviii.
In 4.° ..... IX. B. 20.

—— De Poetica Virtute. *Is titulus habetur in summitate primae paginae. Subnectitur Nuncupatoria Epistola, sub epigraphe:* Antonius Mancinellus Artium et Medicinae Doctori Eximio Philosopho item amplissimo Domino Antonio Petricae Salutem. *Data est* Calendis Augusti. Mccccl**xxx**vi. *Distichon adcedit ad operis Calcem:* Ascanius Quatrassus.

Quod te vita docet q̄ sit castissima uatum
Per Mancinellum suscipe Lector opus.

In 4.° ..... IX. B. 17.

Sine notis typographicis. Pagina quaevis integra constat lineis 34. rotundi, et nitidi characteris impressi in charta firma, et alba. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desiderantur; et minoribus litteris initiales supplentur; ac totum volumen decem absolvitur foliis. Memoratur praesens editio a *Denisio in Supplem. pag. 610.*, et a *Panzerio Tom. 4. pag. 157.*

—— De Oratore Brachylogia: *Praemittitur brevis Epistola sic inscripta:* Antonius Mancinellus Veliterinius. Bernardino Germano suo. S., *data* Velitris. decimo sexto Kalendas Ianuarias. M. cccc. lxxvij. *In fine opusculi adjecta est tabella xvii. capitulorum opusculi, quae terminatur cum clausula* Finis Tabule.
In 4.° ..... IX. B. 2.

Sine notis typographicis. *Audiffredus pag. 398.* laudat praesentem editionem, quam excusam censet a *Stephano Plannck*, charactere gallo-franco, qui lineas 33. implet in paginis integris, in quibus nec signaturae, nec custodes, aut foliorum numeri adparent.

—— Commentaria in Satyras Iuvenalis, *cum argumentis earumdem, et prolegomenis. Extant cum textu* Satyrarum. *Vide* Iuvenalis.

—— Commentaria in Odas, Epodon, et Carmen Seculare Horatii. *Extant cum* Horatii *textu. Vide* Horatii.

—— Commentaria in Bucolica, et Georgica Virgilii. *Extant cum* Virgilii *textu. Vide* Virgilii.

—— Commentaria in Rhetoricam ad Herennium, *cum ejusdem* Mancinelli

Digitized by Google

dissertatione, qua Rethoricen ad Herennium esse Ciceronis *Opus demonstrare conatur. Extant cum textu* Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

Mandavilla Joannis de Anglici. Tractato de le più maravigliose cose e piu notabile che si trovino ī le parte del mondo reducte e colte sotto la brevità in lo p̄sente compēdio dal strenuissimo cavalier a speron doro Joāne de mandavilla anglico nato nela cita de sctō Albano etc. etc. etc. etc. *Hoc breve monitum cum sequentibus verbis legitur in folio primo averso, et in secundo recto opus incipit a Prooemio sine titulo. Ad calcem operis occurrit typographica nota his verbis contenta:* Impssum boñ. p. Ugonē Rugerin āno dñi Mcccclxxxviii. *His subditur Typothetae signum alibi notatum.*
In 4.° ..... XIX. F. 56.

Nec *Fantuzzio*, nec *Orlando*, nec ceteris Bibliographis celebrioribus, quos consulere potui, editio haec innotuit, adeo ut perrara iudicari possit. Et licet *Audiffredus in Specimine historico-Critico Edition. Italic. Saec. XV. pag. 64. Possius Tom. II. pag. 336.* editionem unam Bononiensem referant ejusdem anni, ab eodem Typographo excusam, quae nostrae adamussim respondet; subscriptio tamen, quam laudati Bibliographi notant a nostra quam maxime differt, atque ut clarius differentia innotescat, abs re non erit illam, quam laudati Bibliographi tradunt, hic transcribere.

Impresso ne lalma et inclita
Citade di bologna per mi Vgo
di Rugerii. Sotto al divo et illu
strissimo prīcipe e Signore Gio
vanni secōdo bētivoglio. Sfor
cia di vesconti. daragona. Neli
anni del nīro Signore messer Je
su Xpo. Mcccc. lxxxviii a di.
iiii di luglio a. b. c. d. e. f.
g. h. i. k. Tutti sono quaderni.

In ceteris nostra, uti jam innuimus, perfecte convenit cum editione ab *Audiffredo*, et a *Possie* descripta. Signantur enim fasciculi iisdem litteris; et numeratio foliorum, custodes, initialesque penitus in nostra aeque omittuntur, ac in illis; et columna quaevis in utraque editione constat lineis 39. gallo-franci characteris. Hinc probabile videtur, eodem anno, licet diverso mense, ab eodem Typographo bis opus fuisse impressum.

Mandeuyle Ioannis. *Vide* Mandavilla.

Manethonis Aegyptii. Supplementa ad Berosum, *cum* Commentariis Annii Viterbiensis. *Vide* Auctoris Vetustissimi, et Nanii Viterbiensis.

Manfredis Hieronymi de. Tractatus de peste. *Praemittitur titulus in summitate primae paginae folii primi, hoc pacto:* Tractatus vtilis valde de peste compositus per magistrum Hieronimū de manfredis civem Bononiensem phisicū. ac astrologum dignissimum. *Sequitur immediate brevis notitia de hujus operis translatione, quae sic incipit:* Quoniam vulgaribus et indoctis iam satisfecimus

Digitized by Google

ex nostri tractatus de epidimia vulgari compositione. Nunc modo incumbit nobis opus doctis et litteratis viris satisfacere eundē tractatū de vulgari ad latinū transferendo etc. etc. *Hanc excipit in eodem folio primo* Prohemium, *quo absoluto, in folio secundo recto incipit* Capitulum primū etc. etc. *Ad calcem folii xxvi. legitur:* FINIS. Per me Hieronimum de manfredis artium et medicine doctorem compositum hoc opusculum litterali sermone Bononie M. CCCC. LXXVIIII. die ultima decembris.

In 4.° ..... VIII. B. 52.

Sine Typographi nomine. Character hujusmodi opusculi gallo-francus est, et quidem rudiusculus; desunt paginarum numeri, et custodes, et tantummodo signaturae visuntur. Auctor fuit ex illustri *Manfredinorum* familia, ac jussu *Alexandri Papae VI.* jugulatus, postea in *Tiberim* projectus est. Vide *Rogisset Delices de l' Italie, Tom. I. pag. 215.*

MANILII ANTONII Britonoriensis Oratio pro Britonoriensibus: ad Alexandrum Sextum Pontificem Maximum. *Extat in collectione Variarum Orationum.*

In 4.° ..... IX. A. 58.

Sine ulla nota. Character, quo opusculum excusum est, romanus elegantior *Stephani Plannck*, cui etiam tribuunt editionem *Audiffredus pag. 310. Pinellus in catalogo Tom. II pag. 167.* et *Denis* in *Supplemento pag. 610.*

M. MANILII ASTRONOMICON. *Is titulus occurrit in fronte folii primi recti; deinde:* PRIMUS. Carmine divinas artis et cōscia fati etc. etc. etc. *Ad calcem folii lxxii. aversi legitur:*

M. MANILII ASTRONOMICON
FINIS

Ridetur merito sciolorum ins. ıa caterva
Vulgo qui vatum nomina surripiunt.
Heus quicūq3 uelis latia prediscere musa
Syđereos nutus fallere difficiles.
Manilium Sectare grauem: qui tempore diui
Floruit Augusti: Lector amice vale:

Ex officina Ioannis de Regiomōte
habitantis in Nuremberga oppido
Germanie celebratissimo.

In 4.° ..... XII. B. 14.

Copiose, et accurate hanc editionem, quam longe rarissimis adnumerat, recensetque vir eximius, et singulari librorum notitia praeditus *Schwarz* Junior, qui exemplum, quod possidet, describit in peculiari commentatione de prima *Manilii Astronomicorum* editione circa annum *1472*. Ita etiam *Maittairus pag. 753. Roeder pag. 56. Panzer. Tom. II. pag. 233.* Character est romanus elegantissimus, qui xxx. lineas implet in paginis integris. Charta alba, firmaque est, in qua marginalia signa nulla adparent; initiales vero formis ligneis quadratis et florentibus exprimuntur. Exemplar nostrum est singularis nitoris ac elegantiae, gallicoque more compactum.

Digitized by Google

— Alia editio, *in qua excusa sunt* Arati Phoenomena, *ex versione* Caesaris Germanici. *In fronte primae paginae opus incipit hisce verbis :*

MARCI MANLII (sic) POETAE CLARISSIMI AS
TRONOMICON AD CAESAREM AUGUST
VM LIBER PRIMUS.

Post secundum librum Manilii *tres extant vacuae paginae. Prima desinit folio lxiii. averso, absque ulla nota anni, loci, et Typographi ; et legitur tantummodo,* FINIS. *Post Poëma habentur* quaedam *de ipso* Manilio, *ejusque opere, Auctoris innominati, cum indice Capitum librorum ejusdem. In sequenti folio recto occurrit Index figurarum ponendarum sub quovis capitulo* Phoenomenorum Arati, *qui sic incipit:* ARattus (sic) germanici ad Augustum. In fie huius primi capituli ponitur iuppiter sup aquila etc. etc.: *pro quibus figuris ponendis sub quovis capitulo reipsa congruum spatium relictum est. Hae tamen figurae in nostro exemplari omnino desunt : et fortasse nullum extat exemplar, in quo eas spectare liceat, sicuti didici* ex *multis Bibliographis, quos adii.* Phoenomena, *in hac editione in xxxi. capitula distributa sunt, et ad eorum calcem subjunctum fuit* Germanici Prognostichon, *quod incipit:* Aetereum venit taurus sub imbribus atrum, *et desinit:* Haec eadem ubi signa dabunt non irrita pisces : *sub quo legitur sequens subscriptio.*

? FINIS ?

BONONIAE IMPRESSUM PER ME VGONEM
RUGERIUM ET DOMINUM BERTOCHUM
ANNO DOMINI. M. CCCCLXXIIII. DIE VIGESI
MA MARTII ? LAUS DEO Amen ? ? ?

In folio minori..... XII. G. 5.

De hac editione omnino videnda sunt, quae scribit *Maittairius Tom. I. Annal. pag. 336. Orlandius* vero in suo opere *pag. 120.* ubi recenset Bononienses editiones, quae ex officina Azoguidiana prodierunt circa annum *1474.*, cum *Speculo Iudiciali Guillielmi Durantis, Matthaei Silvatici Pandectis* etc. etc. conjungit et *M. Manilii Astronomicon*, quam Azoguidianam hujus poëmatis editionem repetit et in altera sui operis parte *studiosius elaborata.* Haec autem editio splendida admodum est, et elementis rotundis elegantibus chartae pulcherrimae inhaerentibus nitet. Lineae 35. paginam quamlibet componunt, nisi ob spatia, quae praecipue schematum loco in *Arati Phaenomenis* visuntur, pauciores sint. Signaturae, foliorum numeri, initiales, et custodes omittuntur ; foliisque 88. totum constat volumen, gallico more eleganter compactum, optimeq3 conservatum.

— Alia editio, Manilii *tantum. Opus incipit in folio primo recto :*

M. MANILII ASTRONOMI
CON . PRIMUS

Ad calcem post verba, M. MANILII ASTRONOMICON. FINIS, *legitur epi-*

Digitized by Google

gramma, in prima editione notatum. Sequitur deinde Tabula Capitum, *qua absoluta notavit Typographus*: Impressum neapuli (sic) per Iodocum hoenstegn. *Adcedit* Registrum *initiis paginarum instructum.*
In 4.° minori..... XI. B. 39.

De hujusmodi editione, *Cl. Morellius* in *Tom. II. pag. 346. Catal. Pinelliani* ait: *Liber longe rarissimus est, utpote ex editione, quam praestantiores Bibliographi plerumque ignorant...., Iodoci huiusce typis anno 1475. Neapoli prodiit Stephani de Gajeta Sacramentale Ecclesiae Neapolitanae etc. etc.* In paginis omnibus, quae nullum, praeter consueta, interstitium exhibent, lineae 28. rotundi characteris adparent. Initialium loco spatia, ut plurimum, solummodo conspiciuntur; neque ullae extant signaturae, foliorum numeri, et custodes.

—— Alia editio Manilii *tantum, ex emendatione* P. Stephani Dulcinii. *Desunt in nostro exemplari quatuor priora folia, quae continent, uti discimus ex Catalogo Petri Antonii Bolongaro-Crevenna Tom. III. pag. 141., Nuncupatoriam epistolam ejusdem* Stephani Dulcinii M. Rolando Palavicino, *et* Indicem *voluminis*; *hinc opus ipsum incipit in folio quinto recto, a titulo:* MARCI MANILII MATHEMATICI: POETAE CLARISSIMI: ASTRONOMICON AD CAESAREM AUGUSTUM: LIBER PRIMUS

DE ASTROLOGIAE INVENTIONE ET Hominum SOLERTIA: *In ultimo folio recto, ubi opus desinit, haec leguntur verba:* P. Stephanus Dulcinius Elegantissimū hoc Manilii opus pro ingenii imbecillitate trecentis locis emendavit: quae autē ambigua uidebanī intacta reliquit: Doctores reliquū addant: et nihil deinceps Candide lecttor (sic) desyderabis.

Hoc praestantissimū Manilii Poetae astronomici op' Impressū fuit in civitate Inclyta Mediolani. Per Antonīū Zarotū Parmensem Anno salutis christiane M. cccc. lxxxyiiii. quinto Idus novembris. Sub Illustrissimo Principe Joanne Galeazio Duce Mediolani Sexto foelicissimo. FINIS.
In folio..... IX. E. 11.

—— Alia editio, Manilii *tantum, cum Commentario* Laurentii Bonincontri. *Praecedit Nuncupatoria Expositoris epistola, cujus titulus:* Laurentii Bonincontri Miniatensis ad Reverendissimum in christo patrem et dominum Dominum Raphaelem Rearium TT. Sancti Georgii in velabro Diaconum Cardinalem ac Romane apostolice sedis Camerarium In. C. Manilium Commentum incipit feliciter. *Epistolam excipiunt Praefatio ad eumdem Cardinalem, et alia, in qua ea* Manilii *nomine, et vita disseritur, lectu dignissima. Opus sequitur, quo Absoluto haec notata sunt ad calcem:* Laurentii. Bonincontrij. Miniatensis In C. Manilium. Comentum. Rome impressum. Anno domini. Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Sedente. Innocentio octavo. Pontifice maximo. Anno ejus. Primo. Die vero vigesima sexta. Mensis Octobris. Finit Feliciter. *Adcedit* Registrum hujus Operis.
In folio..... X. F. 30.

Sine nomine Typographi. Opus tum quoad textum, tum quoad Commentarium eodem gallo-franeo charactere excusum est, sine signaturis, numeris, et custodibus. Adnotationem *P. Lairii*, quae habetur pag. 257. *Speciminis*, nimirum: *Parum integram, et accuratam hanc esse editionem observavit Apostolus Zenus Dissert. Vossian. Part. I. pag. 43.* frustra comprobare studui: nam

Digitized by Google

nullibi in utraque parte *Dissert. Voss.* mentionem fieri de hac *Manilii* editione, aut de ipso *Boninconirio* deprehendere potui. Errorem *P. Lairii* derivasse videtur ex *Biblioth. Lat. Fabricii* edit. *Ernesti tom. I. pag. 503.*, ubi haec leguntur: *Ea editio* (Bononiensis anni 1474.) *repetita est Romae 1484. fol. at parum integra, ut observavit Apost. Zenus Dissert. Vossian. Part. I. pag. 43. et 44.* En vero quid scribat Apostolus Zenus citato loco: *Anche Manilio fu diseppellito da Poggio, e su l' esemplare di lui fu divulgato imperfetto e mancante la prima volta in Bologna nel 1474;* quibus in verbis nulla certe habetur mentio edit. Rom. 1484. cum Comment. *Bonincontrii*: unde haud video, quomodo dici possit, *Zenum* laudatis locis observasse, hanc editionem esse *parum integram, et accuratam.* Eam autem repetitionem esse editionis Bononiensis, cui nulli cujusquam Interpretis adjuncti sunt Commentarii, falsum esse domonstrat ipse *Bonincontrius* in suo primo Comment. *pag. 3.*, ubi haec scribit: *Ego quinterniones Cassinensis exemplaris transcripsi una cum Gallina Siculo: in quibus etiam quosdam versus pluribus locis inveni, quos in exemplaribus Poggii aut impressorum deesse cognovi, de quibus et aliis suo loco dicemus.* Confer laudatum primum Comment. *Bonincontrii*, nec non totam Adnotationem, quam *Maittairius* subjicit ad editionem Bononiensem anni 1774. *Tom. 1. Annal. pag. 356.*

—— Exemplar alterum..... X. F. 31.

—— Alia editio, *impressa* Venetiis 1499. *extat cum* Iulio Firmico. *Vide* Firmici, *Tom. 1. pag. 303. hujus Catalogi.*

Manilii Sebastiani. Versio Italica Epistolarum L. Annaei Senecae. *Vide* Senecae.

Manipulus Curatorum. *Vide* Monte Rochen Guidonis de.

Manlii Ioannis Iacobi. Luminare Maius, *seu interpretatio descriptionum* Antidotarii Johannis Mesue. *In prima voluminis pagina legitur*, Luminare majus.

Cinthius vt totum radiis illuminat orbem.
Illuminat latebras sic medicina tuas.

In aversa pagina occurrit Nuncupatoria, sic inscripta: Joannis Jacobi Manlii de Bosco in opus Luminaris majoris ad Bernardinum nigrum civem Papiensem prohemium feliciter incipit. *Opus incipit in secundo folio recto a titulo:* Johannis iacobi de manlijs de boscho Alexandrini sup descriptiões antidotarij et practice divi Johānis Mesue et aliorum Illustrium medicorum clarissima interpretatio incipit. dicta Luminare maius. *Ad calcem:* Opus diligenter correctum et a multis doctoribus examinatum Impressum in inclita civitate Venetiarum per prudentem virum Bernardinum Stagninum de Tridino de Mōteferrato Anno Salvatoris nr̄i. 1499. Die ii. Ianuarij. ad Laudem omnipotentis dei et eius intemerate virginis. FINIS. *Duo postrema folia occupantur a* Tabula, Registro, *et Typographi signo, alibi a nobis notato.*
In folio..... IX. E. 16.

—— Alia editio, *praecedenti quodammodo similis. Ad calcem legitur:* Venetiis Impssū p Simonē de Luere Sūptib' dn̄i Andree Torresani de Asula. 23. Septembris 1501. *Adcedunt* Tabula, *et* Registrum.
In folio..... IX. F. 16.

Mantuani F. Baptistae Carmelitae. Parthenices libri. Parthenice prima, *seu de* B. Mariae Virgine. *vita, poema. Decem priora folia, typo gallo-fran-*

Digitized by Google

co minusculo impressa , complectuntur Epistolam nuncupatoriam , et Apologeticon *operis. Epistolae praefiguntur verba :* Jesus Maria: *dein,* FRATER Baptista : Mantuanus Carmelita Lodovico Fuscario ac Joanni Baptiste Refrigerio viris integerrimis. S. P. D. *In* Apologetico *desunt graeca verba, eorumque loco relicta sunt spatia ; titulus est :* Apologeticon ad eosdem. *Poemati haec praecedunt verba :* FRATRIS BAptistae Carmelitae Theologi ad Ludovicū Fuscarium et Joannem Baptistam Refrigerium cives Bonosienses Parthenice incipit foeliciter. *Ad calcem :* FINIS. Impressum Venetiis per Jacobum de Leucho Anno grātiae. M. XCiX. (sic) die. xvi. Julii. *Adcedit* Registrum. *Sub alio signaturarum ordine sequitur secunda* Parthenice, *seu poëma, quod* S. Catharinae *Virginis , et Martyris vitam continet. Praefigitur nuncupatoria Epistola, charactere gallo-franco minusculo excusa , cujus inscriptio :* Clarissimo viro. D. Bernardo Bembo patricio Veneto iureconsulto Frater Baptista Mantuanus Carmelita S. P. D. *In secundo folio recto poëma incipit a titulo :* FRATRIS Bap. Mant. Carmelitae Theologi ad magnificū. D. Bernardū Bēbū patriciū Venetū et iureconsultū peritissimū secūda Parthenice īcipit. *Ad calcem legitur :* FINIS, *exinde:* Francisci Certie Parmensis Juris Pontificii Scholaris Sudiosissimi (sic) in Invidum Lectorem Carmen, *quo absoluto , notavit Typographus :* Secūdae Parthenices opus divinū Venetiis Imp'ssum per Jącobum de Leucho Anno dñi. M. cccc. xcix. die vero. xiiii. Julii.

In 4.°..... X. B. 40.

—— Exemplar alterum..... X. B. 41.

—— Secundae Parthenices exemplar tertium..... X. B. 42.

—— De patientia libri tres. *In prima pagina gallo-francis typis majusculis leguntur verba*: Reverendi fratris Baptistae Mantuani Carmelitae de patientia aurei libri tres. *Epistolam secundum folium continet, eaque* HELIAS CAPREOLUS BRIXIANUS JOANNI TABERIO. S. *dicit. Data est* Brixiae iiii. Nonas Decembres. M. cccc. xcvi. *Sequuntur* INDICES LIBRORUM, *quos excipit Epistola cum epigraphe :* VENERANDUS Frater Baptista Mātuanus Carmelita Francisco Fantucio. S. P. D. *Praefatio primo libro praeponitur , cum inscriptione :* Venerādi Fratris Baptistae Mātuani Carmelitae Theologi ad Carolū Antoniū Fantuciū patriciū bonoñ. Isagoges ad patiētiā : Liber primus et Ca. i. *Ad calcem reperitur carmen, quod inscribitur :* Joannis Taberii Brixiani ad Heliam Capreolum optimum. Antigraphia. *Distichis 14. constat , et dein nota typographica occurrit:* Impressum Venetiis per Jacobum de Leuco Anno gratiae. M. CCCC. XCIX. Die V.° Septembris sexto. Laus omnipotēti deo. Registrum *in summitate penultimae paginae visitur.*

In 4.° parvo..... 11. B. 19.

—— Exemplar alterum..... X. B. 43.

—— De suorum temporum calamitatibus. *In folio primo averso praecedit* Fratris Baptistae Mantuani Carmelitae theologi contra poetas īpudice loquentes Carmen, *quod terminatur in folio quarto averso, cum subscriptione :* Finis Romae die. XX. octobris M. cccc. lxxxvii. *In folio quinto recto,* FRATRIS Baptistae mant. Carmelitae theologi ad Reverēdissimū ī christo patrem ac dominū. D. Oli-

Digitized by Google

verium Caraſam : Sabinen. Episcopū et Cardinalem Neapolitanum de suorum temporū calamitatibus Liber feliciter incipit. *Pro coronide Poëmatis*, DEO GRATIAS *legitur ; exinde :* FRAncisci Cereti Parmensis Juris Pontificii Scolaris ad praestantissimum adolescentem Jacobum mariā de Lino Civē Bononiēsē: ac Dominū Colendissimum Carmen. *Ad calcem Typographus notavit :* Calamitatū nostri tp̄is opus divinū Bon. īpressū solerti animadversione Francisci Cereti Parmensis impensis Benedicti Hectoris Bibliopolae : Platonisq3 eiusdem Impressoris accuratissimi: Civiū Bononiensium. Anno nativitatis dominicae. M.CCCC.LXXXiX. Calendis Aprilis. Regnante Illustri. D. Johanne Bentivolo secūdo. FINIS.
In 4.° ..... X. B. 39.

Maittairus, *Orlandus*, *Denis*, et *Lairius* recensent *carmen contra poëtas impudice scribentes*, in principio voluminis praefixum, inter Romanas editiones, in cujus fine legitur : *Finis Romae die XX. Octobris M. CCCC. LXXXVII.* Ast Laudati Scriptores si animadvertissent, quod *carmen contra poëtas impudice scribentes* subjunctum habeat *Poëma de suorum temporum calamitatibus*, facile intelligere potuissent non modo characterem utriusque operis eumdem omnino esse ; sed et seriem signaturarum voluminis, incipere a laudato *Carmine* (quod prima alphabeti littera notatur) et continuari in *Poëmate* ipso usque ad *K IIII.* ad cujus calcem subinde legitur typographica nota, supra relata. Subscriptio porro ad calcem *Carminis* adjecta, referri commode potest ad locum, et tempus, ubi, et quo scriptum fuit opusculum, quin necesse sit editionem aliquam, Bononiensi hac antiquiorem, comminisci. Addi insuper potest, eamdem urbis *Romae* notationem, cum die *20. Octobris 1487* haberi in nova opusculi editione, quae inter *Elegias*, et *Silvas* Poëtae prodiit *Bononiae 1502.* Illustrius adhuc ejusmodi subscriptionum exemplum, quae ad tempus, et locum, in quo opuscula ab Auctore absoluta fuere, non vero ad tempus et locum impressionis referuntur, suppeditat *Parthenice Prima*, in qua legitur : ad calcem *Bononiae editum III. Id. Febr. M. CCCCLXXXI.*, cum tamen subscriptio Typographi, quae post Auctoris votum ad *B.* V. subjuncta fuit, liquido ostendat, volumen nonnisi post sexennium typis fuisse excusum.

—— Exemplar alterum. ..... X. B. 37.
—— Exemplar tertium. ..... X. B. 38.
—— Alia editio, *in qua tantum* de calamitatibus suorum temporum *Poëma reperitur. In fronte primae paginae haec operi praefixa sunt verba :* FRATRIS Baptistae Mantuani Carmelitae theologi ad reverēdissimū in Christo patrē ac dominum D. Oliverium Carafam : Sabinen : Episcopū et Cardinalem Neapolitanum de suorum temporum calamitatibus Liber foeliciter incipit. *Ad calcem, post* Francisci Cereti Carmen, *legitur :* Calamitatum nostri temporis opus divinum Venetiis q⁹ pulchro caractere impressum per Jacobum de Leucho nostrae iā impressoriae artis virum diligentissimum. Anno gratiae M. CCCC. XCIX. die M. X. Septembris. Registrum *his subditur.*
In 4.° ..... X. B. 40.
—— Exemplar alterum. ..... X. B. 41.
—— Panegyricum carmen in Robertum Severinatem. *Titulus praeit:* FRATRIS BAPtistae Mantuani Carmelitae theologi ad clarissimum Equitem Dominum Lodovicum Gonzalem Hispanū divi Jacobi Galleci commendatarium dignissimum in Robertum Severinatem panaegyricum Carmen. *Post* Carmen Panegyricum *occurrit:* FRATRIS Baptistae Mantuani Carmelitae theologi ad magnificum comitem Andream Bentivolum sexdecīvirum Somnium romanum. *Hoc excipit poëmation,*

Digitized by Google

cui praefixa sunt verba: FRATRIS Baptistae Mantuani Carmeliatae theologi ad D. Falconem Protonotarium cuius beneficio ex omnibus periculis est liberatus. *Opere integre absoluto, legitur* FINIS; *postea vero excusa sunt hujusmodi verba:* Ad. D. Falconem opus hoc elegantissimū Bononiae impressum est expensis Benedicti Hectoris librarii Platonisq3 eiusdem impressoris accuratissimi civium Bononiensium. Anno nativitatis dominice. M. cccc. lxxxix. duodecimo Kalendas Augusti.

In 4.°..... X. B. 39.

—— Alia editio, *in qua ea omnia continentur, quae in praecedenti editione notavimus. Ad calcem:* FINIS. Ad. D. Falconem opus hoc elegantissimū Venetiis impressum est per Jacobum de Leucho Anno nativitatis dominice M. cccc. xcix. die vi. Augusti. *His subditur* Registrum.

In 4.°..... X. B. 41.

Tam in prima, quam in secunda editione, tria haec opuscula ad unum idemque volumen pertinent; quod liquet ex signaturis, quae continuata serie per unumquodque eorum procedunt.

—— Oratio in funere Ferrandi Regis. *Titulus in summitate primae paginae:* Venerādi fratris Baptistae Mātuani Carmelitae Theologi: poetae oratorisque clarissimi: in funere ferrandi regis oratio. *In postica facie folii sexti, ubi oratio absolvitur, post quatuor lineas: legitur,* Brixiae impressa: per Bernardinum de misintis Papiensem. Die yiii. mensis decembris. m. ccccxcyi.

In 4.°..... IX. B. 25.

—— Oratio in funere Eleonorae Ducissae Ferrariae. *Praeit titulus in fronte folii primi hoc pacto:* FRATRIS BAPTISTE MANTUANI CARMELITE THEOLOGI E (sic) PROFESSORIS ORATIO: HABITA IN EXEQU iis. ILLVS. DOMINE LEONORE DUCISSE FERRARIE: MANTUE CELEBRATIS DIE XXII. OCTOBRE (sic). M. CCCCXCIII. *Absoluta Oratione in folio octavo averso, sequitur Epigramma.*

Idem in Leonoram.

Quum regina diem clausit Leonora supremum
Maxima lis terrae cum iovis arce fuit
Totam ambit tellus totam sibi poscit olympus
Hoc superi litem composuere modo
Fert animum tenet impatiens ad sidera virtus
Dat sua compages membra caduca solo
Sed mox ut vitae dabit hora novissima signum
Mens illapsa suum corpus in astra ferat.

In 4.°..... IX. B. 26.

Sine ulla typographica nota. In *Bibliotheca Carmelitana Tom. I. pag. 182. et seq.* ubi omnia *Mantuani* opera recensentur, praesens oratio minime notatur. Opuscula namque primum edita separatim, postea simul collecta sunt *Parisiis anno 1513.* tribus voluminibus in folio, cum Commen-

Digitized by Google

tariis *Murrhonis*, *Brantii*, et *Ascensii*; recentiori insuper editione, et ampliori prodierunt *Antuerpiae 1576.* ex recognitione *Laurentii Cuperi* Carmelitae; et in his duabus editionibus laudata oratio haud invenitur; proindeque ipsa latuit Bibliographos omnes, saltem eos, quos ad manus habeo; unde ejus raritas merito eruitur. Ex lineis 56. surgit hujus opusculi quaevis perfecta pagina, et rotundis formis exprimitur. Nec custodes, nec foliorum numeri conspici possunt; signaturarum vero series inferioribus marginibus juncta numeris arabicis minoribus insculpta habetur, et prima initialis littera xylographica est.

MANTUANI PETRI. Logica. *In primo folio recto haec leguntur verba, majusculis typis excusa:* Logica magistri Petri Mantuani. *Opus incipit in folio secundo recto a titulo:* Viri p̄clarissimi ac subtilissimi logici magistri petri mātuani logica īcipit feliciter. *Ad calcem ejusdem legitur:* Explicit logica subtilissimi logici magistri Petri mātuani accuratissime emēdata p̄ eximiū artiū doctorē magr̄m Ioannem mariā Mapellū. Vincentinum. *Adcedit sub eadem signaturarum serie* Apollinaris Offredi de primo et ultimo instanti *tractatus. In fine hujusmodi opusculi haec notantur verba:* Explicit scriptū d'stāti illustris phī et medici magr̄i Apollinaris Offredi cū suppōnibus eiusdem accuratissime emēdatū p̄ eximiū Artiū doctorē magr̄m Ioannem Mariā Mapellū Vincentinū Impressum p̄ Bonetū Locatellū Ad istātiā Nobilis viri Octaviani Scotī Modoetiēsis. M. CCCCLXXXXII. XI. Kal^{s} Maij. *In sequenti pagina adest* Registrum, *et dein signum* Octaviani Scoti.

In 4.° ..... VIII. A. 3.

Sine loci indicatione; sed *Venetiis* tribuenda est editio, ubi laudati Typographi imprimebant.

—— Exemplar alterum. ..... VIII. A. 4.

—— Exemplar tertium. ..... VIII. B. 74.

—— Alia editio. *Titulus, ut in praecedenti editione. Adcedit* Illustris philosophi et medici Apollinaris Offredi cremonēsis de prime et ultimo īstanti in defensionē coīs opinionis adversus Petrum Mantuanum, *et ad calcem hujusmodi tractatus visitur nota typographica;* Explicit scriptū de instanti Illustris philosophi et medici magr̄i Apollinaris Offredi cum suppositionibus eiusdem. accuratissime emendatum per eximium Artium doctorem Joannem Mariam Mapellum Vincentinum Impressum Venetiis per Symonem al^{s} bevilaqua Papiēn. 1492. die primo decembris. *Sequitur* Registrum.

In 4.° ..... VII. B. 60.

—— Alia editio, *in qua deest* Apollinaris Offredi *tractatus. In prima columna folii primi recti occurrit titulus, majusculis typis excusus:* viri preclarissimi ac subtilissimi logici magistri petri mantuani logica īcipit feliciter. *In prima columna ultimi folii aversi linea XXIII. legitur:* Explicit subtilissimus tractatus de instanti Magistri Petri M. *Secunda columna vacua est.*

In 4.° ..... VIII. F. 34.

Sine notis typographicis. Raritas hujusmodi editionis vel exinde dijudicari poterit, quod ne illam ex instructissimis quidem Bibliothecis eruere potuimus. Character semigallo-francus antiquae formationis lineis 39. distinguitur in columnis integris; initiales spatio indicantur. Custodes, et foliorum numeri nullum obtinent locum in hoc volumine; signaturae vero litteris habentur expressae, iisque notae arabicae adhaerent. Charta alba est, et levigata; ejusque margines interni, et externi satis ampli sunt.

Digitized by Google

MANUTII ALDI PII. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat inter* Politiani Epistolas lib. VII. *in volumine operum. Vide* Politiani.

MAPHAEI CELSI VERONENSIS. Defensiones Canonicorum Regularium contra Monachos. *Majusculis typis occurrit titulus in fronte folii primi recti:* Reverēdissimis dominis Cardinalibus neapolitāo sancti marci et senensi Celsus Mapheus veronensis Canonicus regularis commendationem etc. etc. *Opus desinit in folio XV. recto; deinde in prima columna aversae paginae legitur:* V. R. D. Seruulus Celsus Veronensis pecōr (*idest* peccator) Canonicus regularis: hec vt potuit adiutus a gratia dei: Sanctoq3 vestro auspicio patres a quibus et castigari optat si quid sapientiam offenderit vestram. Valete. *In secunda columna:* Impressum Venetiis ꝑ Petrum Bergamensem: Anno domini i487. Mensis Januarij. die decimo. FINIS. *Sequuntur sub eadem signaturarum serie, in sequenti folio:* Liber responsionum ad rationes monasticas — Prima ratio est a probationis regula — Secunda ratio est ex ordine — Tertia ratio est dignitatis abbatialis — Quarta ratio est antiquitatis ordinis — Quinta ratio est consuetudinis — Sexta ratio est arctioris vite — Septima ratio est nobilitatis et dignitatis etc. etc. *In secunda columna ultimi folii recti opusculum terminatur hisce verbis:* U. R. D. Servulus. D. celsus Mapheus Veronensis canonicus regularis cum castigatione. D. U. semper ad sanctissima vota earum paratus. *Sequitur* Registrum.
In 4.°..... IIII. A. 47.

— Dissuasoria ne Christiani Principes ecclesiasticos census usurpent. *In primo folio recto habentur sequentia verba majusculis excusa typis:* Celsi Veronensis Dissuasoria. *In postica pagina occurrit Epistola sic inscripta:* Reverendissimo Domino Jacopo Cardinali Papiensi domitius Veronensis salutem et Commen. *Hanc excipit in secundo folio alia* Epistola Reverendissimi domini Hermolai Barbari Episcopi Veronensis ad. D. Celsum Veronēsem Canonicū regularē Congregatiōis lateranēsis. *Data est* Ex Venetiis pridie Kllās (sic) Februarias. M. ccccLxxi. *Huic subditur subscriptio:* Tuus filius Hermolaus Episcopus Veronensis indignus manu propria. *Opus incipit, qui tertio folio recto a titulo in rubro colore impressus est:* Celsi Veronensis Canonici Regularis Lateranēsis congregationis Dissuasoria ne Christiani principes Ecclesiasticos usurpent census Ad Inclytū Venetorū Senatū. *Hac expleta, sub eadem signaturarum serie adcedit:* Questio disputata per. D. Celsum Veronensem Canonicum regularē cōgregationis lateranen. videlicet. An aliqua res. pu. possit conducere iudeos ad foenerādū sine peccato: et an Papa valeat cōcedere q̄ id fieri possit sine peccato. *Absoluta praedicta quaestione, sequitur:* D. Celsi Veronensis Cano. Regul. ad Reverendissimū. D. Cardinalem Pipien. de morte S. Sixti Cardinalis Epistola. *Ad calcem hujus subjunctum* est Epistolion Philippi Beroaldi *in libelli laudem. In sequenti eoque ultimo folio recto, legitur Typographi subscriptio, his verbis notata:* Opusculum hoc Bononiae Impressum est ꝑ platonem de Benedictis librorum excusorē Anno domini. M. CCCCLXXXXIIII. Quinto Kallendas (sic) Julias. *Hisce subduntur* REGISTRUM, *et Typographi signum alibi notatum.*
In 4.°..... IX. A. 24.

Digitized by Google

— Exemplar alterum..... VII. B. 53.

MARASCHIS BARTHOLOMAEI DE. Oratio habita in Parasceve domini. *Occurrit titulus in summitate primae paginae, sic inscriptus*: Coram Paulo Secundo Pon. Max. In ede divi marci ī Parasceve. M. CCCC. LXVIII. Oratio Bartholomei de Maraschis p̄positi Mātuani et eiusdē Pon. Max. depositarii. nunc Magistri domus Sixti Pape quarti. *Incipit Oratio his verbis*: Expedit ut unus homo moriatur etc. etc. *In fine*: M. CCCC. LXXIII. *Extat compacta cum* Justiniani institutionibus.
In 4.°..... VII. E. 14.

Sine loci, et Typographi nomine. Constat haec Oratio ex VIII. tantum foliis: editionis vero Opifex, quantum quidem ex characteribus adparet, fuit *Philippus de Lignamine*. Ea est sine signaturis, numeris, et custodibus. Inter rariores porro computandam esse vel inde colligitur, quod exceptis *Denisio Suppl. pag. 28.* et *Seemillerio pag. 52.*, neque *Audiffredus*, neque alius quisquam Bibliographus ejus mentionem faciant.

MARBRES JOANNIS. Quaestionum physicarum compilatio. *Extant ad calcem* Quaestionum Joannis Canonici super lib. physicorum Aristotelis *sequentia verba, textui* Joannis Marbres *adhaerentia*: et sic finit⁹ q⁹stio. et per oīs totū opus q⁹stionū phico4 opilatū a dño iohē marbres gistro (sic) in artibus tholose et cano.^co dertusēs⁹ q⁹ natione fuit Cathalan⁹. *Tabula adest in fine; tandemque legitur*: Expliciūt questionēs (sic) p⁹fūdissimi docroris (sic) Johannis canonici ordinis mīo4 sup⁹ 8.° lībris phīcorum a4 padue impresse. i. 4. 7. 5.° die 2. 5. mēs⁹ aprilis. *Vide Canonici*..... VII. A. 20.

MARCELLI MARCI. Epistola ad Hannibalem. *Extat cum epistolis* q. Curtii. *Vide* Curtii.

MARCELLI MARCI. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat in Sylloge* Epistolarum Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

MARCELLI NONII. *Vide* Nonii Marcelli, *et* Festi Pompei.

MARCHA JACOPO DELLA. La Confessione. *In prima pagina Tabula xylographica habetur*, S. Jacobum *in quodam sacello sacram exhomologesin excipientem ostendens, cui initium operis subnectitur a titulo*: Comenza la Confessione composta per el beato frate Jacopo della Marcha. *Absoluta* Confessione, *sequitur Oratio* S. Augustini, *cujus initium*: O aīa bn̄decta poi che serai cōfessata e tenerai q̄ste regule di q̄sta orone de scō Augustino che iova assai allo pōcto della morte per havere contrictione et remissione delli peccati et sonove indulgētie assai. Jesus. *Ad calcem hujusmodi orationis legitur tantummodo*: Amen. *dein*, Finis.
In 4.°..... II. B. 61.

Digitized by Google

Sine notis typographicis. *Audiffredus in Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 455. Panzer Tom. II. pag. 507.* et *Denisius Suppl. pag. 349.* mentionem faciunt hujusmodi opusculi, et unam tantum ipsius editionem indicant, quae ad calcem notam anni, et loci habet, scilicet, *Finisce la confessione composta per lo beato frate Jacopo della Marcha Stampata in Roma nel. M. cccc. lxxxxiij. A di secondo de Decembre*, et quia Typographi nomen haud occurrit, ipsi eam tribuunt *Jo. Besicken.* Ex accurata descriptione, quam laudati Bibliographi tradunt de ejusmodi editione, eruimus hanc nostram omnino esse diversam, quae ipsis, et ceteris aliis minime innotuit, et primum a nobis citatur. Est libellus foliorum VIII. charactere semigallo-franco minori, et rudiori ignoti Typographi: sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris: et in unaquaque integra pagina 35. lineae habentur.

Marchesini Joannis. Mammotrectus, *qui interdum inscribitur*, Mommotrectus, *seu* Mammotractus, *vel* Mammaetractus, *vel* Mammetractus, *etiam* Mammothreptus, *quia, ut ait,* Possevinus *Tom. II. Adpar. pag. 51. rudibus clericis, et adhuc in latina lingua infantibus, veluti mammam sugentibus, et puerilibus manibus tractandam, instar piae nutricis exhibuisset. Explicantur enim in hoc libro, primum vocabula, quae Auctori visa sunt difficiliora, in singulis libris S. Scripturae, et* S. Hieronymi *Praefationibus occurrentia: tum vero ea, quae in Hymnis, legendis Sanctorum, et Homiliis inveniuntur. Igitur in folio secundo recto* Incipit vocabularius in Mamotrectum scd'm ordinem alphabeti, *qui XXIII. plagulas continet. Opus prologum habet, cum titulo*: Prologus auctoris in mamotrectū. *Ad calcem haec Typographi cura impressa sunt:* Epliciūt expositiōes et correctōes vocabulo4 libri q' appellat' Mamotrect' tam biblie q' alio4 plurimorū libro4. Impresse Venetiis p' Franciscū de Hailbrun et Nicholaum de Franckfordia socios MCCCCLXXVI. Laus Deo. *Deinde;* Incipit tabula librorū et aliorum quo4 expositiones et correctiones vocabulo4 in pnti libro continet' *quae unum folium complectitur.*

In 4.° parvo..... XIII. B. 5.

Compositio paginarum hujusmodi editionis duas columnas exhibet, quarum quaevis integra 39. complectitur lineas. Nullus margo custodibus, ac numeris foliorum praeditus est; signaturae adparent litteris, arabicisque numeris designatae. Charaoter semigallo-francus non inelegans chartae firmae inhaeret; initiales a Minicolario rubro, vel caeruleo colore, pictae spatiis insertae sunt.

—— Exemplar alterum..... 1. A. 5.
—— Exemplar tertium..... 1. A. 11.
—— Exemplar quartum..... 1. A. 16.
—— Exemplar quintum..... 1. A. 18.

—— Alia editio, *quae consonat editioni praecedenti, excepta nota hac typographica ad calcem*: Expliciunt expositiōes et correctiones vocabulorum libri qui appellat'. Mamotrectus tā biblie q̄ aliorū plurimo4 libro4. Impresse Venetiis p̄ Franciscum de Hailbrum et Petrū de Bartua socios. M. CCCC. LXXVIII. Laus Deo. *Deinde* Incipit Tabula.

In 4.° parvo..... 1. A. 1.
—— Exemplar alterum..... 1. A. 2.
—— Exemplar tertium..... 1. A. 3.
—— Exemplar quartum..... 1. A. 22.

Digitized by Google

—— Exemplar quintum..... 1. C. 14.

—— Alia editio, *quae praecedenti persimilis est. Ad calcem nota typographica hoc pacto habetur:* Actum hoc opus Venetiis anno dñi. 1479. nono Kalendas Octubris (sic) per inclytum virum Nicolaum Ienson gallicum. Tabula vocabulorum, *quae praecedere debet, Bibliopegi opera in calcem coniicitur.* In 4.° parvo..... XIII. B. 1.

—— Exemplar alterum..... 1. A. 8.

—— Exemplar tertium..... 1. A. 10.

—— Exemplar quartum..... 1. A. 12.

—— Exemplar quintum..... 1. A. 13.

—— Exemplar sextum..... 1. A. 14.

—— Exemplar septimum..... 1. A. 20.

—— Exemplar octavum..... 1. A. 21.

—— Exemplar nonum..... 1. A. 23.

—— Exemplar decimum..... 1. B. 11.

—— Alia editio, *in qua etiam* Tabula Vocabulorum *habetur ad calcem voluminis; hinc opus incipit a* Prologo auctoris in mamotrectum; *quo absoluto, sequentia verba leguntur:* Finis expositionum et correctionis vocabulorum libri qui appellatur mamotrectns ī q.° q̄dē tam biblie quam aliorum plurimo4 libro4 vocabl'a explanātur Impssū Mediolani p magistrū Leonardū pachel et Ulldericum sinczehceller socios. Anno dñi. Mccccl**xxx**i q̄nto Kalendas septembres. FINIS.
In 4.° parvo..... 1. A. 19.

—— Exemplar alterum..... 1. A. 25.

—— Alia editio. *Opus incipit post* Tabulam vocabulorum. *Notitia typographica ita exprimitur ad calcem:* Actum hoc opus Venetijs Anno dñi i482. die V̄o. 6. Julij. p Andreā Jacobi de Catthara: Impēsis Octaviani scoti de Modoetia. *Sequuntur* Librorum expositorum Tabula, et Registrum.
In 4.° parvo..... 1. A. 4.

—— Exemplar alterum..... 1. A. 6.

—— Exemplar tertium..... 1. A. 7.

—— Exemplar quartum..... 1. A. 9.

—— Exemplar quintum..... 1. A. 15.

—— Exemplar sextum..... 1. A. 17.

—— Exemplar septimum..... 1. B. 13.

—— Alia editio. *Ad calcem:* Expliciūt expositiōes et correctiōes vocabulorū libri q̄ appellatur Mamotrectus tam biblie q̄3 alio4 plurimo4 libro4 Impsse Venetijs per Franciscum de Hailbrun. M. CCCC. LXXXIII. Laus deo.
In 8.°..... 1. A. 24.

—— Exemplar alterum..... 1. A. 26.

—— Exemplar tertium..... 1. A. 27.

—— Alia editio, *quae cum praecedentibus ut plurimum convenit. Ad calcem verba ista notantur:* Expliciūt expositiones et correctiōes Vocabulorum libri qui appellat' Mamotrectus tam biblie q3 aliorū plurimorū librorū Impssū

Digitized by Google

Venetijs per Simonem Papiensem alias Bevilaquam anno dñi 1493. die 12. iulii. In 8.°..... 1. A. 28.

Marchie Anconitanae Constitutiones. *Praecedit Tabula singulorum capitulorum cujuslibet libri*, (*qui sunt omnino* sex) *cujus prima inscriptio sic legitur*: Tabula primi libri cōstitutionū marchie anconitane. *Post recensionem capitulorum sex librorum, et additionum* Domini Sabinensis, *sequuntur capitula constitutionum aliorum quinque Legatorum* (*quorum nomina recitantur*), *quibus terminatur tabula, quae VII. folia occupat. Titulus in summitate primae columnae folii recti VIII. sic habetur*: LIBER constitutionū sancte matris ecclesie edita4 p reverendissimum ī Christo patrē dominū Egidiū epm Sabinēsem apostolice sedis legatū et domini nostri pape uicarium. *In calce primae columnae ultimae paginae libri primi charactere majusculo legitur*:

EXPLICIT LIBER PRI
MUS. INCIPIT SECU
NDUS

Sequuntur duae vacuae paginae, deinde: Incipit liber secundus etc. etc. *Nota typographica occurrit post duos versus in secunda columna ultimi folii aversi* MCCCC. Lxxiii. indictione sexta tēpore divine puidētie sanctissimi domini nostri domini pape Sisti pape quarti Die vero quarta mēsis octobris in Civitate exii finite fuerunt suprascripte cōstitutiones a magistro ueronēsi earū impressore. In folio parvo..... XII. H. 54.

Praesentem editionem habendam esse inter illustriora veteris artis typographicae monumenta, docet *Audiffredus in Spec. historico-Critico Edit. Ital. Saec. XV. pag. 1.* Charta candidissima est, character rotundus, sive romanus; isque pulcherrimus, ac paulo major eo, quem Typographi *Silvium* appellant; vocum compendia non multa. Duabus columnis linearum 33. impressus est, sine signaturis, numeris, custodibus, et quantum observare licet, sine ulla prorsus diphthongo. Nostrum exemplar splendidissime compactum, ac idem est, quod *Audiffredus* observavit in privata Bibliotheca *Pii Papae VI.* fel. rec.

—— Alia editio, *in qua deest primum folium, iuxta descriptionem novissime traditam a* Cl. Vermiglioli *in Typographia Perusina pag. 166. Praeposita est* Tabula, *ut in praecedenti editione, quae quatuor occupat folia. Titulus operi praefixus sic legitur in summitate primae columnae folii quinti recti*: LIBER Constitutionū Sācte matris ecclesie: editarū per reverēdissimū in Cristo patrem dominū Egidiū episcopū Sabinensem apostolice sedis legatū et domini nostri Pape uicarium. *Ad calcem primae columnae ultimi folii aversi, sequentia verba cuilibet legenti patent*: Finis operis Constitutionum marchie: Impressumq3 Perusie per magistrū Stephanū arnes Hamburgen. Gerardum thome de Buren et Paulum et etc. etc. Socios. Anno do. M. cccc. lxxxi. Die uigesimaprima mēsis Novembris. *In altera columna occurrit* Registrum libri presentis.
In folio parvo..... XII. D. 12.

Digitized by Google

Praesentem editionem inter rarissimas ob paucitatem exemplarium existentium collocat illustris *Vermiglioli* citato loco. Character semigallo-francus lineas 41. complectitur in columnis ut in prima integra expertus sum; nam gemina columna impressa est. Foliorum numeri, et custodes desunt, signaturae vero adsunt, aeque ac tituli in ora superiori marginum. Initiales parvis formis sunt expressae, quas Minicularius rubro, vel caeruleo colore adpinxit; et principem operis litteram auro, et floribus exornavit, et gentilitium stemma adposuit.

—— Exemplar alterum..... VII. E. 12.

Mare Magnum, in quo continentur Privilegia ordini Praedicatorum concessa. *Vide* Poluciis Joannis Mariae de.

Margarita Decreti. *Vide* Poloni Martini.

Margarita Philosophica. *Vide* Reisch Gregorii.

Margarita Poetica. *Vide* Eyb. Alberti de.

Maria Pauli de Sancta, Burgensis. Scrutinium Scripturarum. *In operis fronte legitur:* Incipit Dialogus qui uocatur Scrutinium scriptura4 cōpositus per reverendum patrē. Dominū Paulū de Sctā Maria. Magistrū in theologia. Episcopū Burgensē. Archicancellariū serenissimi Principis domini Johannis regis Castelle et Legionis. Quem composuit post additiones per eum compositas ad postillam Nicolai de Lira. Anno domini. M. CCCC. xxxiiij. Anno vero etatis sue lxxxj. *Haec sequitur Auctoris Praefatio, quae in prima pagina folii secundi ad lineam XXXI. terminatur. Tum praemissa distinctionis primae in capita divisione* (*singulas enim distinctiones divisio praecedit*) *ipsum opus inchoatur, quod in duas dissectum est partes: prima pars, quae polemica est contra* Judaeorum *errores, in forma dialogi est composita, interlocutoribus* Santo, *et* Paulo, *sive* Judaeo, *et* Christiano. *Secunda vero modo procedit didascalico inter* Joannem Magistrum, *et* Discipulum, *cui* Joannes *difficultates de quibusdam christianae fidei articulis propositas enucleat. Prima pars decem, secunda sex distinctiones comprehendit. Prima pars terminatur folio cxlix. averso, cujus ultima verba:* Prima Pars Scrutinij hujus scripturarum sive Capistri Judeo4 finit. Sequitur Secunda et ultima. *Post folium album* Incipit secunda pars tractatus de Scrutinio scripturarum, *quae in folio ccxlix recto ad lineam quintam hoc Epigrammate desinit:*

Eterne laudes sint regi. luce superna
Qui dedit hoc cunctis. quod reseratur opus.
Hoc iudeorum pandens enigmata et artes.
Mentis oberrantum diluit omne malum.
Tempore quo gaudet Lodovico principe Mantos
Facta vigent cuius splendida per Latium.
Hoc opus impressit rerum scrutinia Schallus
Joannes doctor artis Apollinee.

Digitized by Google

Anno domini Millesimo
quadringentesimo sep
tuagesimo quinto

In folio parvo..... ..... XIII. C. 21.

Rarissima haec editio est, atque admodum elegans, quae nullis paginarum numeris, nullis custodibus, sed tantum signaturis instructa est. Charta est alba, firma, et levigata; typus licet semigallo-francus, nitidus tamen, et venustus. Initiales nullae aderant in *Distinctionibus*; sed Miniculator, qui principem auro, variisque coloribus affabre depinxit, reliquas omnimodas caeruleo, vel rubro tantum colore expressit.

—— Alia editio. *In summitate primae paginae* Incipit dialogus qui notatur Scrutiniū scriptura4 Compositus per Reverēdum patrem dominū Paulū de Sancta Maria Magistrum in theologia Episcopum Burgensem Archicancellarium Serenissimi Principis domini Johānis Regis Castelle et Legiōis. Quem cōposuit post additiones per eum compositas ad postillam Nicolai de Lyra Anno domini. M. CCCC. xxxiiii. Anno vero aetatis suae. Lxxxi. *Opus integrum desinit folio ccxviii. linea quarta cum hoc Epigrammate:*

Anser Tarpeii custos Iovis: unde: q̄ alis
Constreperes: Gallus decidit: ultor adest:
Udalricus Gallus: ne quē pascantur (sic) in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die: quantum non scribitur anno;
Ingenio: haud noceas: omnia uincit homo.

In 4.° magno.....XIII. C. 3.

Sine nota chronologica. Pervetustam hanc, ac rarissimam editionem. *Audiffredus* in *Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 41.* refert ante annum 1471, cum in uno exemplari in Bibliotheca Casanatensi adservato, a manu perantiqua, et quidem ejus temporis charactere, notatum legatur: *Iste Liber ē R.di i X.o prīs. d. Vasini de malabaylis decreto4 doctōis astensis abbatis sc̄ti mauri taurinēsis dioc̄, ēptus ab eo, anno dn̄i. 1471. de mēse ap̄ilis.* Ex qua quidem annotatione ipse *Audiffredus* colligit, ante exitum Aprilis anni 1471. opus venale extitisse: perperam tamen inde colligeretur, excusum ipsum fuisse eodem anno 1471. Ex eadem porro annotatione, falsa esse dignoscitur opinio *Nicolai Antonii*, a *Jo. Alb. Fabricio adprobata*, et a *Mansio* non castigata, existimantis, principem hujus operis editionem, esse *Mantuanam* supra notatam, anni 1475., quae etsi tota sit ex charactere semigallo-franco, nitore tamen suo, ac simplicitate editioni *Udalrici Galli* praeferri posse videtur. Typus est Romanus, excepto vocabulo *Capitulum*, vel *in Capitulo*, quod titulis in eadem linea praeponitur; et vocabulis, seu nominibus *Saulus* et *Paulus*, *Discipulus*, et *Magister* in medio paginarum, quae charactere gallo-franco grandiore excusa sunt. Praeter ejusmodi vocabula occurrunt integrae aliquot lineae ex eodem gallo-franco charactere; tres nempe in principio primae partis, seu in tribus primis foliis, (in unoquoque una) et una in principio secundae, et alia quaedam, quae longum, et inutile foret singillatim indicare. In lineas 35. tribuuntur paginae integrae hujus editionis: quae nullo custode, et foliorum numero, nullaque signatura, aut initiali littera instruitur.

—— Additiones Postillis Nicolai de Lyra in Biblia, *sub nomine* Pauli Bur-

Digitized by Google

gensis. *Extant cum* Bibliis. *Vide* Biblia : *vide* Lyra.

—— Additiones Postillae Nicolai de Lyra in Psalterium *tantum*. *Vide* Biblia, *vide* Lyra.

Marliani Jo. Francisci. Mediolanensis : magnifici Antonij filij illustrissimi ducis Mediolani legati : Oratio habita apud Innocentiū. viii. Pontificem maximū. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. tertio Kalēn. Quintilis. *Desinit in folio quarto recto ad lineam nonam, et additur tantum :* Finis.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae ..... IX. A. 58.

Sine notis typographicis. Huiusmodi editionis mentionem facit *Audiffredus in Catal. Rom. Edit. Saec. XV.* Excusa est charactere gallo-franco, sine paginarum numeris, custodibus, signaturis, ac initiali littera, et lineae 53. implent integram paginam.

—— Alia editio, *cujus titulus, sic inscribitur:* Io. Francisci Marliani Mediolanensis: Magnifici Antonij filij: Illustrissimi Ducis Mediolani legati: oratio habita apud Innocentium Octauū pontificem maximū: Anno dñi. M. cccc. lxxxv. tertio calendas quintiles. *Terminatur in folio quarto recto, ad lineam duodecimam.*
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... III. B. 19.

Character idem, ac in praecedenti editione cum qua perfecte consonat, exceptis iis, quae notavimus in titulo, et in fine. Memoratur ab *Audiffredo* citato loco.

Maroldi Marci. Sententia Veritatis humanae redemptionis. *Titulus praefigitur Opusculo :* Sententia veritatis humanae redemptionis a reverendo artium et theologie magistro Marco Maroldo heretice pravitatis inquisitore in die Annuntiationis edita in capella. S. D. N. pape Marie Virginis devotissimi Anno. M. cccc. lxxxi. *Oratio absolvitur voce* Amen.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes Variae..... IX. A. 58.

Sine notis typographicis. Memoratur haec editio ab *Audiffredo pag. 245.* qui eam tribuit *Stephano Plannck*. Character enim est *gallo-francus*, quo laudatus Typographus utebatur, et lineas complectitur 33. in paginis. Sex plagulis absolvitur opusculum, absque notis in marginibus, et littera initiali.

—— Oratio in die Epiphaniae. *Titulus praefigitur hoc pacto :* Aurea MARCI MAROLDI ordinis predicatorum artiū et theologie magistri nec non inquisitoris heretice pravitatis oratio de epiphania.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... XIII. B. 12.

Audiffredus pag. 426. ex typis *Gensbergii* hanc Orationem prodiisse scribit, ob similitudinem characteris Romani rudiusculi; decem plagulis constat opusculum sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris ; et lineae 33. pro more numerantur in paginis integris.

Maronis Francisci. *Vide* Mayronis.

Digitized by Google

Marsi Pauli. Commentaria in P. Ovidii Nasonis Fastos. *Extant cum* Ovidii textu. *Vide* Ovidii.

Marsi Petri. Oratio in die S. Stephani. *Praecedit Nuncupatoria Epistola cum inscriptione :* Oratio habita a Petro Marso in die sancti Stephani dicata Reverendissimo in xp°o pr°i et dño Stephano Car. Mediolaneñ. *Haec est prima oratio ab Auctore publice habita. Ita enim laudata ad Maecenatem Epistola exorditur:* Ut aliquando, Reverendissime Praesul, ex umbraculis Romanae Academiae in lucem prodirem. et praeclarum illud laudationis munus accederem quo viri in omni disciplina eminentissimi honeste functi sunt, et splendide funguntur ..... protomartyris Stephani praeconia degustare institui; ut hoc velut praeludio etc. etc. *Ad calcem Orationis tantum legitur :* Laus deo.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes Variae .... IX. A. 58.

Sine notis typographicis. Sex plagulis constat opusculum, impressis charactere gallo-franco medio *Stephani Plannck*, qui lineas 33. pro more complectitur in paginis integris. Nulli foliorum numeri, aut custodes adparent, proque initialibus spatia adsunt. Vide *Audiffredum pag. 427.*

—— Oratio in die Ascensionis de immortalitate Animae. *Nuncupatoriae Epistolae praeponitur inscriptio :* Oratio dicta a Petro Marso in die ascēsionis de immortalitate anime ad reverendissimū in xp°o pr°em et dñm d. Rephaelē. T. sancti Georgii Cardinalem ac sanctissimi dñi nr°i Pape Camerarium. *Desinit oratio his verbis :* in eternum Amē.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae ..... IX. A. 58.

Editio sine notis typographicis, quae in reliquis similis prorsus est iam descriptae. Prope finem Epistolae Nuncupatoriae ad *Cardinalem Riarium* haec de se scribit *Marsus: Me quippe Mantuano principe orbatum refovens, tuorum numero ascripsisti, et bene sperare iubes etc. etc.* Unde colligitur Orationem haud anteriorem esse anno 1483., quo Princeps Mantuanus, sive *Card. Franciscus Gonzaga obiit.*

—— Exemplar alterum..... IX. B. 9.
—— Exemplar tertium..... III. B. 19.
—— Exemplar quartum..... XIII. A. 29.
—— Panegyricus S. Joannis Evangelistae. *Epistolae dedicatoriae praefixae sunt verba :* Petro Marso (sic) panegyric° Innocētio viij. Pon. Max. dicat° in memoriam sancti Joannis evāgeliste. *Ad calcem legitur solummodo :* Laus deo.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae ..... IX. A. 58.

Sine notis typographicis. Panegyricum hunc *Marsus* lucubravit, et vel scripto, vel typis edidit ipso anno creationis Innocentii VIII., hoc est, anno 1484., uti ex epistola ad eumdem apparet. Excusus est charactere gallo-franco *Eucharii Silberi*, sine signaturis, foliorum numeris, et custodibus: cetera cum praecedentibus duabus editionibus omnino conveniunt.

—— Commentarium in Silium Italicum. *Extat cum textu* Silii. *Vide* Silii.
—— Commentarium in libros Ciceronis de Officiis. *Extat cum textu* Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

Digitized by Google

Marsilii Ficini. *Vide* Ficini.

Marsilii Patavini. Expositio super quarta fen primi Canonis Avicennae. *Extat cum* Dictis *super eodem opere* Hugonis Senensis. *Vide* Senensis.

Marsuppini Caroli Arretini. Versio latina e graeco Dialogi Luciani de virtute conquerente cum Mercurio. *Extat cum* Censorino. *Vide* Censorini.

—— Epistola ad Marsilium Ficinum. *Extat cum* Ficini epistolis. *Vide* Ficini.

Martialis Marci Valerii. Epigrammata. *In secunda pagina folii primi imprimitur testimonium* de Martiale, *sive* Plinii Secundi Epistola ad Cornelium priscum. *In secundo folio recto incipit* M. Valerii Martialis Epigrammatum Opus In Amphitheatrum Caesaris. *Textus desinit in folio recto sub signatura* r viij, *quem immediate excipit Correctoris epistola, cum inscriptione:* Georgius Alexandrinus Angelo Adriano Oratori Regio Salutem; *qua absoluta, typographica notitia hoc pacto legitur:* Impressum Venetijs Impensis Joannis de Colonia: sociiq3 eius Joannis manthen de Gherretzem. M. cccc. lxxv.
In folio parvo..... XII. C. 18.

—— Alia editio, *in qua nulla occurrit praefatio, aut titulus, ut in praecedenti praefixus est. Ad calcem textus*, FINIS, *tantum legitur.*
In 4.° majori..... XII. C. 22.

Sine notis typographicis. Editio eximiae raritatis a nullo Bibliographiae Scriptore memorata ante *Audiffredum*, qui diffuse de ea disserit in *Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 414. sororemque germanam* appellat, *sed natu majorem*, editionis *Silii Italici anni 1471.* ex typis *Conradi Suueynheym*, et *Arnoldi Pannartz*, a *Pomponio Laeto* recognitae, de qua infra dicemus; atque is fortasse et hanc *Martialis* editionem recognovit. Character siquidem (qui Romanus est, et rudiusculus) utriusque idem est, sed in *Martiale* minus detritus, quam in *Silio*. Huic opinioni *Cl. Moss.* suam opposuit, et *Georgium Laver* fuisse Excusorem hujusmodi editionis scribit in *Anecdotes of Literature, Vol. III. pag. 363.* et *364.* quam quidem opinionem sequutus est etiam *Cl. Frognall Dibdin*, qui mavult eam tribuere *Udalrico Han*, sive *Gallo*. Sic enim ait in *Introduction to the Knowledge of rare and valuable edit. of the Classics: Tom. II. pag. 227. I have assigned the name of Laver as that of the printer of this edition.... in deference to the bibliographer last mentioned.... but whoever will be pleased to examine the authority first quoted will find that a reasonable inference may be drawn in favour of* ULRIC HAN... *as being the printer of this most uncommon volume.* Verum quidquid est de horum clarissimorum virorum opinionibus, certum utique est tam *Martialis*, quam *Silii Italici* anni 1471. characteres, cum majores, tum minores, ratione figurae, et magnitudinis nil omnino inter se differre, non modo nostro tantum, sed aliorum etiam peritiorum judicio: ac proinde *Audiffredi* opinionem libenter amplectimur, qui aperte docet utramque editionem ex eadem officina prodiisse, et illam *Martialis Silio* antiquiorem esse. In praesenti editione lineae 32. in paginis integris numerantur; initiales desunt, pro iisque spatia visuntur: in marginibus nullum obtinent locum signaturae, foliorum numeratio, ac custodes; et foliis 178. absolvitur opus integrum.

—— Alia editio. Plinii Secundi Epistola ad Cornelium priscum *habetur in postica facie folii primi, et in secundo recto incipiunt* Martialis epigrammata, *ac primum est pro more* In Amphitheatrum Caesaris. *Ad calcem conjecta est epistola Correctoris, ut in prima editione. Postmodum versus leguntur ad Im-*

Digitized by Google

pressorem directi, hoc pacto : Raphael Zovenzonius Ister. Vindelino spyrensi ob eius incredibilem imprimendi solertiam. D. D.

Consumatissimus ille martialis
Impressus digitis videlianis
Hic est : hic lepidus facetiarum
Princeps: et salis attici . latinique
Hunc hunc lector emas: tibi futurum
Praeclarum comitem domi forisque
Istri consilio tui poetae.

In 4.° majori..... XII. C. 17.

Vix innotuit haec altera *Martialis* editio, nota chronologica destituta, quae circa annum 1470 impressa creditur; sed potius retulerim ad annum 1472. quia haud majoris antiquitatis signa ostendit quam Romana, supra notata; licet *Deburius* eam appellaverit Principem, *Tom. I. pag. 365.* et inter rarissimas recensendam asserat. In ipsa paginarum integrarum lineae, ut in Romana, sunt 32. pariter desunt signaturae, numeri, ac custodes. Character ad eum accedit, quo *Vindelinus Spirensis* anno 1477. *Dantis Comoediam* impressit: editio proinde elegans, nec parvi facienda est. Nostrum exemplar nitidissimum, ac gallico more affabre compactum.

—— Exemplar alterum..... XII. C. 16.

—— Alia editio, cum Commentariis Domitii Calderini. *Epistola in folio primo averso habetur cum epigraphe :* DOMITIUS CALDERINUS JOANNI FRANCISCO LODOVICI PRINCIPIS MANTUANI FILIO SALUTEM. *Alia Nuncupatoria epistola occurrit in folio secundo recto, cum inscriptione :* Domitii Calderini Veronensis Commentarii In. M. Valerium Martialem Ad Clarissimum Virum Laurentium Medicem Florentissimum Petri Medicis. F. *Inter hanc, et epistolam legitur :* Domitius Calderinus Veronensis Laurentio Medici Salutem. *Adcedit* Vita Martialis in commentarios: quos Domitius Calderinus edidit, *quam excipit* Plinii Epistola de Martiale. Epigrammata *incipiunt in prima folii quarti pagina, quibus absolutis typographica notitia habetur ad calcem hoc pacto:* M. Valerii Martialis opus: Impressum Venetiis. Anno M. CCCC. LXXX. feliciter explicit. *Accedit* domitii Calderini Veronensis defensio cum recriminatione ī calumniatorem commentariorum in Martialem : quos nondum ediderat ad Corelium patris amplissimi cardinalis neapolitani nepotem. *His verbis additur*, Domitius Corelio salutem. *Ad calcem hujus* defensionis *extat* M. Lucidi Phosphori Epigramma, *quod excipit* Registrum hujus libri.

In folio parvo..... X. F. 26.

Sine nomine Typographi. *Deburius* in *Catal. de la Valliere Tom. II. pag. 109.* hanc excitat editionem, et a *Jacobo Paganino* impressam fuisse autumat. *Maittairus Tom. I. pag. 408.* meminit editionis Venetae *Martialis* hujus anni, sed cum notis *Calderini* et *Merulae*; quum nonnisi *Calderini* tantum Commentariis Martialis *textus* in hac editione explanetur. Duplex character in ea adparet; nam *Commentarii*, tria ut plurimum latera textus circumdantes, minoribus expressi sunt litteris, quae lineas replent 58. in paginis integris. Initiales, custodes, et foliorum numeratio omittuntur; signaturae vero in inferioribus marginibus visuntur.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... X. F. 27.

—— Alia editio, *cum iisdem* Commentariis, *et praecedenti aliquomodo similis est. Ad calcem* Epigrammatum Martialis *legitur :* Venetiis per Baptistam de Tortis. M. CCCC. LXXXII. die xv. Julii.

In folio parvo..... X. A. 17.

—— Exemplar alterum..... X. E. 37.

—— Alia editio, *praecedenti quodammodo similis. Ad calcem* Epigrammatis M. Lucidi Phosphori *Typographus notavit :* Venetiis per Baptistam de tortis. M. cccc. lxxxy. die. xvii. Julii.

In folio..... X. G. 18.

—— Alia editio, *quae cum praecedentibus propemodum convenit. Ad calcem :* Mediolani per Vldericum scinzenzeler. M. cccc. lxxxx. die. xx. Septembris. *Huic adcedit Possessoris subscriptio Ms. charactere subalbido, scilicet :* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasij testamento.

In folio parvo..... X. F. 25.

—— Alia editio, *cum duobus* Commentariis Domitii Calderini, et Georgii Merulae. *In prima pagina haec impressa sunt verba :* Martialis cum duobus commentariis ; *in secunda vero incipiunt eadem prolegomena, quae in praecedentibus editionibus observavimus. Opus incipit ad extremam oram folii secundi aversi, et ad calcem post* defensionem ad Corelium, *statim* REGISTRUM *occurrit, cui subdita sunt seguentia verba :* Impressum Venetiis Anno Domini. M. CCCC. LXXXXVIII. die vero xxyiiii. Madii.

In folio parvo..... X. F. 24.

Sine nomine Typographi. Characteres duo occurrunt in hac editione, qui rotundi sunt, major scilicet, et minor ; minor vero inservit *Commentariis*, et lineis 62. distinguitur in paginis integris. In marginibus externis postillae sunt excusae, in superioribus libri notantur. Custodes nullo pacto occurrunt, signaturae, et foliorum numeri visuntur. Initiales vel parvis designantur formis, vel xylographicae floribus insertae sunt.

MARTIANI CAPELLAE. *Vide* Capellae.

MARTII GALEOTTI. Liber de homine. *Praecedit.* GALEOTTI. MARTII : NARNIENSIS : AD. R. D. ARCHIEPISCOPUM SRICONIENSEM (sic) IN. LIBRUM DE HOMINE EPISTOLA, *quae terminatur in folio primo averso ad lineam vii. Deinde* GALEOTTI. MARCII. NARNIENSIS DE HOMINE LIBER INCHOAT. PRIMUS. *Post librum* Galeotti *reperitur scriptum* Merulae, *cui praefigitur Nuncupatoria Epistola cum inscriptione :* GEORGIUS. MERULA. ALEXANDRINUS. LAURENTIO ET JULIANO MEDICES SALUTEM. *Epistolam excipit* GEORGII ALEXANDRINI IN LIBRUM DE HOMINE GALEOTI (sic) NARNIENSIS OPUS. *Responsio* Galeotti *epistolae dedicatoriae subditur, qua dicit ipse Auctor* GALEOTUS MARTIUS FDERICO (sic) DUCI EX URBINO SA. *Titulus opusculi est hujusmodi :* GALEOTTI MARTII NARNIENSIS REFUTATIO OBIECTORUM IN LIBRUM DE HOMINE A GEORGIO MERULA INCHOAT. *Ad voluminis calcem, post breve mo-*

Digitized by Google

nitum legitur: LAUS DEO OMNIPOTENTI. FINIS. *Duae accedunt subscriptiones, quarum prima haec est:* In hoc volumine continētur haec tria digna et erudita Opuscula scilicet Galeottus de homine Georgius Merula in Galeottum et rursus Galeotti refutatio obiectorum in librū de homine a Georgio Merula. *Secunda, quae typographica est, haec complectitur verba:* Mediolani diligenter impressa per Magistrum Philippum de Mantegatis Anno a salutifera Christi Natiutate (sic) MCCCCLXXXX. Tertio decimo Calendas Decebres (sic) Impensis Presbiterorū Andreae Lelii et Francisci Tantii.
In folio parvo..... VII. A. 42.

—— Alia editio, *cujus primum folium est vacuum, et opus incipit in secundo recto a titulo:* GALEOTTI MARTII. NARNIENSIS. AD. R. D. ARCHIEPISCOPUM. STRIGONIENSEM. IN LIBRUM DE HOMINE EPISTOLA, *quae desinit eodem folio averso ad lineam xxix. In folio tertio recto* GALEOTTI. MARCII NARNIENSIS. DE HOMINE. LIBER. INCHOAT. PRIMUS. *Ad calcem integri operis legitur:* Galeotti Narniensis Secundus et ultim⁹ de homine Liber explicat (sic).
In folio parvo..... XIII. E. 28.

Absque ulla typographica nota. *Clar. Freytag.* in *Anal. Litter. pag. 361.* de hac editione sic scribit: *Admodum rarus liber est, in primis illius editio prima, quae in folio, anno, nescimus, quo prodiit; omni enim typographi, loci, et anni indicio destituta est.... Recusas insuper fuit Mediolani 1490. in folio:* de qua supra dictum est; ac proinde praesens anterior est Mediolanensi, editione ann. 1490. Vide insuper *Mich. Maittair. Ann. typogr. Tom. 1. pag. 760.* Impressor hanc editionem elegantibus rotundis formis, licet paululum inaequaliter dispositis, descripsit, et linearum 32. complexione paginas formavit. Custodum, numerationis, initialium, et signaturarum formas praelo cudendas nequaquam subjecit; et foliis 76. totum opus absolvitur.

—— Refutatio obiectorum Georgii Merulae. *Praeit Epistola Nuncupatoria cum inscriptione:* Galeotti Martii Narniēsis Epistola Ad Illustri (sic) Prīcipē Federicū Ducē Vrbini Incohat; *quae desinit in folio tertio averso; folio igitur quarto recto incipit* GALEOTTI Martii Narniensis Refutatio Obiecto4 In Librum De Noīe (sic) A Georgio Merula. Ad Illustrissimū Principem Federicū Ducem Vrbini. *Ad calcem opusculi haec habentur:* Galeotti Marcii Narniēsis Refutatio obiectorū in librum de Homine a Georgio Alexādrino quem Merulam appellat: (sic): ad Illustrissimum principem Federicum ducem Vrbini finitur foeliciter. Impressū est opus Venetiis mirabili arte ac diligentia Per Jacobum Rubeum Natio ne (sic) Gallicum hujus artis pitissimum. Anno incarnationis dominice millesimo cccclxxvi. Andrea Vendremino inclyto Duce Venetiarum. *Tandem legitur:* Laus omnipotenti deo.
In 4.° parvo ..... VII. B. 45.

Refertur haec editio a *Maittairo pag. 36. de la Valliere Tom. 1. pag. 119.* et a *Freytag. Anal. lett. pag. 361.* quam summopere commendant; aeque nisi fallimur, prima est istiusmodi Apologetici.

MARTINI DECRETA. *Vide* Poloni Martini.

MARTINI MAGISTRI. *Vide* Magistris Martini de.

Digitized by Google

MARTINIS OCTAVIANI DE, ADVOCATI. Oratio de vita, et morte S. Bonaventurae. *Praecedit Prologus, sive Epistola nuncupatoria, cum inscriptione:* Reverendissimo in christo patri et dño. D. Juliano D' Ruvere. Ro. Se. epo Cardinali Sabinensi sctī Petri ad Vīcula nuncupato. maiori penitētiario. ordinis minorū meritissimo ptectori. bnfactori suo benignissimo. Octavianus advocat' eiusdē observantissimus. *Prologo absoluto, incipit* Oratio in vitam et merita divi Bonaventure. per insignē iuris utriusq3 doctorē disertissimū Octavianū de Martinis Suessanū: sacri palacij apostolici cla4 advocatū osistorialem. *Ad calcem opusculorum* S. Bonaventurae, *cum quibus praesens oratio extat excusa, legitur typographica nota his verbis contenta:* Libri et tractatus una cū orōe in vita et miracula sctī Bonaventure: general' q̄ndā mīstri frat4 minorū Cardinal' epī albanēsis et sacre theologie doctoris seraphici: p Martinū flach Argentinē civē vigilāti cura impssi finiūt felicit' Anno grē. M. cccc. lxx xxix. pridie Kal' novembris.

In folio. *Vide* S. Bonaventurae..... II. C. 17.

—— Alia editio. *Epistola nuncupatoria Auctoris incipit cum epigraphe:* REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO. D. JULIANO DE RUVERERO. SE. EPISCOPO CARDINALI SABINENSI SANCTI PETRI AD VINCULA NUNCUPATO MAJORI PENITENTIARIO ORDINIS MINORUM MERITISSIMO PROTECTORI BENEFACTORI SUO BENIGNISS. OCTAVIANUS ADVOCATUS EJUSDEM OBSERVANTISS. *Nuncupatoriam Epistolam post quatuor paginas excipit* ORATIO IN VITAM ET MERITA DIVI BONAVENTURE PER INSIGNEM JURIS UTRIUSQUE DOCTOREM. D. OCTAVIANUM DE MARTINIS SUESSANUM SACRI PALACII APOSTOLICI CLARUM ADVOCATUM CONCISTORIALEM, *quae desinit folio xvii. recto. Post vacuam paginam adcedit prooemium quoddam* Jo. Philippi de Lignamine, *in quo agit de canonizatione hujus Sancti facta anno 1482. in ecclesia S. Petri (quod ob Compingentis forsan incuriam extat ad calcem opusculi.) cujus initium:* JO. PHILIPPUS LIGNAMINE EQuES SICULUS DIVI SIXTI QuARTI PONTIFICIS MAXIMI FAMILIARIS OMNIBUS CHRISTIANE RELIGIONIS PROFESSORIBUS SALUTEM IN DOMINO. *Terminatur in folio xix. recto ad lineam xvi.*

In 4.° parvo..... XIII. A. 19.

Sine notis typographicis. Praesens editio, quae Romana est, omissa ab *Audiffredo*, memoratur a *P. Laire Tom. II. pag. 55.* Excusa est characterе rotundo latino, sed rudiusculo, quem temere *P. Laire* nominat *Gothicum*; sine signaturis, et foliorum numeris: in quavis integra pagina lineae 26. numerantur.

MARTINI PP. V. Decretum ex *ejus registro excerptum circa* Carolinam de libertate spiritualium personarum, et Ecclesiarum immunitate. *Extat cum* Regulis Cancellariae. *Vide* Regulae Cancellariae.

MARULLI MICHAELIS TARCHANIOTAE. Hymni, et Epigrammata. *Prima pagina sequentia verba impressa exhibet:*

Digitized by Google

HYMNI ET EPIGRAMMATA MARULLI

In secundo folio recto incipiunt Epigrammata, *praevio titulo:*

MICHAELIS TARCHANIOTAE MA
RULLI CONSTANTINOPOLITA
NI EPIGRAMMATON AD LAU
RENTIUM MEDICEN PE
TRI FRANCISCI FILIUM
LIBER PRIMUS.

Ad calcem Epigrammatum *hoc tetrastichon cum inscriptione reperitur:*

AD ANTONELLUM SANCTO
SEVERINUM PRINCIPEM
SALERNITANUM

Si tuus est vates, si cuncta volumina vatis,
Quaeris praecipue cur tuus iste liber.
Sol quoq3 cuncta regit, solis tamen unica sedes
Haec eadem regum est quae superū est ratio.

Quatuor sunt Epigrammatum *libri, et totidem* Hymnorum. Hymni, *etsi primo loco in generali titulo nominentur, post* Epigrammata *tamen excusi sunt. Sequitur exinde:*

MICHAELIS TARCHANIOTAE
MARULLI CONSTANTINO
POLITANI HYMNORUM
NATURALIUM LIBER
PRIMUS
JOVI OPTIMO MAXIMO

Ad calcem post verbum FINIS, *haec notitia typographica occurrit:* Impressit Florentiae Societas Colubris VI. Kal. Decembris. MCCCCLXXXXVII. *Postrema duo ultimi quaternionis folia continent* QUAE Emendanda in Epigrāmatis, *et* QUAE IN HYMNIS; *quibus absolutis litterae* A. M. A. *expressae visuntur.*

In 4.° ..... XII. A. 62.

Praesens editio licet satis obvia, est tamen perpulchra, et Romano eleganti typo excusa, sine numeris, custodibus, et registro.

—— Exemplar alterum ..... XII. A. 67.

—— Alia editio, *quae duos tantum* Epigrammaton *libros continet, in quibus longe pauciora* Epigrammata *habentur, quam in editione anni 1497.*

Digitized by Google

superius notata. In summitate primae paginae titulus occurrit hoc pacto excusus :

EPIGRAMMATON
MICHAELIS MA-
RULLI CON-
STANTI
NOPO
LITA
NI

In secundo folio recto incipit MICHAELIS TARCHANIOTAE Marulli Constantinopolitani uiri Patricii Epigrammaton ad Laurentium Medicen Petri Frācisci filium Liber primus. *Ad calcem voluminis , scilicet in folio xxviii. averso legitur :* Finis secundi libri : *deinde sequitur* Registrum.
In 4.° ..... X. B. 15.

Haec editio rotundo, ac eleganti charactere excusa, differt ab alia anni 1497. non solum ob paucitatem librorum, et Epigrammatum, verum etiam ob diversitatem typorum, et quod loci, et Typographi nomine, signaturis, et anni nota careat : quae omnia in illa occurrunt. Solo Registro, in quo duorum cujuslibet scapi foliorum principia exhibentur, in calce insignita est. Porro ex Registro colligimus folia esse 28, quot plane in eorum numeratione deprehendi. *Audiffredas in Specim. Historico-Critico Edit. Italic. Saec. xv. pag. 391.* ex aliqua Florentina typographia librum excusum esse adfirmat : quam opinionem sequutus est *Panzer Tom. IV. pag. 303.*

—— Exemplar alterum..... X. B. 51.

Massinissae. Epistola ad Fabium Maximum. *Extat cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Mataratii Francisci. De componendis versibus hexametro, et pentametro opusculum. *In secundo folio recto sequentia verba rubro colore impressa visuntur, quae titulum operis constituunt.* Francisci Mataratij Perusini viri utraq3 lingua Eruditissimi ad Petrum Paulum Cornelium Eruditum et ingenuum adolescentem de componendis versibus hexametro et Pentametro opusculum. *Sequitur Auctoris praefatio ad* Petrum Paulum, *in qua artem poëticam praecipue laudat, et nobilem adolescentem ad ejusdem studium amplectendum inflammare adlaborat. Praefatio in aversa folii primi pagina desinit ; et linea xxi. incipit opusculum* De Pedibus versus hexametri et pentametri. *In aversa folii xxv. pagina :* Finis opusculi de compositione versus hexametri et pentametri editi a Francisco Matrasio (sic) Perusino viro clarissimo. Τελος. *In folio xxvi. recto incipit* Jacobi Sentini Ricinensis de quibusdam Lyricis carminibus tractatulus: et primo Prefacio, *cujus inscriptio :* Jacobus Sentinus Ricinensis Jacobo Gasparis viro prestantissimo et ī omni virtutum genere probatissimo concivi suo. Salutem *Haec duo tantum folia occupant. In fine leguntur quaedam* Sentini *carmina in laudem* Francisci Mataratii *scripta, ex quibus duo ceteris breviora hic excerpere volumus :*

Digitized by Google

Quisquis amas vatum cautus : vel quisquis anhelas
Tendere pyeria letus in astra via.
Hac sit iter : scripta hec francisci perlege docti
Compos tu voti si cupis esse tui.

Eiusdem Jacobi Sentini.

Carmina quisquis amat sacro pertincta liquore
Scribere : grandiloquum perlegat istud opus.

His deinde subnexa habetur nota typographica : Erhardus ratdolt Augustensis probatissimus librarie artis exactor : summa confecit diligentia. Anno christi. M. cccclxviij. calen. Decembris. Venetijs.
In 4.° ..... IX. A. 29.

Huc errorem Typographi irrepsisse, ex pluribus patet. Imprimis ars typographica primum anno 1469. *Venetias* delata est. Secundo teste *Zapfio Annal. Typograph. August. pag. 98.*, *Erhardus Ratdolt* ante annum 1475. *Venetiis* prelum non habuit. Tertio denique hoc opusculum est characteribus gallo-francis impressum, in quo plagularum fasciculi litteris signati sunt, et litterae initiales florentes aeri incisae reperiuntur : quod tamen jam anno 1468. in usu fuisse, nemo litteratorum demonstrare poterit. Constat itaque, uti observat etiam laudatus *Zapfius* citato loco, chronologicae notae sphalma ; quia annus 1478. signari debuisset, cum nec ad annum 1488, neque 98. referri possit, quia *Erhardus Ratdolt* iam anno 1486. *Venetiis Augustam* redierat.

—— Exemplar alterum ..... XII. B. 19.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba refert* : Hoc in uolumine haec continentur. — Frācisci Maturātii Perūsini de Cōponēdis carminibus opusculū. — Nicolai Perotti Sypontini de Generibus Metrorum — Ejusdem de Horatii Flacci : ac Severini Boetii metris — Omniboni Vincentini de Arte metrica libellus — Servii Mauri Honorati Grāmatici Centimet4. *In postica pagina ejusdem folii incipit :* Francisci Maturātii perusini uiri Eruditissimi ad Petrū Paulum Cornelium de componendis uersibus hexametro et Pentametro opusculum ; *quo absoluto legitur :* Opusculi de cōpositione versus hexametri et pentametri aediti (sic) a Francisco Maturētio Perusino uiro clarissimo. Finis. Τελος. *Sequuntur alia opuscula, in prima pagina notata ; et ad calcem voluminis haec nota typographica occurrit :* Impresum (sic) Venetiis per Maximū de butricis papiensem. M. cccc. lxxxxi die vero xviiii. Augusti. *Subneclitur subcriptio Possessoris charactere subalbido, scilicet* Antonii. Seripādi ex Jani Parrhasij testamento.
In 4.° ..... IX. B. 15.

—— Commentaria in Achilleida Statii. *Extat cum* Statii *textu. Vide* Statii.

Mathasellanis Matthaei de. De successionibus ab intestatu. *Praeit in postica pagina folii primi Nuncupatoria Epistola* Ludovici Bolognini, *qui hanc editionem promovit* (*uti discimus* ex *Erudit.* Fantutio *tom. II. pag. 270.*) *sic inscripta :* Reverendo in xpo patrī (sic) et dnō. D. Aloysio caprę mediolanensi :

Digitized by Google

Doctori eminentissimo: Prothonotario Apostolico benemerito: et inclyte civitatis bononie locū tenenti dignissimo etc. etc. *In fronte primae columnae folii secundi recti* Incipiunt Aurei: Utiles: et non cōtemnendi tractatus Excellentissimorum in utraq3 censura docto4 v3. Dñi. Mathei de Mathasellanis de bononia: De successionib9 ab ītestato. Dñi Petri de vbaldis de perusia De Bñficio4 ꝑmutatione Dñi Cataldini de boncompagnis de visso. De translatione Sacri concilij Basilee ad Inclitam civitatem ferarie et de robore effectu importantiaq3 litterarū et capitulorum eiusdem etc. etc. *Deinde*: Tractatus excellentissimi Juris utriusq3 doctoris Domini Mathei de Mathasellanis successionum ab intestato. Utilis et necessarius. *Ad calcem*: Emendatissime et dilgentissime (sic) visa in regia ac excelsa civitate Bononie et impensis Ugonis rugerij et bñdicti ectoris libro4 mercatoris fidelis. Et industria non levi eiusdē Ugonis de rugerijs impressoris bononiensis fideliter īpssa. Anno a salute christiana. Mcccclxxxviiij. die xvílij. Februarij. *Adcedit* Registrum, *cui subnectitur Typographi signum alibi notatum.*
In folio..... VII. G. 24.

—— Incipiunt singularia dicta etiam notabilia collecta et notata in hoc brevi compendio per illustrem doctorem dominum Matheum Mattaselanum (sic) Bononiensem. *Is titulus occurrit in fronte primae columnae; ad calcem opusculi:* Expliciunt singularia dicta etiam notabilia illustris doctoris domini Mathei. Impressa venetijs per magistrum Andream Calabreñ dé Papia Anno salutis M. ccccIxxxviiij. die. xij. novembr. FINIS. In folio majori. *Extat cum* Ludovico Pontano. *Vide* Pontani..... VII. H. 21.

—— Alia editio. *Titulus in summitate primae columnae sic legitur*: Singularia dicta etiā notabilia collecta et notata in hoc brevi compēdio ꝑ illustrem doctorem doīnū Matheū Mattaselanum Bononiensem. *Opusculum absolvitur in postica pagina folii xvii. ad lineam xxxix. primae columnae, cum sequenti conclusione:* Expliciunt nōbilia (sic) illustris doctor9 domini Mathei Matteselani Bononiensis exemplata in proprio exēplari supradicti D. Mathei. DEO GRATIAS. AMEN.
In folio majori..... VII. G. 27.

Absque notis typographicis. Editionem hanc summae raritatis, et a paucis visam *Panzer Tom. III. pag. 484.* et *Hupsauer pag. 324.* tribuere satagunt *Vindelino de Spira*; quorum opinioni et nos libenter subscribimus, quum character, qui gallo-francus est, idem prorsus sit, quo laudatus Venetus Typographus utebatur. Bina columna visitur in unaquaque pagina, lineis 60. repleta. Margines, qui amplissimi sunt, vacui adparent: adeo ut in illis signaturas, custodes, et foliorum numeros quaerere prorsus vanum sit.

Matheoli Perusini. De memoria. *Praeit titulus sic inscriptus*: Tractatus Clarissimi Philosophi et medici Matheoli ꝑusini de Memoria. *Ad calcem haec leguntur:* Hec igitur sunt viri digni medicinalia que inter alia electissima pro servanda memoria et ita finem facio.
In 4.° *Vide* Opuscula varia..... XIII. A. 28.

Absque ulla nota typographica. Praesens editio, quae ob ejus raritatem non parvi facienda est, ex typis *Stephani Plannck* procul dubio prodiit: id enim perspicue docet characterum forma, quae

Digitized by Google

cum aliis editionibus ejusdem Typographi satis notis, et a nobis jam descriptis convenit. Character gallo-francus est, lineasque 33. implet in paginis. Plagulis quatuor absolvitur opusculum, cujus margines ab omni impressione custodum, et numerorum liberos relinquere voluit Typographus.

MATII CAII. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Epistolis ad familiares. *Vide* Ciceronis.

MATTHAEI S. Evangelistae. Liber de ortu B. M. V. *sive* de infantia Salvatoris a S. Hieronymo *latine versus. Extat inter* Tractatus, *et* Epistolas S. Hieronymi, *cum epistola hortatoria* Chromatii et Heliodori. *Vide* S. Hieronymi *editiones* Parmae 1480 = Venetiis 1488. *Ibidem* 1490.

De hoc opusculo fabuloso, cujus versio *S. Hieronymo* falso tribuitur, a *S. Gelasio Papa* improbato, plura apud *Jo. Lamium de Eruditione Apostolorum pag. 599.* post *Fabricium* in Apocryphis Novi Testamenti.

MATTESELLANIS MATTHAEI DE. *Vide* Mathasellani.

MATURANTII FRANCISCI. *Vide* Mataratii.

MAURITII DE PORTU-HIBERNIAE. *Vide* Portu-Hibernia.

MAUROCENI PAULI. De aeterna, et temporali Christi generatione. *In fronte primae paginae occurrit titulus, sic excusus:*

PAULI MAVROCENI OPUS DE
AETERNA TEMPORALIQ VE (sic)
CHRISTI GENERATIONE IN
JUDAICAE IMPROBATIONEm
PERFIDIAE CHRISTIANAE
QUE RELIGIONIS GLORIAM
DIVINIS ENUN'TIATIONIBUS
COMPROBATA AD PAULUM
PONTIFICEM MAXIMUM IN
CIPIT

Sequitur immediate Epistola, quae incipit: Quo affectus sim gaudio B. P. etc. etc. *Terminatur in folio tertio, ad lineam* VII., *et in sequenti linea* VIII. *incipit opus, quod terminatur ad calcem primae paginae folii* LXXVIII. *hac conclusione.* FINIS. Patavii iiii. Kl^s. Maias M. cccc. lxxiii.

Summa colūna dei fidei firmata potētis:
In loquor hebreos perfidiasque suas.
Christicolae veneto grates hoc reddite paulo
Et patavo qui nunc nobile pressit opus.

Digitized by Google

Bartholomaeus Campanus Ponticurvanus

In 4.° minori . . . . . XIII. D. 49.

Ex relatione *cl. Jo. Bernardi de Rossi* discimus extare exemplar eiusmodi editionis *Romae in Angelica Bibliotheca*, in qua habetur sequens versus: *In obstinatam Hebraeorum perfidiamque suam.* Et deinde legitur: *Bartholomaeus Patavus Martinus de septem arboribus prutenus.* Editio haec inter cimelia Bibliothecarum recensenda, ob ejus raritatem, et venustatem. Charta enim densa admodum, et albedine satis commendabilis: character conspicuus pinguis formae, in quavis pagina intervallis consuetis destituta, lineas adimplet 24. Signaturae, custodes, numerique plagularum desunt necnon initiales, quae omissae fuere. Exemplar nitidissimum, ceu recens e prelo.

Maximi S. Epistola ad S. Cyprianum, una cum Urbano, Sidonio, et Macario Scripta. *Extat inter Epistolas* S. Cypriani. *Vide* Cypriani.

Maximi Pacifici. Hecatelegium, *sive* Elegiae nonnullae jocosae et festivae, laudes summorum virorum, urbium, et locorum, invectivae in quosdam; laudes patriae Aesculanae, et alia quaedam iucunda et docta. *In primo folio averso impressa adparet dedicatoria brevis Epistola* R.mo D. FRANCISCO SODERINO EPISCOPO VOLATERRANO. S. N. P. Ref. *cui subscribitur:* Pacificus. M. P. A. *In secundo folio recto occurrit opus cum titulo:*

PACIFICI MAXIMI POETAE
ASCULANI HECATELEGII
LIBER PRIMUS

In fine operis haec notata sunt:

FINIS
PACIFICUS

Hecatelegium superorum gratia hoc decimo cō
sumatur. Etiam satis superq3 lusit libellus.
At si quid in hoc aliis ue in legem
dei est: non teneo. Sancta ma
ria miserere mei.
Impressum Florentiae Anno gratiae
M. CCCCLXXXIX. Idibus novēb.
per Antonium Mischominum.

In ultima pagina adest REGISTRUM.

In 4.° minori . . . . . XII. B. 9.

Editio originalis valde rara, et a Bibliographis summopere optata. *Audiffredus* in *Specim. Historico-Critico Edit. Italic. Saec. xv. pag. 313.* fatetur se nunquam eam vidisse, et ex *Bibliographia Instruct. Deburii* ipse eam descripsit. In citato *Debuiri* opere *Belles lettres, Tom. 1. pag. 407. n. 2878.* de praesenti editione haec annotantur: *Cette édition est fort recherchée des Curieux, et les exemplaires en sont rares. On y remarque un passage très singulier au sujet de la maladie que l' on gagne avec les femmes de mauvaise vie . . . . . Nous ne pouvons donner aucune description,* quia ipse pariter nunquam eam vidit.

Digitized by Google

—— Carmen, *cui praecedit inscriptio*: PACIFICUS Maximus Poeta Asculanus Joanni fatali Salvalio. *Ad calcem libelli haec tantummodo notantur verba:* Finis. Pacificus maximus Asculanus. *Extat compactus cum praecedenti.*
In 4.° minori ..... XII. B. 9.

Sine typographica nota. Foliis sex constat opusculum absque numeratione, et custodibus, sed cum signatura notis romanis minoribus sociata. Perelegans rotundus character 28. versus in paginis implet.

—— Oratio habita in senatu lucensi. *Praeit titulus:* Oratio Pacifici Maximi Asculani habita ī senatu lucensi In vexillorum assignatione. *Ad calcem post verbum* Finis, *extat* Pacifici Maximi. As. carmē Oratiōi subiūctū.

Vaticinor. totū spirāt mea pectora phaebū.
Et sunt diuini quae cano uerba dei.
Ite triumphales animo data signo sereno
Sumite per nullos interitura dies.
Ut sua iura dedit bissenis iuppiter astris
Sic haec bissenis dat sua luca uiris.
Aeterno imperio coelum stellaeq3 reguntur:
Cum coelo et stellis lucaq3 semper erit.
Si coelum: si terra cadet: tamen ipsa manebit.
Non ullo imperii tempore finis erit.
Finis

In 4.° *Extat cum praecedenti*..... XIII. B. 9.

Foliis quatuor constat haec oratio, et cum praecedenti opusculo omnino convenit; imo cum primo etiam, quod *Hecatelegium* inscribitur: iisdemque characteribus impressa sunt; ac proinde non secus ac *Hecatelegium*, editiones Florentinae videntur.

—— Mayno Jasonis de. Commentaria in primam partem Infortiati. *In prima folii pagina legitur majusculis typis:* Jasonis de Mayno mediolanēsis in primā Infort. partē egregia cōmentaria noviter acta diligētissime cū multis eiusdē auctoris que in aliis exēplaribus cōmuniter non reperiuntur. additamentis ad communem studentiū vtilitatem solerti cura accumulatis et locis suis oportune (sic) insertis. *Aversa pagina vacua est, opusque incipit in secundo folio recto, cujus titulus in summitate primae columnae sic extat:* Magnifici et excellentissimi Jurecōsulti. Cesarei ducalisq3 Senatoris. D. Jasonis de Mayno Mediolanēsis. In primam Infortiati partem Commentaria elegantissima cum optimis et q3 plurimis additionibus, que in alia impressione minime habent' que infra designate sunt et posite extra terminum columnarum. Adhibita et multorum errorum diligenti emendatione feliciter incipit. = Soluto matrimonio, quēadmodū Dos petatur. Rubri. *Opus absolvitur cum hac nota typographica:* Impressū. Venetiis per Benardinum staginū (sic) de Tridino de Monteferato. M. ccccc. die xix. Octobris. *Sequuntur Registrum, et Typographi signum alibi notatum.* In

Digitized by Google

folio maximo. . . . . VII. C. 9.

—— Exemplar alterum. . . . . VII. D. 23.

—— Commentaria in secundam partem Infortiati. *In primo folio recto legitur majusculis litteris gallo-francis* : Excellentissimi iuris vtriusq3 doctoris domini Jasonis de Mayno lectura insignis super secunda parte Infortiati : Cum apostillis novissime impressa. et per ipsum dñm Jasonem diligentissime reuisa. Cum privilegio. *In secundo folio recto opus titulum habet in prima columna, sic excusum* : Magnifici ac excellentissimi Iurisconsulti Cesarei ducalisq3 senatoris. do. Jasonis de Mayno scripta in scdām Infortiati partem. Papie anno. M. ccccxcij. quo anno ad Alexandrū sextum pontificem maximum legationis munere pro Illuſtrissimo duce Mediolani honorificentissime functus est. et anteq3 ī legationē proficiscerē cepit legere. l. que de legato. Postea a legatione reversus prosecutus est in. l. si mihi et tibi. ubi eius substitutus punctum fecerat. *Huic titulo subnectitur* Ejusdem auctoris prefatiuncula, *qua absoluta, opus ipsum inchoatur ; quod terminatur hac conclusione* : Expliciūt admirāda cōmētaria in scdm̄ partē Infortiati Excellētissimi vtriusq3 cēsure doctoris dñi Jasonis de mayno Mediolanēsis. novissima castigatōe expolita. Impressum venetiis per Bernardinū stagninū de Tridino de Mōteferato. die. xv. mensis septēbris. i5oo. *Sequitur* Registrum.

In folio maximo. . . . . VII. C. 9.

—— Exemplar alterum . . . . . VII. D. 23.

—— Commentaria in primam partem Digesti veteris. *In aversa pagina folii primi extat Index rerum, quae* In isto volumine otinentur. *In folio secundo recto occurrit Praefatio, cujus inscriptio in fronte primae columnae, rubro charactere excusa, sic legitur* : Ad Illustrissimum prīcipem Ludovicum sfortiam Vicecomitem Barri ducem. Jasonis de Mayno iuris utriusq3 doctoris in cōmentaria iuris civilis praefatio, *quae desinit in aversa pagina ad lineam XVII. Huic subnectitur alia praefatio, cum titulo pariter rubris characteribus sic impresso* : Jasonis de Mayno Mediolanēsis. vtriusq3 cēsure doctoris prefaciuncula ad scholasticos Padue habita in prima lectiōe prime ꝑtis ff. veteris. xxvi. Octobris. M. cccclxxxvij. *In secunda columna ejusdem secundi folii incipit opus* de iustitia et iure. *Pro coronide voluminis haec verba impressa sunt* : Expliciunt commentaria in primam partem. ff. veteris excellentissimi vtriusq3 cēsure doctoris domini Jasonis de Mayno Mediolanēsis. composita p̄ magna parte Padue et in parte papie. Impressa papie ꝑ d. Johānēantonium de bonate. Et finis fuit īposit⁹ die xxiiij marcij. Anno salutis dominice. M. cccclxxxxij. Sit laus et honor et gratia4 actio deo optīo maximo. et eius gloriosissime Virgini Marie. Amen. *In sequenti pagina occurrit* registrum hujus operis.

In folio maximo. . . . . VII. D. 22.

—— Commentaria in secundam partem digesti veteris. *In primo folio recto leguntur sequentia verba* : Jasonis de Mayno mediolanensis oratoris celeberrimi. In secundam digesti veteris partem egregia cōmentaria cum multis additionibus et postillis. que in alia impressione minime reperiuntur locis suis oportune insertis. Cum privilegio. *In aversa pagina extat Nuncupatoria Epistola* Nicolai

Digitized by Google

Superantii, *qui editionem curavit, eique adposuit hunc titulum:* Nicolaus superantius patricius Venetus eques hierosolimitanus iuris. V. doctor Nicholao Michaeli excellentissimo legum canonūq3 censori equiti clarissimo Patricio Veneto amplissimo divi Marci procuratori integerrimo salutē. *Opus incipit in secundo folio recto praevia* Prefaciūcula ad scholasticos, *quae hanc inscriptionem habet:* Excellentissimi Juriscōsulti. Cesarei ac ducalis senatoris dñi Jasonis de Mayno Mediolanensis cōmentaria in secundam partem. ff. veteris in Patavino gymnasio et Ticinensi academia elucubrata. *Ad calcem voluminis haec Typographus verba excudit:* Cōmentaria in secundā partem. ff. veteris dñi Jasonis Mayni iurisconsultissimi ac Cesarei regis franc. et ducalis senatoris. Impressa Venetiis per Bernardinū stagninū de Tridino de Monteferrato. cū summa diligentia. M. ccccj. die tertiodecimo mēsis Aprilis. *Huic subnecluntur* Registrum, *et Typographi signum, alibi notatum.*

In folio maximo..... VII. D. 11.

—— Commentaria in primam codicis partem. *Majusculis typis gallo-francis extat titulus excusus in primo folio recto, hoc pacto:* Excellentissimi Juris vtriusq3 doctoris domini Jasonis de mayno lectura insignis super prima parte codicis: Novissime impressa: et per ipsum dominum Jasonem diligentissime Revisa *In postica pagina ejusdem folii habetur Auctoris Nuncupatoria cum inscriptione:* Ad illustrissimum Principem Ludovicum Sfortiam Vicecomitem. Barriducem. Jasonis de Mayno iurisutriusq3 doctoris in commentaria iuris civilis prefatio. *Hanc excipit in eadem columna* Jasonis de Mayno Mediolanēsis: vtriusq3 censure doctoris prefaciuncula ad scholasticos et eius auditores padue habita in p̄ma lectione p̄me partis Codicis. xix. Octobris M. ccccLxxxvi. *quae terminatur in secunda columna, cui immediate subnecluntur, quae* In isto volumine infrascripta continentur. *Ad horum calcem legitur:* Cum privilegio nequis audeat hoc opus īprimere citra decem annos: sub pena in eo contenta. *Opus incipit in secundo folio recto, quo absoluto legitur:* Emendata ite4 cū pluribus novis additiōibus p manū mei Josonis (sic) de may. Mediola. iuris vtriusq3 doc. fine correctionis īposito die. xv. martij. M. CCCCLXXXI. I. felicissima Ticinensi academia cetera4 oīum florentissima. *Adcedunt Carmina in laudem Auctoris, deinde incipit* Summula quedā quam vulgo tabulā appellāt ad facile inveniendum quascūq3 q̄ones etc. etc. *Haec concluditur verbis,* Laus omnipotenti Deo. *Sequuntur deinde* Preludia feudorum, *quibus absolutis, typographica nota legitur hoc pacto excusa:* Expliciunt cōmentaria in primam partem Codicis excellentissimi vtriusq3 censure doctoris domini Jasonis de Mayno mediolanensis: composita pro magna parte Padue: et in parte Papie. Impressa venetiis per Bernardinum Benalium: et omni diligentia exactissime correcta. M. CCCCLXXXXLVIII. (*quam Chronologicam notam Denisius pag. 449., et Panzer et Tom. III. pag. 432 legunt;* M. ccccLxxxxvIII.) Die. i. Madii. *Sequitur* Registrum hujus operis.

In folio majori..... VII. C. 21.

—— Alia editio. *In folio primo recto leguntur verba majusculis litteris Impressa:* Excellentissimi Juris vtriusq3 doctoris domini Jasonis de mayno le-

Digitized by Google

ctura insignis super prima parte Codicis : Cum apostilis Novissime impressa : et per ipsum dñm Jasonem diligentissime revisa. Cum privilegio. *In aversa pagina habentur Nuncupatoria, ac cetera in praecedenti editione notata. Opus incipit in secundo folio recto, quo absoluto adcedit typographica nota :* Expliciunt cōmentaria in primā partem Codicis excellentissimi vtriusq3 cēsure doctoris domini Jasonis de Mayno mediolanēsis : cōposita ꝑ magna ꝑte padue et in ꝑte Papie. Impressa venetiis per Bernardinū stagninū de Tridino de Monteferrato : et omni diligentia exactissime correcta et reuisa. Anno saluti (sic). M. cccclxxxxix. die. viij. novembris. *Subnexum est* Registrum, *et in sequenti pagiña incipit* Summula quedā quā vulgo tabulā appellāt ad facile inveniendum quascūq3 qōnes positas in presenti. etc. etc. *quae tabula XI occupat paginas et in fine leguntur verba* Laus omnipotenti Deo ; *deinde visitur Typographi signum.*

In folio majori ..... VII. D. 12.

—— Commentaria in secundam Codicis partem. *Primum folium deficit in nostro exemplari, et in secundo folio recto occurrit Nuncupatoria inscripta* Ad illustrissimum et sapientissimum principem Ludovicum Sfortiā vicecomitem. Barrij ducem : Jasonis de Mayno iurisconsulti ac ducalis senatoris : in commentaria iuris civilis prefatio. *Desinit in prima columna aversae paginae. In altera columna occurrit* Prefaciuncula ad scholasticos, *et in sequenti folio opus inchoatur a* Rubrica de Servis fugitivis. *Ad calcem voluminis typographica nota habetur sic:* Expliciunt cōmentaria in sc̄dam partem Codicis. Excellentissimi vtriusq3 censure doctoris domini Jasonis de Mayno Mediolanensis composita partim Papie et partim Pisis. Impressa vero Venetijs per Bernardinum Benalium. Finis fuit impositus die vltimo mensis aprilis. M. cccclxxxxvi. Sit laus et honor et gratiarū actio deo optimo maximo : et ejus gloriosissime virgini Marie. Amen. *Registrum tandem adcedit.*

In folio majori ..... VII. D. 24.

—— Oratio, *cujus titulus in fronte primae paginae est hujusmodi :*

JASONIS MAYNI MEDIOLA.
nensis Jurisconsulti amplissimi, et Oratoris Illustrissimi Mediolanensiū Principis, Oratio habita coram Alexandro Sexto Pōtifice MAXIMO.

In aversa pagina Oratio *incipit sub inscriptione :* JASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS Juriscōsulti, ducalis Senatoris ac Legati pro inclytissimo Mediolanensium Principe et sapientissimo eius patruo duce Barri. Oratio habita apud Alexandrum Sextum Pont. Maximum. *Ad calcem legitur tantummodo :* DIXI.

In 4.°. ..... XIII. A. 51.

Digitized by Google

Sine notis typographicis. Character elegans, et rotundus huiusmodi editionis lineas 32 implet in paginis. Foliorum numeri desiderantur; custodes, et signaturae suo loco visuntur. Foliis IX. totum absolvitur opusculum. Utrum praesens editio sit ab *Audiffredo* notata *pag. 312.* et charactere *Stephani Tegliatii* impressa nec ne, haud pro certo definire valeo; eo vel magis, quod illa ab ipso memorata constat foliis X. et haec nostra IX. tantum. Insuper praesens *Oratio* extat excusa, et compacta cum oratione *Angeli Politiani pro oratoribus Senensium ad* eumdem *Alexandrum VI.* suo loco recensenda, quae neque ab ipso diligentissimo Auctore, neque ab aliquo alio memoratur; proindeque haec nostra diversa est.

MAYRONIS FRANCISCI DE. Scriptum in primum librum Sententiarum. *Folium primum vacuum est, et opus incipit in secundo recto absque ullo titulo: In fine operis legitur:* Fratris Frācisci Maronis. (sic) ordinis mino4 sacra4 littera4 ītērp'tis. theologiceq3 veritatis p'fessoris eximii. sup' p'mum snīa4 scriptum finit. Anno salutis nr'e M.° cccc. Lxxyi.° p' magist4 Michaelem Māzolo de Parma trivisie feliciter impressum. Deo gratias. *Adcedit* Tabula questionum libri ejusdem, *qua absoluta legitur:* Deo gr'as Laus honorq3 potestas imp'ium in secula seculo4.

In folio minori ..... III. G. 18.

Eximiae raritatis editio, quam plurimis Bibliographis ignotam dicit *Cl. Affo.* Pagina quaelibet constat duabus columnis gallo-franci characteris, qui lineas 48. complectitur in unaquaque integra. Signaturarum series perficitur litteris, arabicisque notis: custodes extant in extremis paginis duorum fasciculorum principum, haud vero alibi; numeri foliorum, et litterae initiales plane desunt.

—— Exemplar alterum ..... III. G. 19.

—— Exemplar tertium ..... III. G. 20.

—— Exemplar quartum ..... IV. E. 19.

—— Quadragesimale. *Titulus operis ita exprimitur in prima pagina:* Quadragesimale doctoris illuminati Francisci de Mayronis. *In secundo folio recto* Incipiunt sermones aurei doctoris illuminati Francisci de Mayronis ordinis minorum ab adventu cum quadragesimali usq3 ad quartam feriam post pascha. *In fine notatur:* Et in hoc sermone primū volumen de tempore finitur et explicit. *Typographus hanc notitiam subjunxit:* Francisci mayronis aurei doctoris illuminati sermones expliciunt. Venetiis diligentissime ac summo studio impressi per Bernardinum de Novaria. Anno ab incarnatōe dñi Mcccclxxxxj. die vero. xx. mensis Januarij. *Registrum adcedit, et* post *tres vacuas paginas Tabula alphabetica cum titulo, quae tres postremos fasciculos complectitur, eaque absoluta legitur:* Explicit tabula super primo volumine sermonum de tempore ab adventu usq3 ad feriam quartam ī paschalibus doctoris illuminati magistri francisci de Mayrone de ordine minorum. Et sunt sermones numero. 92.

In 4.° parvo..... ..... II. A. 21.

—— Exemplar alterum ..... II. C. 25.

—— Sermones de Laudibus sancto4 et dominicales per totum annum cū aliquibus tractatibus vtilimis pro predicādi officio p̄clarissimi sacre theologie doctoris illūinati magistri Francisci de Mayrōis ordinis mino4 feliciter incipiunt. *Is titulus rubro colore impressus occurrit in principio primae columnae folii primi recti. Praecedit* Tabula oīū Sermonū de laudibus sancto4. et tractatuū contento4 ī hoc volumine, *quae IX. occupat folia. Ad calcem operis*

Digitized by Google

typographica nota hoc pacto habetur : Explicit preclarissimū opus de Laudibus sancto4 vtilissimū cū nōnullis tractatibus. Editū a Clarissimo Sacre theologie doctore illuminato magistro Francisco de Mayronis ex divo minorum ordine. Impressum Venetiis per Pelegrinum de Pasqualibus Bononieñ. Anno dñi i. 4. 93. die vero. xj. Februarij in die carnis privij. *Sequantur* Registrum, *et Typographi signum alibi memoratum.*

In 4.° parvo ..... 11. C. 31.

—— Passus super universalia, et praedicamenta Aristotelis. *Praeit Auctoris* Prologus *sub titulo :* Doctoris illuminati Francisci de Mayrōis passus sup⁹ universalia : et p⁹dicamenta Aristotelis feliciter incipiunt. *In fine sequentia verba expressa sunt :* Explicit opus Aureum editum a reverēdissimo Mgr⁹o doctoreq3 eximio fratre Francisco de oppido de Maronis ordinis mino4 : qui ī urbe Placentina morte p⁹ventus ip⁹m inopletū reliquit : Quod p⁹ magr⁹m Joh⁹em schriber de Annūciata Bonoīe āno dñi. M. cccclxxviiij. die prima Aprilis imp⁹ssum est.

In 4.° parvo ..... VII. B. 47.

—— Alia editio. *Titulus uti in praecedenti editione. Ad calcem :* Expliciunt Passus Francisci de Mayronis Feliciter. *Adcedunt* Summulae logicae Petri Hispani, *cum expositione* Nicolai de Orbellis; Quaestiones de tribus principiis Antonii Andreae; Formalitates Boneti; Formalitates Antonii Sirecti; *ac tandem* Fallaciae et tractatus de ente et essentia S. Thomae Aquinatis : *Integro opere absoluto Excusoris industria haec notata occurrunt :* In hoc volumine habes summulam Nicolai de orbellis una cum textu Petri hispani : deinde passus frācisci mayronis : et tria principia Antonij andrce et formalitates Boneti et Scoti : nec non fallacias sancti Thome ac tractatum de ente et essentia. et impressum Venetijs per Bernardinum de choris de Cremona et Simonē de luero. die 7.° mensis novēbris. 1489. *Adcedit* Registrum.

In folio ..... VIII. E. 45.

—— Exemplar alterum ..... VIII. E. 28.

—— Incipit expositio Illuminati doctoris Francisci de Mayronis super octo libros Phi. A⁹isto. *Is titulus occurrit in principio primae columnae folii primi recti. Ad calcem :* Explicit expositio Illuminati Doctoris Magistri Francisci de maironis ordinis minorum super octo libros Phisi. Ari. emendata et correpta per Reverendum magistrum Petrum Melfictensem eiusdem ordinis sacre theo. Doctorem eximium tempore sue lecture in alma vniversitate ferariensi. FINIS. *Sub eadem signaturarum serie, I.* Incipit for. sm̄ doctrinā Frāc. mai. *ad cujus calcem:* Et sic finitur tractatus formalitatum secundum doctrinam doctoris subtilis Scoti et Francisci d⁹ Mayronis ordinis mino4. *II.* Incipit tractatus primi principij complexi secundum doctrinam Magistri Francisci de Mayronis ordinis minorum. *In fine :* Et sic finis brevis tractatus primi principij ɔplexi sm̄ doctrinam francisci de Mayronis. Finis. *III.* Declaratiōes quorūdam tīo4 (*idest terminorum*) theologalium sm̄ doctrinam illuminati doctoris hic incipiunt. *Terminatur :* et sic est finis huius brevis tractatus. *Deinde :* In hoc volumine continentur Tria Andree principia ordinis minorum. Expositio Francisci maironis super octo Physico4 aristotelis libros. Ejusdem Francisci formalitatum tractatus. Eiusdem tractatus

Digitized by Google

de principio complexo. Tractatus de terminis theologicis. Correpta per venerabilem Magistrum Petrum malfetam ordinis minorum sacre theologie doctorem. *Sequitur sub eodem signaturarum ordine*, Tractatus de ente et essentia sancti Thome de aqnō. *Typographica nota habetur in summitate ultimi folii recti, hisce verbis contenta :* Impressum in inclita Civitate Ferrarie regnante Hercule duce secundo per Magistrum Laurentium de rubris de valentia Anno domini. M. cccc. lxxxx. v. Idus Madij. *Huic subnexum est* Registrum cartarum, *et post verbum FINIS, visitur Typographi signum, de quo* Orlandius *n.° 35. In postica pagina ejusdem ultimi folii habetur Index eorum, quae* In hoc volumine continentur.

Tria principia Antonij Andreae ordinis minorum.
Expositio Franc. mayronis ordinis minorum sup octo lib. phisico4
Formalitates eiusdem Francisci Mayronis.
Tractatus eiusdem de principio complexo.
Tractatus eiusdem de terminis theologicis.
Tractatus de ente et essentia secundum Thomam.

In 4.° minori. ..... VIII. B. 48.

Mazzae Clementis. Vita S. Zenobii Episcopi Florentini, *Italice. Latina inscriptio primum legitur in fronte folii primi recti :* Clemens mazze plebanus atq3 theologus fratri in xp'o optimo Philippo Zenobii de Girolamis Civi generoso florentino : de vita sanctissimi viri Zenobii episcopi florentini et eiusdem Philippi stipitis ac consortis. Anno domini. M. ccccIxxv. *Huic adcedit titulus italicus Praefationis, scilicet :* Prefatione o vero proemio che fa decto maestro Chimento (sic) adecto Philippo del presente libro et scusa di sua insufficientia. Cap. i. *Ad calcem post verbum*, Finit, *nihil aliud legitur, nisi* Impresso in Firenze a di 8. di dicembre 1487.

In 4.° parvo ..... XIX. F. 12.

Digitized by Google

ME

Media Villa Richardi de. Ordinis minorum. Scriptum super quarto Sententiarum. *Praecedit Tabula alphabetica, xxi. foliis contenta, cujus initium:* In nomīe iesu christi gl⁹ioseq3 v̄ginis almiflue matris ei⁹. Incipit tabula sm ordinem alphabeti edita etc. etc. *ad ejus finem habetur chartarum* Registrum. *In folio xxii.* Incipit scriptum super quarto sententia4 editum a fratre Ricardo de media villa ordinis minorum doctore preclarissimo. *Ad calcem operis legitur primum*, Finis, *deinde:*

Sacra refert celebris Ricardi dogmata codex
Quem genuit media villa decora virum.

Notitia typographica habetur hoc pacto: Explicit scriptum sup 4.° sententia4: editum a fre Ricardo de media villa: ordinis fratrum minorū doctore excellētissimo: per Reverñ. sacre theologie bachalarium fratrem franciscum gregorij eiusdem ordinis maxima cū diligentia emēdatum. Cui finē imposuit Dionysius bononiensis in florentissima civitate venetorum. Anno dñi Millesimo. cccc.° octogesimo nono. die decima novembris.

In folio ..... IV. H. 15.

—— Exemplar alterum ..... V. E. 10.

—— Alia editio. *In primo folio incipit Tabula absque titulo, et xxiii. plagulas complectitur: ad calcem hujus legitur:* Expliciūt tituli questionū quartī libri super sñias editī a magr⁹o Ricardo de Mediavilla ordinis fratrum minorum. *Opus incipit folio xxv. recto, sine ulla inscriptione. Ad operis calcem post breve Auctoris Monitum, quo se paratum dicit ad retractandum, si quid minus recte scripsisset, notatur* Finis; *deinde hoc tetrastichon occurrit:*

Sac̄ r̄fert celebris Ricardi dogmata codex
Quē genuit media villa decora virū
Talibus hūc veniēs arnolda ab origīe fixit
Christoforus veneta clarus ī urbe notis.

In folio ..... IV. G. 1.

Sine chronologica nota. Chartae praestantissimae inhaeret gallo-francus nitidus character, qui lineas 54. implet in quavis columna. Signaturae, custodes, et foliorum numeri desiderantur. Totum opus constat foliis 278. Princeps operis littera variis coloribus eleganter illita est, reliquae initiales colore tantum rubro pictae adparent.

—— Exemplar alterum. ..... IV. G. 2.

—— Exemplar tertium ..... IV. H. 15.

—— Alia editio. *Prima pagina vacua est, in secunda extat chartarum Registrum. In secundo folio recto* Incipit tabula excellentissimi doctoris Richardi

Digitized by Google

de media villa super quarto sētentiarum secundum ordinem distinctionum hujus libri etc. etc. *Tres fasciculos complectitur, et in fine eadem verba expressa refert, quae in praecedenti editione notavimus. Operi* (*cui nullus imminet titulus, aut inscriptio*) *integre absoluto, inter Auctoris monitum, et tetrastichon, ut in laudata praecedenti editione*, Finis *legitur.*

In folio..... IV. G. 3.

Sine nota chronologica. Haec editio praecedenti est persimilis quoad characterum formas, in ceteris vero haud parum ab illa differt. Columnae integrae 50. complectuntur lineas, quarum primae Sectionum majusculis typis sunt expressae. Signaturae adparent litteris, arabicisque notis expressae. In praecedenti editione folium 114. primam faciem, et folium 143 secundam tantum excusas habent, adeo ut textus mancus sit, ut ex collatione cum illa, quam primo loco notavimus comperi. Hujusmodi impressionis defectus in foliis 114. et 143. minime in praesenti editione occurrit. *P. Laire* in *Catalogo* edito anno 1791. *P. I. pag. 154.* hanc editionem refert, ut ex signaturis, et registro ab eodem indicatis adparet; iis namque illa destituitur, quam supra descripsimus, quamque fortasse, ut et ceteri alii Bibliographi, ipse ignoravit. *Morellius* in *Tom. I. pag. 142. Bibl. Pinellianae*, opus hoc breviter indicavit; utrum vero primam, an secundam editionem viderit, definire non possumus. Certum quidem est, quod *Christophorus Arnoldus*, qui hoc opus bis excudit, artem impressoriam exercuit ab anno 1472. ad 1478. *Venetiis*, adeoque intra hos temporis fines, utraque editio concludenda videtur. Illuminatoris industria, princeps littera, auro, variisque coloribus decorata adparet: ceterae initiales rubro, vel caeruleo colore suppletae sant in spatiis a Typographo relictis.

—— Exemplar alterum..... IV. G. 4.

Medicis Laurentii. Epistolae IV. ad Marsilium Ficinum. *Extant cum* Ficini epistolis. *Vide* Ficini.

—— *Ejusdem* Epistola ad Angelum Politianum. *Extat in* lib. x. Epistolarum Politiani. *Vide* Politiani.

Mediolanensis Michaelis. *Vide* Carchano Michaelis de.

Meditationes in Passionem D. N. J. Christi. *In fronte primae columnae folii primi recti* Incipit prohemium in meditationibus passionis dñi nri iesu xp̄i ubi miles devotus hortatur ad ipsius dñi iesu amorem et bñficia continue recolenda p̄cipueq3 ad meditañ ipsius sacratissimam passionem. *Absoluto Prooemio in prima columna folii tertii aversi, immediate* Incipiunt devotissime meditationes super sacratissimam passionem dñi nostri iesu xp̄i etc. etc., *quae terminantur in secunda columna folii lx. aversi ad lineam xxii. verbis*: Deo gratias amen.

In 8.°..... 1. B. 36.

Absque notis typographicis. Integrum opusculum constat foliis lx. estque in duabus columnis charactere semi-gallo-franco minusculo, ac pereleganti impressum. Charta est firma, alba, sed minus polita, et singulae columnae integrae 35. complectuntur lineas. Signaturae in inferiori parte plagularum visuntur litteris, arabicisque numeris instructae; haud vero custodes, et foliorum numeri. Pro interpunctionis signo solum conspicitur punctum: abbreviationes ubique frequenter occurrunt: initiales litterae ligno incisae observantur. Quod ad impressionis tempus, locum, et typographum attinet hujusmodi editionis, tantis sunt omnia circumfusa tenebris, ut nihil certi statuerint Eru-

Digitized by Google

diriss. viri *Morellus* in *Catal. Bibl. Pinell. Tom. I. pag. 412. Denisius pag. 61* et *Panzer Tom. IV. pag. 160.* qui eam memorarunt. Quisnam vero meditationum istarum sit auctor, multùm disceptare haud valeo. *Zapfius* has adjudicavit *Thomae de Kempis*, eas confundens cum libris *de imitatione Christi*; sed errorem suum in *Bibl. suae memorabil. pag. 337.* diluere studuit. Verum nec *Fabricius* in *Bibl. Eccl.* nec *Cavei* historiae Ecclesiasticae scriptorum Continuator, nec *Oudinus*, nec alius harum meditationum Auctoris mentionem faciunt.

MEDITAZIONI sopra la passione del nostro Signore, *Italice. Praecedit titulus:* Incominciano le devote meditazione (sic) sopra la passione del nostro Signore cavate et fundate originalmente sopra sancto Bonavētura cardinale del ordine minore: sopra Nicolao de Lyra: etiamdio sopra altri doctori et predicatori approbati. *Absoluto opere, legitur* FINIS; *deinde reperiuntur sequentes versus rhythmici, quibus volumen terminatur:*

Se alcuna pieta o lector ti moue
Di meditar la morte de colui.
Che rege tutto luniverso et moue
Contempla quivi et vederai sel fui
Un gran delicto el manducar dil legno
Che fecen li principi parenti ambedui
Non per mangiar. ma trapassando il segno,
Et vederai che mai nessuna fui
Pena magiore che trapassasse il segno
Ne prima ne poi che li chiavasse il legno.

In 8.° ..... 11. D. 19.

Sine notis typographicis. Character, rotundus quidem, sed rudis valde, in paginis plenis lineas 34. complectitur: charta est firma, et alba, sed minus polita, et levigata. Custodes, et foliorum numeratio desunt; signaturae visuntur serie litterarum, arabicisque numeris. Initialium pars minoribus litteris exprimitur, pars vero deest. Totum opusculum constat 39. foliis, quod utique memorant *Rossi pag. 52* et *Panzer Tom. 4, pag. 160.*

MEFFRET. Sermones de tempore, et de Sanctis, *inscripti:* Hortulus reginae. *In fronte primae paginae primi voluminis, legitur:* Sermones Meffreth. alˢ Hortulus regine de tempore Pars hiemalis, *In secundo folio* Incipit pars hyemalis Sermonū Meffreth. alˢ Hortulus regine: Prologus, *qui in prima folii primi aversi columna terminatur. In prima pagina voluminis secundi sequentia habentur:* Pars Estivalis Sermonum Meffreth. alˢ Hortulus regine. *Isti nullus prologus est praefixus. Laudata verba, quae duobus voluminibus praecedentibus extant in principio, leguntur etiam in prima pagina voluminis tertii, scilicet* Sermones Meffreth alˢ hortulus regine de Sanctis; *et in fronte primae columnae folii secundi* Prologˢ de Sanctis in Sermones Meffret. alˢ Hortulus regine Incipit feliciter. *In fine sermonum istorum haec leguntur:* Opus sermonū triptitum. Partis videlicet hyemalis estivalis et de Sanctis. Hortulus regine vel Meffret inscriptum. variis sacre pagine documentis comptissime fulcitum. Cuilibet in christi plebe salutifere fructificare volenti perutile. Expensis spectabilis viri

Digitized by Google

Anthonij Kobergers Nurenbergeñ. incole atq3 concivis cura ꝑvigili emendatū. Medullitus etiam perspectum. sollerterq3 his ereis lr̄is effigiatū et fine q̄3 salubri cōpletū. Salutis anno Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. xxiiij. Augusti. *Sequitur in aversa pagina Hymnus* de Santo Sebaldo, *sub inscriptione:* Deo optimo maximo et divo Sebaldo Patrono : ꝑ felicitate vrbis Norice : per Cōradum Celten : et Sebaldum clamosum : eius sacre sedis Curatorem : pie et devote et religiose positum. *Cuilibet volumini est* Alphabetica Tabula *materiarum adjecta, et ad calcem tabulae tertii voluminis carmen legitur super* Hortulum reginae, *cujus duo ultima disticha sequentis sunt tenoris :*

Plurima quid referam dictu memorabile si quid
Precepere patres. hortulus iste dabit.
At libri nomen lector si forte requiris
Regine Meffret hortulus. ipse Vale.

Sequitur alia Tabula de festivitatibus, *ordine chronologico disposita, qua absoluta, legitur :* Finit Tabula feliciter.

In folio Tom. 3. ..... III. F. 8. 10.

—— Alia editio *tertiae partis tantum. Deest in nostro exemplari primum folium, et opus incipit in secundo recto, a titulo :* Prologus de Sanctis in Sermones Meffret. alꝰs Ortuli regine Incipit feliciter. *Opus terminatur in folio cxxi. recto, cum conclusione :* Opus Sermonum triptitum : partis videlicet hyemalis : estivalis et de sanctis. Hortulus regine vlᵉ Meffret inscriptum : varijs sacre pagine documentis comptissime fulcitum. Cuilibet in xp̄i ꝑlebe salutifere fructificare volenti perutile. Expensis spectabilis viri Athonij kobergers Nurenbergeñ. incole atq3 concivis cura ꝑ vigili emendatū : medullitus etiā perspectū : sollerterq3 his ereis lr̄is effigiatū. et fine q̄3 salubri completū. Salutis anno. Millesimo quadringentesimooctuagesimoseptimo. xvj. klꝰs marcij. *Aversa pagina, quae continet, ut in praecedenti editione,* Hymnum de Sancto Sebaldo, *hic vacua est. Sequitur* Tabula Alphabetica *trium foliorum, et ad ejus calcem leguntur versus, quos in praecedenti notavimus: deest tamen in hac editione* Tabula de festivitatibus.

In folio. ..... III. E. 12.

Auctorem hujus operis *Warthon* in *Append.* ad *Caveum pag. 156.* et *Fabricius* in *Bibl. med. et infim. latin. lib. xx. pag. 66.* scribunt fuisse *Meffrethum*, natione Germanum, Ecclesiae Misnensis Presbyterum, qui anno 1443. florebat, quod etiam ex prologo primae partis colligi datur; in illo enim Auctor haec de semetipso scripta reliquit, scilicet, *se iam dudum opus de sanctis fuisse aggressum, Anno domini nimirum M. cccc xliiii. eodem anno ob honorem misnensium diocess. cuius sedem pro tunc Reverendus in Christo pater et dominus Iohannes doctor egregius feliciter gubernavit, opus hoc praesens de tempore inchoasse.* In tertia parte hujus operis, absoluto sermone de S. Nicolao, sequitur alicujus Anonymi, quem editio primo loco citata, scilicet anni 1496. *Joannem de Lapide Carthusiqnum* appellat, Monitum circa sermones de *Conceptione B. M. Virginis;* eo quod Auctor ante Ecclesiae decretum in istis *B. V. Mariam* non sine labe Conceptam fuisse adfirmasset.

Melae Pomponii. Cosmographia, *seu* De Situ Orbis : *Praeit Prooemium absque ullo titulo, vel inscriptione, quod incipit :* ORBIS SITUM DICERE

Digitized by Google

aggredior etc. etc.. *terminaturque folio tertio averso. Ad calcem ultimi folii aversi totius voluminis, post verbum* FINIS, *legitur:* POMPONII MELLAE (sic) COSMOGRAPHIAE LIBER EXPLICIT: *Deinde Typographica nota habetur hoc pacto;* Mediolani septimo Kalendas octobres Millesimo quadringentesimo septuagesimo PRIMO.
In 4.° minori ..... XII. A. 42.

Sine Typographi nomine: sed procul dubio ab *Antonio Zaroto* praesens editio impressa fuit, cum, uti *Saxius* docet in *Histor. Literario—Typographica Mediol. pag. 669.* per illud tempus Mediolanensem Typographiam solus ipse exerceret. Hanc editionem, quae prima est, immerito *Isaacus Vossius* transtulit ad annum sequentem; et ab eo deceptus fuit *Albertus Fabricius*, qui in *Bibl. lat. Tom. II. pag. 76.* putavit aliam sine nota anni, et loci in 8. hanc praecessisse. Hanc rarissimam, et a paucis Bibliographis visam editionem, summopere celebrant *Deburius N.° 4200. Maittairus pag. 304. Saxius pag. 559. de la Valliere Tom. III.* et *Gaignac Tom. I. pag. 362.* Typus rotundus nitidissimus chartae firmissimae adhaeret, quae in amplis marginibus nullum custodem, foliorum numerum, aut signaturam exhibet. Singulis paginis integris 22. lineas adsignavit Typographus, qui initiales omisit in principio librorum, et Illuminator tantummodo principem coloribus, auroque adfabre exornavit. Postillis tandem marginalibus mss. hic codex pariter instruitur.

—— Alia editio. *Prooemii titulus adparet in summitate primae paginae his verbis expressus rubro colore:* Pomponii Mellae (sic) Cosmographi de situ orbis liber primus. Prooemium. *Notitia typographica ad calcem reperitur:* Impressum est hoc opusculum Venetiis per Franciscum de Hailbrun. M.CCCC.LXXVIII. Laus Deo.
In 4.° minori ..... XIX. F. 30.

Editio haec non parum elegans, caret numeris foliorum, et custodibus; pro signaturis vero instruitur litteris, arabicisque notis. Rotundus character nitidissimus in 26. lineas dispescitur, si paginas spectes singulas Initiales xylographicae florentes sunt; tituli sectionum rubri; margines externi locorum, fluminum, ac virorum nominibus sunt referti.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 31.

—— Alia editio, *quae praecedentem haud parum imitatur. In prima pagina, cujus margines xylographico ornatu decorantur, extat titulus pariter rubro colore excusus*: Pomponii Mellae Cosmographi de situ orbis liber primus. Prooemium. *In calce voluminis legitur:* Impressum est hoc opusculum Venetijs per Bernardū pictorem et Erhardum ratdolt de Augusta una cū Petro loslein de Langencen correctore ac socio. Laus Deo. M. CCCC. LXXVIII.
In 4.° minori ..... XIX. F. 26.

Eodem anno igitur duplex *Pomponii Melae* editio *Venetiis;* haec tamen elegantior est; et quamplurimi Bibliographi, nescio quibus argumentis adducti, autumarunt hanc esse altera priorem. *Maittairus pag. 390.*, et *374.* et *Cl. Frognall Dibdin* in suo opere *Introduction to the Knowledge of rare, and valuable edictions of Greek and Latin Classics, Tom. II. pag. 354.* referunt editionem hujus operis ad annum 1477. per eosdem Typographos excusam. Suspicor tamen Clarissimos Bibliographos fuisse deceptos, ac fabulam narrasse. Exemplum enim a *Maittairo* citatum, quod extat in *Bibl. Nor.* est anni 1478, non 1477, ut aperte asseritur in *Memorab. Bibl. Nor. pag. 282. n.° 173.* Vide insuper de hac re *de la Vall. Tom. III. pag. 21. Zapf. pag. 156.* et *Laire Ind. I. pag. 445.*

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 27.

—— Alia editio, *cui adcedit quoque* Prisciani ex Dionysio Thessalonicensi de situ orbis interpretatio: *Praecedit mappa geographica ligno eleganter sculpta, ac coloribus illuminata. Titulus rubro colore impressus sic legitur in summitate operis:* Pomponij Mellae Cosmographi Geographia: Prisciani quoq3 ex dionysio Thessalonicensi de situ orbis interpretatio. Pomponij Mellae de orbis situ Liber primus. Prooemium. *Absolvitur opus in folio xxx. recto cum conclusione:* Pomponij Mellae de orbis situ. Finit ꝑfaustus. *In aversa pagina eiusdem folii incipit* Prisciani cesariensis Interpretatio ex Dionysio de orbis situ. *Ad calcem:* Pomponij mellae vna cū prisciani ex dionysio de orbis situ interpretatione finit. Erhardus ratdolt Augustēsis impressit Venetijs. 15. Calēn Augusti Anno salutis nostrae 1482. Laus deo.

In 4.° minori..... XIX. F. 23.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 24.

—— Exemplar tertium..... XIX. F. 25.

—— Exemplar quartum, *quod extat cum* Hygino..... VIII. B. 34.

—— Alia editio. *Nullus titulus inest Prooemio, et incipit absolute:* ORBIS SITUM DICERE aggredior etc. *Ad calcem voluminis legitur tantummodo:* Pomponii Mellae Cosmographiae liber explicit.

In 4.° parvo..... XII. B. 77.

Editio absque ulla nota typographica *Saec. XV.* citata in *Catal. Bibl. Pinelli Tom. I. pag. 363.* et a *Denisio* in *Suppl. pag. 615.* forsan a nostra diversa est; ea perfecte convenit cum alia descripta a *Cl. Frognall Dibdin.* citato loco, qui ipsam refert ad annum 1474 sic docens: *This edition is very elegantly printed, and probably about the year 1474.* Typus est rotundus pinguis, qui lineas 22. occupat in paginis integris. Foliorum numeri, et custodes desunt; signaturae vero inhaerent marginibus inferioribus hujus editionis, *a—h.* cum numeris arabicis; sed foliola primi fasciculi sunt *7.* cetera *8.*

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 44.

—— Alia editio. *In primo folio recto legitur:* POMPONIUS MELA. *In aversa pagina occurrit* Hermolai Barbari ī Pomponium Melam ad Alexandrum Sextum pontificem maximū. Praefatio. *In secundo folio incipit* Pomponii Melae Cosmographi de situ orbis liber Primus. Prooemium. *Ad calcem voluminis:* Pomponii Melae Cosmographi Libri Tertii et Vltimi FINIS.

In 4.° parvo..... XIX. F. 29.

Absque ulla nota. Procul dubio haec est illa editio, quam *Io. Albertus Fabricius Tom. II. Biblioth. lat. lib. II. cap. VIII. pag. 476.* ex *Hermolai Barbari* recensione *Alexandro VI.* dicatam, sine loco, et tempore, ac nomine Typographi in 4.° prodiisse scribit, quae postea in *Gronovii* editione *Lugduni Batav.* 1722. in 8. majori locum invenit. Litteris romanis praesens editio impressa est, et 27. lineae in paginis integris numerantur. Desunt foliorum numeri, haud vero signaturae, et custodes, qui suo loco visuntur. Litterae initiales parvis repraesentantur formis, excepta prima, quae xylographica est. In marginibus superioribus notantur libri, in lateralibus postillae charactere subalbido mss. passim habentur.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 28.

Digitized by Google

MELISSAE. Epistola ad Claretam, *graece. Extat cum epistolis variorum Auctorum in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum.

MENESII GARSIAE EBORENSIS. Oratio in templo divi Pauli coram Sixto IV. habita. *Praeit titulus hoc pacto :* Garsias Menesius eborensis presul quom (sic) Lusytaniae regis īclyti legatus et regiae classis adversus turcos idruntē in apullia praesidio tenentes p̄fectus ad urbem accederet in tēplo divi pauli publice exceptus apud Xystū. iiii. pont. max. et apud sacrum Cardinalium senatum huiusce modi orationem habuit. *Oratio terminatur in folio x. averso, ad lineam VII. cui sequentia verba subduntur :* Habita hec est oratio pridie Kalendas septembris salutis. Anno Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo: p̄tificatus vero Xysti. iiii. anno. xi. et eodem Rome impressa.
In 4.°..... XIII. A. 23.

Praesentem editionem primum citavit *Leichius in Supplem. Maittariano, pag. 129.* et post illum *Audiffredus 247.*

MENGHI FAVENTINI. *Vide* Blanchelli.

MENSA PHILOSOPHICA. Optime custos valetudinis studiosis Juvenibus apparata : non min⁹ sn̄iarum gravitate conducibilis : q̄3 facetiarum enarratione delectabilis. *Huic titulo, in prima operis pagina praefixo, subnexa est tabella xylographica quadrata, quae signum Typographi in scuto exhibet, rosae affixo, quodque duo gryphi unguibus sustentant. In scuto perpendiculi instrumentum, vulgo Archipenzolo, adparet. In quolibet ex duobus spatiis superioribus scuti caput canis visitur, et ad rosae radices canis extat; litteraeque* D. R. *truncum medium sistunt. In fascia, quae quadratum ambit, haec verba sunt impressa :* A LAVENTURE. TOUT. VIENT. APONIT. QUI. PEUT. ATENDRE. DENIS ROCE. *In inferiori margine ejusdem paginae :* Venumdatur in vico divi Jacobi a dionysio roce ad intersigniū sancti Martini cōmorante. *In aversa facie occurrit* Epistola. Theobald⁹. Anguilbert⁹ hyberniēn. artium et medicine doctor iuuētuti bonarū litterarum percupide. S. D. *quae terminatur in sequenti folio secundo ad lineam VIII. et immediate* Prohemium in librum qui dicitur mensa philosophica. Incipit. *Opus terminatur in folio LXXI. recto, et in parte aversa incipit* Tabula mense philosophice, *quae IX. occupat paginas, et ad calcem legitur:* Finis tabule.
In 8.°..... VIII. B. 72.

Absque notis typographicis. Nondum inter viros doctos convenit, cuinam auctori *Mensa Philosophica* sit tribuenda. *Michaëli Scoto Anglo*, mathematico celeberrimo, et philosopho, qui in magiae suspicionem venerat, illam tribuunt *Ioan. Albert. Fabricius* in *Biblioth. med. et infim. latinit. Lib. XII. pag. 233. Ioan. Godofred. Olearius* et *Vincentius Placcius* in *Theatr. Anonymor. pag. 322. Carolus Du Fresne Dominus Du Cange* in *Glossar. med. et infim. latinit. Tom. III. Col. 1529.* ac alii quamplurimi. Extant insuper nonnullae editiones recentiores, *Argentoratensis*, scilicet *ann. 1608. Liptiensis 1603. Francofurtana 1608*, quae *Michaëlis Scoti* nomen in fronte gerunt. Vide *Niceron Mémoires Tom. XV. pag. 101.* Miramur autem, quod neque *Petrus Bayle* in *Dictionaire Tom. III.*, *neque Ioan. Godofredus Schmutzerus* inter libros a *Michaële Scoto* editos, ullam prorsus fecerint

Digitized by Google

mentionem istius opusculi. Sed adsensum iis, supra memoratis, suum praeter alios denegant *Bernardus de la Mannoye* in *Menagiana Tom. IV. p. 50.* et *Christ. Schoetgenius* in *Continuat. Biblioth. Fabr. med. et infim. latinit. Lib. XIX. pag. 622.* ubi *Mensam Philosophicam* a *Theobaldo Anguilberto Hiberno artium et medicinae doctore* evulgatam esse scribunt. In *Theatr. Anonym. Vincentii Placcii* cit. loc. et in *Annal. typogr. Tom. II. pag. 182. Michaëlis Maittairii* adducitur editio hoc insignita titulo : *Mensa philosophica edente THEOBALDO ANGUILBERTO Hybernien. Artium et Medicinae Doctore. Venundatur Parisiis a Ioanne Petit sub intersignio lilii aurei. Parisii impressa anno ab orbe redempto quingentesimo supra millesimum pridie idus Apriles in 12.* Editio, quam ad manus habemus, nullum Auctoris nomen praefixum habet, et inter libros rariores collocari meretur, tametsi saeculo XV. desinente, vel XVI. ineunte impressa videatur; eaque fugit Bibliographos fere omnes. Opusculo, quod in quatuor dispescitur partes, praemittuntur *Epistola* dedicatoria cujus particulam *Bernardus de la Monnoye* in *Menagiana* protulit, et *Prohemium*, in quibus Auctor de suo opere hac ratione disserit : *Videtur omnino expediens, ut sermo mensalis vel sit de natura rerum, quibus vescimur et potamus, vel de questionibus mensalibus, quibus in mensa excitamur, vel de his et illorum moribus et conditionibus, quibus in mensa sociamur, vel de his locis et solaciis honestis quibus in mensa recreamur. Ideo presens opusculum mensam philosophicam intitulare decrevi* etc. etc. Sunt alii, qui hoc opusculum tribuunt *Conrado de media Civitate*, sive *Halberstadiensi* Ordinis Praedicatorum, qui saeculo XIV. exeunte, et initio saeculi XV. vixisse dicitur. Plura de hac re apud *Iacobi Echardi Scriptores ord. Praedic. Tom. I. pag. 466. Casimiri. Oudini Comment. de Scriptor. et Scriptis Eccles. Tom. col. 1033.* Quum igitur quis genuinus hujus operis auctor sit, exploratum haud habeatur, sub nomine *Mensae philosophicae* hic collocare censuimus. Editio literis gallo-francis impressa est, et lineae 32. numerantur in paginis integris. Initiales omnes xylographicae sunt, et suis locis visuntur custodes, signaturae, et foliorum numeri.

MERCARII DOMINICI DE NEAPOLI. Opusculum de finali Judicio. *Vide* Dominici de Neapoli *Tom. I. pag. 253.*

MERCURII, *sive* HERMETIS TRISMEGISTI. Pimander, Marsilio Ficino interprete. *In primo folio recto extat Exhortatio quaedam ad emendum, et legendum librum, sine ullo titulo; in fine subditur Typographi notitia hoc pacto:*

LUCAS DOMINICI. F. VENETUS MI
RA IMPRIMENDI ARTE PRAEDI
TUS HOC MERCURII TRIS
MEGISTI DIVINUM OPUS
IMPRESSIT
VENETIIS
M. CCC. (sic) LXXXI. XV. MAII

In postica pagina incipit ARGUMENTUM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRUM MERCURII TRISMEGISTI AD COSMUM MEDICEM PATRIAE PATREM. *In prima facie folii tertii :*

MERCURII TRISMEGISTI LIBER DEPO
TESTATE ET SAPIENTIA DEI E GRA
ECO IN LATINUM TRADUCTUS A MA
RSILIO FICINO FLORENTINO AD Co
SMUM MEDICEM PATRIAE PATREM.
PIMANDER INCIPIT.

Digitized by Google

Desinit opus in linea 21. ultimae paginae, eique subscribitur:

FINIS EST OPERIS ELEGANTISSIMI
MERCURII TRISMEGISTI

In 4.° ..... II. B. 23.

—— Alia editio. *Exhortationis, quam in prima pagina praecedentis editionis impressam indicavimus, in tres lineas divisus hic legitur titulus, scilicet:* MERCURII TRISMEGISTI LIBER DE POTESTATE ET SAPIENTIA DEI PER MARSILIUM FICINUM TRADUCTUS: AD COSMUM MEDICEM. *In aversa pagina extat* Argumentum Marsilii Ficini florentini in librū Mercurii Trismegisti: Ad Cosmum medicem Patriae Patrem. *In tertio folio recto opus incipit a titulo, ut in praecedenti editione, et ad calcem notata fuere sequentia verba, hoc pacto:*

FINIS EST OPERIS ELEGANTISSIMI
MERCURII TRISMEGISTI

Mercurii Trismegisti per Marsilium Ticinum (sic) Florentinū e graeco ī Latinum Traducti Finis.
Venetiis impressum per Maxīum de butricis Papiensem
M. CCCCLXXXXI. die. XXIX. Iulii.

In 4.° ..... VIII. A. 78.

—— Alia editio, *quae cum praecedenti perfecte convenit. In prima pagina occurrit Exhortatio, cujus titulus majusculis litteris pariter in tres lineas dispescitur; in aversa sequitur* Marsilii *argumentum, et in folio tertio opus inchoatur. Ad calcem pariter in tribus sectionibus distincta visuntur sequentia verba:*

FINIS EST OPERIS ELEGANTISSIMI
MERCURII TRISMEGISTI

Mercurii Trismegisti per Marsilium Ticinum (sic) Florentinum
c (sic) graeco in latinum Traducti Finis.
Venetiis per Damianum de Mediolano
M. CCCCLXXXXIII. die x. Maii.

In 4.° ..... VIII. A. 51.
—— Exemplar alterum..... VIII. B. 77.
—— Exemplar tertium..... VII. B. 34.

—— Alia editio, *etiam* Marsilio Ficino *interprete, ac cum ejusdem argumento ad* Cosmum Medicem. *In prima voluminis pagina rotundis typis sequentia verba leguntur.*

CONTENTA IN HOC VOLUMINE

Digitized by Google

Pimander

Mercurii Trismegisti liber de sapientia et pote
state dei

Asclepius

Eiusdem Mercurii liber de voluntate divina.

Item

Crater Hermetis A Lazarello Septempedano
Petri Portae Monsterolensis dodecasticon ad

LECTOREM

Accipe de superis dantem documenta libellum:
Sume Hermen: prisca religione uirum.
Hermen: Thraicius quē non equauerit Orpheus:
Et quem non proles Calliopea Linus.
Zamolxin superat cum Cecropio Eumolpo
Quos diviniloquos phama uetusta probat.
Vtilis hic liber est: mundi fugientibus umbram:
Vera quibus lucis lumina pura placent:
Hic quid sit disces sapientia: summa potestas:
Hic poteris summi discere uelle dei.
Insuper invenies plenum Cratera liquore
Nectareo: minimi quae tibi lector emes.

V A L E.

In aversa facie ejusdem folii Nuncupatoria imprimitur Epistola cum inscriptione: SACRO Antistiti Guillermo (sic) Briconneto episcopo Lodouensi Jacobus Faber. Sa. *In folio secundo recto incipit* Argumentum Marsilij Ficini Florentini in librum Mercurij Trismegisti: ad Cosmum medicem. *In folio tertio recto initium sumit* Mercurij Trismegisti liber de Potestate et Sapientia Dei e Greco in Latinum traductus a Marsilio Ficino Florentino: ad Cosmum Medicem Patrie pater (sic) Pimander. *Adcedunt* Asclepius L. Apuleio *Interprete, et Commentaria in eundem, quibus praefigitur titulus:* Mercurij trismegisti dialogus Lucio Apuleio Madaurensi philosopho Platonico interprete. *Sequitur tertium opusculum, sic inscriptum:* Ludovici Lazarelli poete christiani ad Ferdinandum regem dialogus, cui titulus Crater Hermetis. *Dialogus hic inter* Lazarellum *et* Ferdinandum Regem, *non tam prorsa, quam* Carminibus, *et* Hymnis *constans, desinit in ultimo folio recto ad lineam xx. eidemque subiiciuntur verba:* Crateris Hermetis adiecti Pimandro et Asclepio Mercurij Trimegisti (sic) Finis. *Nihil in ultima pagina legitur.*

Digitized by Google

In 4.° parvo..... XIII. A. 27.

Sine notis typographicis. Totum opusculum impressum est charactere gallo-franco unius moduli, exceptis iis, in prima pagina voluminis contentis, quae rotundo typo sunt excusa. Signaturis instruitur libellus, scilicet litteris, romanisque numeris; custodes in ultimis fasciculorum paginis, et numeri foliorum a 2 ad 42. visuntur in superioribus marginibus, ubi opusculorum tituli pariter notantur. Initiales parvis litteris expressae sunt, tribus exceptis principibus opusculorum, quae xylographicae sunt: in externis marginibus postillae, et citationes Auctorum habentur. In *Argumento Marsilij. Ficini ad Cosmum Medicem*, supra citato, inter cetera notandum occurrit, *Pimandri* opusculum graece ex *Macedonia* in *Italiam* advectum fuisse, opera *Leonardi Pistoriensis Monachi.*

—— Alia editio *secundi opusculi*, *scilicet* Asclepius, L. Apuleio interprete. Romae in domo Petri de Maximo. Anno salutis. M. CCCC. Lxix. *Extat hujusmodi versio cum aliis operibus ejusdem* Apuleii.
Vide Apuleii..... XII. G. 9.

—— Alia editio. Vincentiae per Henricum de sancto Urso anno salutis. M. CCCC. LXXXVIII. die nona Augusti.
Vide Apuleii..... XI. F. 5.

—— Alia editio. Venetiis per Philippum pinzium Mantuanum. Anno domini M. cccclxxxxiii. pridie Kalendas maias.
Vide Apuleii..... XI. F. 9.

—— Alia editio. Mediolani per magistrum Leonardum pachel. Anno domini M. cccc. lxxxxvii. die septimo Augusti.
Vide Apulei..... X. E. 5.

—— Centiloquium, *latine*, Stephano de Messana *Interprete. Ejusdem* de stellis heibeniis, *latine pariter.* Venetiis per Bonetum Locatellum: impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis. M. CCCC. LXXXXIII. 13. Kalendas Januarias. *Extant cum* Ptolemaei Centiloquio, *et aliorum operibus.*
Vide Ptolemaei..... IX. F. 6.

—— Exemplar alterum..... IX. F. 36.

Merulae Georgii. Enarrationes in Satyras Juvenalis. *Praefigitur* Enarrationibus *Praefatio, huic titulo subjecta:* AD INVICTISSIMUM PRINCIPEM FEDERICUM DE MONTEFERETRO VRBINI DUCEM: GEORGII MERULAE ALEXANDRINI PRAEFATIO IN SATYRARUM JVVENALIS ENARRATIONES. *Huic Praefationi Auctor subjecit loca* Juvenalis, *quae ab aliis Expositoribus vel perperam, explicata fuere, vel omnino praetermissa. His adcedunt vita Poetae, et tractatulus, cui titulus*: De Satyrica fabula duabusq3 Satyris. *Haec omnia excipit* ENARRATIO PRIMAE SATYRAE, *et ad calcem* Enarrationis *xvi legitur:* SATYRARUM JVVENALIS ENARRATIONES A GEORGIO MERULA ALEXANDRINO EDITAE: NOMINATIMQUE DICATAE FEDERICO DE MONTEFERETRO VRBINI DUCI INVICTISSIMO. *Post tres vacuas paginas reperitur opusculum* Merulae, *cum praefatione nuncupatoria, inscriptioni huic subjecta:* GEORGII MERULAE ALEXANDRINI ADVERSUS DOMITII COMMENTARIOS PRAEFATIO AD MARCUM MAUROCENUM EQUITEM PRAECLARUM. *In fine opusculi, post vacuam paginam, loca* Martialis, *quibus in exponendis defecit, vel falso sensit* Domitius, *juxta* Geor-

Digitized by Google

gium, *occurrunt; iisque subduntur eiusdem* GEORGII MERULAE ANNOTATIONES IN ORATIONEM. M. TUL. CICERONIS PRO Q. LIGARIO, *quibus Nuncupatoria praefigitur Epistola cum epigraphe:* GEORGIUS Merula Alexandrinus Bernardo Bembo Nobilissimo Iurisconsulto: et Equiti Splendidissimo Salutem. *Postremum opusculum praeviam Epistolam exhibet, qua dicit* Georgius Merula Alexandrinus Statielensis Dominico Sanuto Patricio Veneto Salutem. *Argumentum hujus opusculi ad calcem integri operis, post titulos trium aliorum opusculorum legitur hoc pacto:* Argumentum Epistolarum Ciceronis ad Lentulum: de vi et ordine suffragiorum in centuriatis et curiatis comitiis. Quid praerogativa suffragiorum: et quomodo legis promulgatio ad Dominicum Sanutum. *Postea Typographus notavit:* Impressa Venetiis per Gabrielem Petri Duce inclyto Andrea Vendramino. M. CCCCL. XXVIII. *Adcedunt emendationes errorum.*
In folio parvo ..... X. A. 21.

—— Commentaria in Juvenalem, *cum textu* Juvenalis. *Vide* Juvenalis.

—— Commentaria in Martialem. *Extant cum* Martialis *textu, et* Commentariis Domitii Calderini. *Vide* Martialis.

—— Commentaria in Valerium Maximum. *Extant cum textu* Valerii Maximi, *et aliorum auctorum* Commentariis. *Vide* Valerii Maximi.

—— Antiquitatis Vicecomitum libri X. *Praemittuntur duae Epistolae, quarum altera* Alexandri Minutiani (*qui hanc historiam curavit*) *sic inscripta:* OTHONI VICECOMITI SUMMAE SPEI ADOLESCENTI ALEXANDER MINUTIANUS SALUTEM CUM FOELICITATE; *et ad calcem:* Vale: et Alexandri tui memor uive; *altera* Georgii Merulae *cum epigraphe:* AD PRINCIPEM LUDOVICUM MARIAM SFORTIAM VICECOMITEM IN LIBROS ANTIQUIATIS (sic) VICECOMITUM GEORGII MERULAE ALEXANDRINI PRAEFATIO. *Has duas Epistolas excipiunt,* DEFENSIO HISTORIAE, *ab eodem* Merula *conscripta, contra eos, qui obloqui possent*; PERIOCHA; *et* Index eo4 que memoratu digna in his cōmentariis sunt visa cum commemoratiōe clarissimarum hujus inclyte civitatis familiarum Insubrie Gallie cisalpine: Ligurieq3: atq3 Venetie: *quibus omnibus primus voluminis fasciculus absolvitur. Sequitur deinde* GEORGII MERULAE ALEXANDRINI ANTIQUITATIS VICE COMITUM LIBER PRIMUS. *Ad calcem operis notatur tantum,* FINIS.
In folio minori ..... XIX. H. 21.

Sine notis typographicis. Ex iis, quae referunt *Apostolus Zenus* in *Dissert. Voss. Tom. II. pag. 74.* et *Saxius Catal. Lib. edit. Mediol. pag. 611.* adparet, opus hoc fuisse excusum *Mediolani* ab *Alexandro Minutiano*, et quidem anno 1500. *Primus*, inquit laudatus *Saxius* citato opere pag. 530. *qui Antiquitates Vicecomitum luce donavit, Alexander Minutianus fuit. Annum peractae editionis, Exemplar antiquum in Ambrosiana Bibliotheca servatum, minime signat; eam tamen saeculo XV. expiranti affixi, non inani, ut reor, conjectura. Siquidem Minutianus eamdem dicavit Ottoni Vicecomiti, cujus stirpis Principatus vix eversus adhuc in oculis erat, et Iaphredus Caroli, plurimum a Minutiano hic laudatus, et in hanc provinciam missus a Ludovico XII. Rege Galliarum, ante Poncherium Parisiensem Antistitem, res nostras prima vice moderabatur anno MD.* Paginam quamlibet, hujuscemodi editionis, dummodo integram, Typographus 39. lineis pinxit, et charactere rotundi moduli usus est. Nullam custodibus exprimendis curam impendit, sed in marginibus superioribus praeter libros indicavit ordinem plagularum arabicis numeris. Signaturae cum romanis notis marginibus inferioribus inhaerent, externis vero nomina, et argumenta. Initialium pingendarum causa, spatia relicta sunt.

Digitized by Google

— Exemplar alterum ..... XIX. H. 22.

— Opus in librum de homine Galeotti Martii. *In secundo folio recto, nam primum vacuum est, incipit Nuncupatoria Epistola sub epigraphe*: Georgius Merula Alexandrinus Laurentio et Juliano Medices salutem. *In tertio folio recto incipit opusculum primum, cum inscriptione:* Georgii Alexandrini in librum de Homīe Galeoti Narniensis opus. *In fine nihil extat impressum, et ultima pagina vacua est.*

In 4.° parvo ..... IX. A. 6.

Sine notis typographicis. Characteres rotundae formae, quibus excuditur libellus, non minus propria elegantia, quam chartae, cui inhaerent, firmitate, et nitore spectabiles fiunt. Typographus paginas conflavit modo 28, modo 29. lineis, quarum margines signaturis tantum referti sunt. Initiales parvis notantur litteris. Graeci characteres elegantes suis locis adpositi sunt, ideoque editio fortasse anni 1481. censetur apud *Denisium in Supplem. pag. 616.*; et probabiliter *Venetiis* ex typis *Vindelini de Spira* opus excusum est. Exemplar nostrum caret aliis opusculis, quae operi in *Galeottum Martium* iunguntur; deest scilicet ejusdem *Merulae Interpretatio in Sapphus Epistolam* et *Emendationes in Plinium, et Virgilium.*

— *Hoc idem opus extat cum* lib. I. de homine Galeotti Martii. *Vide* Martii.

— *Ejusdem* Epistolae duae, *altera scilicet ad* Angelum Politianum, *altera ad* Ludovicum Sfortiam Mediolanensium Ducem. *Extant in lib. XI.* Epistolarum Politiani, *cum ejusdem operibus. Vide* Politiani.

Meschiatis Augustini de. Questio de medio demonstrationis defensiva opinionis domini Egidii Romani. *Is titulus habetur in fronte operis. Ad calcem*: Explicit questio de medio demr̄ationis ordinata: atq3 hinc inde a ꝑbatis auctorib' collecta per me fratrē Augustinū de biello de Meschiatis: ordinis Augustiniēsis lectorem in ovētu Patavino fratrum eremitarum. Sit deo laus et Divo Augustino pr̄i eremita4. *Sequitur* Tabula, *qua expleta, legitur*: Et hic est finis tabule ꝑmi et scdī libri elencho4 de aureiis dubiis: collectis per uenerādum fratrem Augustinum de Meschiatis de Bugella. Lectorem in cōventu Padue ordinis eremitarum. Ad laudem dei et gloriose Marie Virginis. *Deinde*: Venetiis mandato et expensis dn̄i Andree Toresani de Asulae per Simonē de Luere. xxiiij. septēbris. M. d. *Adcedunt versus* Nicolai Tellucii de Sancto Miniate Ad lectorem.

Huchuc ītrepidi iuuēes: has currite ad ūdas
His date mellifluis colla terenda iugis.
Hic est Aonidū fons: quē cecinere poete.
Hic sapide: hic dulces: mente bibunt' aque

His subjungitur Registrum. *Extat cum* Expositione Aegidii Romani Elenchorum Aristotelis. *Vide* Aegidii.

In folio ..... VIII. C. 36.

Messahallach. De receptionibus planetarnm — *Ejusdem*, de interrogatio-

Digitized by Google

nibus — *Ejusdem* Epistola cū duodecim capitulis — *Ejusdem* de revolutionibus anno4. mundi. *Ad calcem :* Explicit messahallach: in revolutione annorum mundi. *Latine ex arabico vertit* Ioannes Hispalensis, *saltem primum opusculum, ut ex titulo ejusdem adparet.* Venetiis per Bonetum Locatellum: impensis nobilis viri Octaviani scoti civis Modoetiensis. M. CCCC. LXXXXIII. i3 kalendas Ianuarias. *Sequitur* Registrum, *et deinde* Typographi *signum. Extat cum libro* Quadripartiti Ptolemaei. *Vide* Ptolemaei.

In folio..... IX. F. 6.

—— Exemplar alterum..... IX. F.

Messana Stephani. Versio Centiloquii, *sive* libri centum Aphorismorum Hermetis Trismegisti. *Vide* Mercurii Trismegisti, *et* Ptolemaei.

Messini Acutissimi Sophistae. Quaestio de motu locali cum explanatione Gaetani — *Ejusdem* Quaestio cū expositione totius tractatus Hentisberi de tribus predicamentis. *Extat cum* Hentisbero. *Vide* Hentisberi *in Tom. I. hujus Catalogi pag.* 368.

Mesue Ioannis. Opus de medicinis universalibus, *latine*, *cum* Additionibus Petri Apponi. *Opus incipit a titulo in summitate primae columnae folii primi his verbis excusus:* INCIPIT. LIBER. IOANNIS. MESUE. DE. COMPLEXIONIBUS. PROPRIETATIBUS. ELECTIONIBUS. OPERATIONIBUSQ3. SIMPLICIUM. MEDICINARUM. LAXATIVARUM. *Circa finem secundae columnae folii lviii. aversi* INCIPIT. GRABADIN. IOANNIS. FILII. MESUAE. (sic) QUOD EST AGGREGATIO. VEL ANTIDOTARIUM. MEDICINARUM COMPOSITARUM. *Opus terminatur in secunda columna folii xviii. aversi hac conclusione:* FINEM hujus grabadin hoc loco impositus est cernito. quare grās omnium bonorum largitori habeamus. qui nostris auxiliatur laboribus. et statuit lumen in tenebris et in labore quietem. *Sequitur secunda pars, cujus titulus in summitate primae columnae folii primi sic habetur:* INCIPIT PRATICA (sic) Ioannis. MESUAE. DE MEDICINIS. PARTICULARIUM AEGRITUDINUM. *Ad calcem secundae columnae folii ciii. aversi legitur:* IOANNIS. MESUE. MEDICI SINGULARIS. DE MEDICINIS. PARTICULARIUM. AEGRITUDINUM. LIBER. FELICITER. FINIT. M. CCCC. LXXI. V. IDUS. IUNII. *Adcedit in tertia parte* PETRI. APPONI. MEDICI CLARISSIMI. IN LIBRUM IOANNIS MESUAE ADDITIO FELICITER FINIS.

In folio Tom. 3..... XII. H. 37-39.

Sine loci indicatione, ac Typographi nomine. Editio princeps et luculentissima, quam commendant *Denis in Supplem. pag. 8. Morellius in Catal. Biblioth. Pinellianae Tom. 3. pag. 340. Burius in Catal. Biblioth. Ducis de la Valliere Tom. I. pag. 501. n.1719. et Laire Ind. Tom. I. pag. 248.* In Catalogo *Smithiano pag. 94.* et *310.* editio operum *Mesuae* tribuitur Clementi Patavino Sacerdoti, et Typographo accuratissimo, primo ex Italis, qui typographiam didicerit, eamque summo nitore, et elegantia *Venetiis* exercuerit; idque eruitur ex praefatione *Nicolai Gupalatini Medici Veneti*, praefixa huic operi, quae deest nostro exemplari. In hac praefatione, uti discimus ex laudato *Smithiano Catalogo*, et ex *Maittairo pag. 310.* inter alia de *Clemente Patavino*, sic scribit lau-

Digitized by Google

datus *Gupalatinus: Clemens Patavinus, Sacerdos bonus, virque non solum litterarum studiis apprime eruditus, sed et omnium, quos unquam novi, in Daedalev praesertim, et manuali opere ingeniosissimus. Nam cum neminem tale artificium operantem unquam perspexerit, suo perspicaci ingenio, elementis quibusdam tantum hujus artis perceptis, reliqua consummatissime reperiens Italorum primus libros hac arte formavit.* Ex hoc *Gupalatini* elogio constat eam gloriam, quae debetur *Gutembergio, Fausto*, et *Petro Schoiffero*, concedendam esse etiam *Clementi Patavino Sacerdoti. P. Laire* in *Ind. Part. I. pag. 248. Additiones Petri Apponi*, quae tertia pars est hujus operis, uti jam innuimus, tribuit, nescio quibus argumentis ductus, *Antonio Zarotto* Typographo Mediolanensi; quum iidem sint characteres, papyri qualitas, ac totum typographicum artificium in hac tertia parte, ac in aliis. Charactere pereleganti rotundo exprimitur totum opus, et duplex columna in singulis paginis occurrit, quae constant lineis 39. dummodo integrae sint. Custodes, foliorum numeri, et signaturae desiderantur; et initiales depictae, et deauratae visuntur.

—— Alia editio. *Praecedit brevis Nuncupatoria Epistola sic inscripta:* ANGELUS CATO SUPINAS. DE BENEVENTO PHILOSOPHUS ET MEDICUS COLLEGIO MEDICORUM NEAPOLI COMMORANTIUM SALUTEM DICIT. *Data est* Neapoli. XXVI. Octobris. M. CCCC. LXXIIII. *Duo priora operis folia in nostro exemplari penitus desiderantur. Absolvitur prima pars cum clausula:* FINEM huius grabadin hoc loco impositum esse cernito. Quare gratias omnium bonorum largitori habemus, qui nostris auxiliator laboribus, et Statuit lumen in tenebris et in labore quietem. *In sequenti folio occurrit Registrum, et post vacuam paginam* INCIPIT. PRATICA. (sic) JOANNIS. MESUAE. DE MEDICINIS PARTICULARIUM AEGRITUDINUM. *Ad calcem legitur:* JOANNIS MESUE MEDICI SINGULARIS. DE MEDICINIS PARTICULARIUM EGRITUDINUM LIBER FELICITER FINIT.
In folio..... XI. C. 6.

Nostra Bibliotheca caret tertia parte hujus operis; quae continet *Additiones Petri de Appono*; discimus tamen ex *Bibliogr. Instruct. Guilielmi Francisci de Bure n.° 1810.* ubi fusior habetur hujusmodi rarissimae editionis descriptio, typographicam notam extare ad calcem *Additionum Petri de Appono*; sic enim dicit laudatus Auctor citato loco; *Le Supplement de Pierre de Appono commence par l' Intitulé que voici en lettres capitales: PETRI APPONI MEDICI CLARISSIMI IN LIBRUM IOANNIS MESVE ADDITIO INCIPIT. Et a la fin de cette partie, on lit la souscription suivante, en lettres capitales comme les précédentes: PETRI APPONI MEDICI CLARISSIMI IN LIBRUM IOANNIS MESVE ADDITIO FELICITER FINIT. IMPRESSA NEAPOLI PER DOMINUM BERTOLDUM RYING DE ARGENTINA ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXV. XII. DIE MENSIS IANUARII.* Idipsum dicit noster *Giustiniano* in *Saggio Storico-Critico sulla tipografia del Regno di Napoli pag. 50.* qui docet insuper scribendum esse, *Bertoldo Riching, e non già Rying, o Ring, come altri scrivono.*

—— Alia editio, *cum* Additionibus Petri Apponi, *et* Francisci de Pedemontium. *Adcedunt* Antidotarium Nicolai, Tractatus quid pro quo, *et* liber Servitoris Abulchasis *translatus ab* Abrahamo Judaeo, *et* Simone Januensi. *In primo folio averso occurrit* Registrum, *et in secundo recto opus incipit his verbis:* In nomine dei misericordis cuius nutu s^{9}mo recipit gratiam. et doctrīa perfectionem.. Principium v^{9}borum Joānis Mesue: filij hamdeb: filij Hely: filij Abdela Regis Dāmasci. *In prima pagina fasciculi m. inchoatur* Petri apponi medici clarissimi in librum iohānis mesue additio. *In primo folio recto o. alia* additio *incipit cujus titulus:* Hic ꝑsequit^{9} Clarissim^{9} doctor Franciscus de pe-

Digitized by Google

demūtiū (sic) et oplet. scd'am divisionē supius ānotatā ī p'mo d' appropriatis divi Johānis Mesue. *In prima pagina signata* gg. Incipit Antidotarium Nicolai, *et in folio tertio recto fasciculi* hh. Incipit tractatus quid pro quo. *In folio verso* ija. Incipit liber Servitoris liber. xxviij. Bulchasin Benaberazerin : translatus a Simone ianuensi ītерprete Abraam iudeo tortuosiensi, *quo absoluto legitur* : Finis liber Servitoris de preparatione medicinarum simplicium. *Deinde :* Hoc loci consumantur vniversa opera divi Joannis Mesue cum additionibus Petri apponi et Francisci de pedemontium ac Nicolai cū Servitore. Anno salutis christi Jesu. M. cccclxxxv. sexto vero cal. Janua. Impressa venetiis opere et impensis Peregrini de pasqualibus de Bononia. *Huic subnectitur Typographi signum alibi notatum.*

In folio..... IX. E. 9.

Ex Bibliographorum, quos consului, silentio, hujus editionis raritas patet. Duplex columna in quavis operum pagina occurrit, eaque constat lineis 59. minuti gallo-franci characteris. Custodes, et foliorum numeri desiderantur; initiales modo desunt omnino, modo parvis supplentur litteris.

—— Alia editio, *in qua praeter Auctores in descripta impressos, alii reperiuntur, uti adparet ex Elencho operum, majusculis typis hoc pacto excuso in prima voluminis pagina.*

Mesue cum expositione mondini super canones universales ac etiam cum expositione Christophori de honestis in antidotarium eiusdem.

Additiones Petri apponi.
Additiones francisci de pedemontium.
Antidotarium nicolai cum expōne platearij
Tractatus quid pro quo.
Tractatus de sinonimis.
Libellus bulcasis sive servitoris.
Compendium aromatariorum Saladini.
Joannes de sancto amando super antidotarium nicolai.

Operibus Joannis Mesue *praemittuntur verba :* Divi Joānis mesue de consolatione medicinarum simplicium et correctiōe operationum earum Canones cum expositione p̄clarissimi medici magistri Mondini de Lentijs feliciter incipiunt. *Ad calcem libri* Saladini *legitur :* Hoc loci consumantur omnia opera divi Joānis Mesue cū expositione Mondini sup canones vl'es : ac etiam cū expositione Cristophori de honestis in antidotarium ciusdē. Nec non additiones Petri apponi : et additiōes Francisci de pedemontium. et Antidotarium Nicolai. Tractatus quid pro quo. Tractatus de sinonimis. Libellus Servitoris. Compendium aromatariorum Saladini. Que omnia supra dicta hic finem habent ad Laudem dei. Impressa Venetiis per Bonetum Locatellum Bergomensem. Jussu et impensis Nobilis viri domini Octaviani Scoti Civis modoetiensis. M. CCCC. LXXXXV. Pridie Kalendas aprilis. Augustino Barbadico Inclito Venetiarum Ducc. Registrum, *et signum Typographi in penultima pagina occurrunt.*

Digitized by Google

In folio..... VIII. D. 15.

—— Alia editio, *praecedenti persimilis. Ad calcem:* Hoc loci consumantur omnia opera divi Joannis mesue cum expositione Mondini super canones universales. ac etiā cum expositiōe Christophori de honesti etc. etc. *ut in superiori descripta; tandem:* Impressa venetiis per Joannem et Gregorium de gregoriis frātres. 1497. die 14. Octobris. *In penultima pagina habentur* Registrum *et Typographi signum.*

In folio..... IX. G. 9.

—— Trattato della consolazione delle medicine semplici solutive. *Italice. In folio primo recto incipit* Tabula di questo libro del mesue vulgare. *In quarto folio* Incomencia el libro della consolatione de le medicine semplice (sic) solutive el quale fece Gioāne figliolo di Mesue. *In fine operis haec notantur verba:* FINIS. Finito è il libro di Giovanni Mesue della cōsolatione delle medicine semplici solutive. Impresso in Venetia anno. 1487. a di vltimo de luio per Bartolamio (sic) de zani da porteso regnāte meser Augustīo barbadico. Duce d'Venecia. *Penultima pagina continet* Registro.

In folio..... IX. G. 21.

Paitonus Tom. II. pag. 245. hujus editionis meminit, sed circa Interpretem operum *Mesue* notat auctoritate *Argelati*, in exemplo ms. olim *Dominici Mariae Manni* haec scripta inveniri: *Vulgarizatus per me La. de Ar. ad petitionem Elisei Aromatarii mihi Karissimi.*

Metelli Epistola ad Ennium, *in qua laudat ejus libellum* de liberis educandis, et de hominum natura. *Extat cum epistolis* q. Curtii. *Vide* Curtii.

Metelli Quinti Celeris. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Ciceronis epistolis ad Familiares. *Vide* Ciceronis.

Metelli Quinti Nepotis. Epistola ad M. T. Ciceronem. *Extat cum* Ciceronis epistolis ad Familiares. *Vide* Ciceronis.

Methastenis. De judicio temporum, et Annalium persarum, *cum commentariis* Annii Viterbiensis. *Vide* Nanii.

Methonensium. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis epistolis *Vide* Mahummedis.

Metrorii Maximi. De metris libellus, *cujus titulus:* Incipit Metrorius Maximus. *Extat impressus cum* Donato, *aliisque* Grammaticis veteribus. *Vide* Donati; *vide* Grammatici Veteres.

Digitized by Google

M I

Milesiorum. Epistolae duae ad Marcum Brutum. Rinucio Thettalo Interprete. *Extant cum* Bruti Epistolis. *Vide* Bruti.

Milis. N. de Repertorium iuridicum. *Initium illius facit* TABULA *locorum communium, sive titulorum, qui in opere exponuntur; quaeque tres occupat paginas, tribus columnis excusas. In fine voluminis haec legimus verba:* Presens repertorium Eximy utriusq3 iuris doctoris domini. N. de milis Impressum Rome per venerabilem virū magistrum Georgium laur de herbipoli. Anno Salut. Mccccclxxv. die vo veneris. xxiii. mensis Iuny. Pontificatus Sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini Sixti divina providētia pape quarti Anno eius quarto Finit feliciter. *In prima pagina ultimi folii habetur Registrum.*
In folio..... VII. G. 22.

Editio rarissima, litteris rotundis expressa, et dubio procul omnium prima est. Per omnem codicem, nulla invenitur signatura, nulla foliorum numeratio, nullus custos, nullaque littera initialis, quae rubro, caeruleoque colore adpictae sunt. Quis iste *N. de Milis* fuerit, aliis indagandum relinquimus. Apud omnes enim fere Scriptores, qui Iurisconsultorum exposuerunt vitas, de illo altum est silentium. Utrum autem hic Scriptor vocetur *Iohannes*, an vero *Nicolaus*, non satis constat. *Iosias Simlerus in Bibliotheca pag. 336*, et *Scipio Maffejus Verona Illust. par. II. col. 101.* illum adpellarunt *Iohannem Milis. Michael Maittairus* in *Annal. typogr. Tom. I. pag. 352.* adtulit codicem, eodem anno, quo noster, 1475. *non artis calamo*, ut in calce illius legitur, *scriptum, sed ingeniosissime indicibili arti impressum* (procul dubio Coloniae) *per Nicolaum Gotz de Sletzstat*, cujus in titulo MILIS DE VERONA *utriusque Iuris doctor eximius* adpellatur.

—— Exemplar alterum..... XII. I. 38.

Militaris rei Scriptores. *Vide* Scriptores rei militaris.

Miniatore Bartolomeo. Formulario de epistole vulgar missive et responsive et altri fiori de ornati parlamenti. *Huic titulo, qui in prima voluminis pagina habetur, subjectum est stemma sub corona, et in medio visitur Feles murum ore ferens. Circa coronae latera, litterae* I. B. *et in inferiori parte eiusdem stemmatis* S. *conspiciuntur, quae Typographi nomen innuunt. In prima columna secundi folii incipit:* Formulario de epistole vulgar missive et responsive et altri fiori de ornati parlamenti. Alo excelso et Illustrissimo principe Signore Hercule da Esti dignissimo duca di Ferrara. composto per Bartolomio (sic) miniatore suo affectionato et fidelissimo servo. Et pma il Prohemio. *Ad calcem secundae columnae ultimi folii recti opus absolvitur hac conclusione:* Finisse il libro chiamato formulario stampato i Venesia per Maestro Baptista da sessa. M. cccc. xcviii. adi viii. marzo. FINIS.
In 8.°..... XII. B. 82.

Praestantiores Bibliographi, quos ad manus habeo, mentionem haud fecerunt hujusmodi editionis, quae gallo-francis formis, admodum venustis, excusa est. Custodibus aeque, ac numeratione plagularum destituitur. Signaturae fasciculorum serie elementorum, et arabicis notis constant. Lineae 34. in plenioribus paginarum columnis reperiuntur. Initiales desiderantur; excepta prima, quae xylographica est. Plagulis 40. impressis absolvitur libellus.

Digitized by Google

MIRABILIA PUTEOLORUM. *Vide* Elysii.

MIRACOLI DELLA GLORIOSA VERGINE MARIA. *Secunda pagina folii primi tabula xylographica impletur, quae sacellum repraesentat, in eoque adparet Angelorum Choro stipata imago* Virginis Mariae *sedentis, et puerum* Iesum *genibus sustentantis. Huic tabulae subduntur versus:*

Virgo beata genitrix maria
Matre filiola del tuo prē e filio:
Fons sacer: stella: rachel et helia
Celeste humanita divin consilio
Regina celi mater alma pia
Da cui principio in ogni cosa piglio
Ave gratia plena spira nel mio core
Che itoi miracoli scriva al tuo honore.

In summitate primae columnae folii secundi recti Incominciano alchuni miracoli: de la gloriosa uergine Maria: et prima: Come scampo una donna sua divota dele insidie del demonio infernale. *Ad calcem primae columnae folii xxv. recti post verba* Laus Deo, *nota typographica, legitur his verbis contenta:* Finiscono li miracoli de la gloriosa uergine maria: Felicemente impressi in la cita di Bressa: per Pre Baptista da Farfēgo. Del anno. M. ccccIxxxx. A di. ii. de marzo. Facto fine pia laudetur uirgo maria. *In sequenti columna incipit* Tabula de la presente opera, *quae quatuor alias occupat columnas, opusque terminatur clausula* FINIS.

In 4.°..... XIII. D. 13.

De hac editione Bibliographi celebriores silent. Character rotundus lineas 44. complectitur in integris columnis; in inferioribus libelli marginibus insunt signaturae litteris, arabicisque numeris; numeri vero plagularum, ac custodes omnino desunt. Excepta prima initiali littera, quae xylographica est, ceterae typis majoribus indicantur.

MIRSILII LESBII. *Vide* Mysilii Lesbii.

MISSA De defectibus occurrentibus in. *Is titulus extat in summitate folii primi: Opusculum absolvitur in folio sexto recto, ad lineam xxi. cum clausula* Finis.

In 4.°..... XIII. A. 28.

Absque notis typographicis. Typus, quo excusa est praesens editio, gallo-francus est, fortasse *Eucharii Silberi;* sine signaturis, foliorum numeris, et custodibus. In qualibet pagina numerantur 33. lineae totumque opusculum absolvitur X. foliis. Memoratur ab *Audiffredo pag. 365. Denisio pag. 618.* et a *Lairio P. II. pag. 198.* qui eam tribuit *Udalrico Han*, sive *Gallo.*

—— Alia editio. *Titulus extat, ut in praecedenti editione, et ad calcem legitur tantummodo* FINIS.

Digitized by Google

In 4.°..... XIII. D. 17.

Character rotundus, sed admodum rudis, lineas implet 30. in paginis integris. Initiales, custodes, plagularum numeri, et signaturae desiderantur in hoc libello, qui plagulis novem absolvitur. Editio romana, et forsan ex typis *Stephani Plannck*. *Audiffredus* eam memorat *pag. 365.*

MISSALIA.

—— MISSALE AMBROSIANUM. *Praemittitur Kalendarium, quod sex priora folia complectitur, et post vacuum folium, in sequenti recto occurrit rubrica, rubro, ut fert ipsum nomen, charactere excusa, quae praefigitur primae Missae hisce verbis:* In nomine sancte et individue trinitatis amen = Incipit liber missarum totius āni secundum morem Ambrosiane ecclesie. In uigilia sancti Martini episcopi ad missam. Ingressa. etc. etc. *Ad calcem Typographus rubro etiam colore haec notavit:* Explicit missale: secundum osuetudinem sancti Ambrosii. Impressum mediolani per mgr̄m Antonium Zarotum parmensem. Emendatū per reverendum dn̄m presbyterum Andream de bossiis: prepositū sancte Tegle. qui sua opera et impensa īprimi curavit. Anno dn̄i. M. cccc. lxxxviii. calendis martiis.
In folio..... XIII. F. 18.

Optimo charactere gallo-franco, majusculo, et minusculo, rubro, et nigro impressum est hoc Missale, quod commendat *Saxius* in *Histor. literario-Typogr. Mediol. pag. 290.*, et *583.* qui docet in hoc Missali pro prima vice insertum esse decretum circa disciplinam *Ecclesiae Ambrosianae* in prohibenda statis temporibus Nuptiarum celebratione; quod extat rubro charactere excusum ad calcem kalendarii. Paginae bifariam divisae in quavis columna lineas 43. comprehendunt. Signaturae litteris, arabicisque numeris in inferioribus marginibus, qui custodibus carent, reperiuntur: foliorum vero numeri omnino desunt. E regione Canonis, pro more, Crucifixi imago inter duos latrones visitur ligno exculpta; moduli cantus opportune excusi habentur. Initiales rubro colore sunt suppletae ab Illuminatore, aliquae vero xylographicae sunt. Nostrum exemplar nitidissimum est optimeque servatum, tamquam recens e praelo.

—— MISSALE CONSTANTIENSE, *jussu* Ottonis Constantiensis Episcopi *editum. Sex priora voluminis folia Kalendarium continent, et in aversa facie folii septimi legitur Monitum ad Constantiensis dioecesis clericos, ex quo discimus, ob Missalium discrepantiam, praesens Missale fuisse excusum ut ad rituum ecclesiasticorum consonantiam, eorumque observantiam restitueretur. Legitur enim:* Jubente Reverendissimo ī christo patre Ottone episcopo Constantiensi quatuor ad hoc peritioribus hujusq3 rei perspiteris (sic) deputatis. summa diligentia ad constantiensis matricis. Omnem et regularitatem et concordiā quinimo omnimodam conformitatem ꝑfectissime redactum est. *Hinc clericos Constantiensis dioecesis, ut eodem in celebratione Missae, aliis quibuscumque postpositis, utantur, admonet. In folio octavo* Incipit Ordo missalis scdm̄ chorum Constantien̄. per circulum anni. Dn̄ica. i. de adventu dn̄i. *Constat ille ordo clii. foliis; folium cliii. album in prima pagina, et in aversa conspicitur imago* Crucifixi, *ligno incisa in medio* B. V. Mariae, *et* S. Joannis. *In folio cliv. incipit* Canon *majusculo charactere impressus. In folio clx. inchoatur* Pars de Sanctis: et primo de sancto Andrea apl'o. *Opus terminatur in folio cclxxxviii. recto; et in aversa pagina legitur:* Accipe hos: diva cleri caterva: libros non minus raros quam comodissimos are: latrieq3

Digitized by Google

uniformis. constantiensis matricis : ueros indices : Quid eñ p̄sul inclite : otto pr̄ reuerēde in hac tua pastorali ditione. meli⁹ efficere potuisses : quā tua pene sancta clementia ..... Ne vero tua gloriosa et reverenda paternitas presul magnifice : silentio pretereat : magistrum petrū Kollicker. cuius nomini et fame. hoc pariter presbyt⁹ q̄sq3 contribuat. Qui sua arte cādidissima lr̄a. oīb⁹ ocellis innocua, et iunioribus nedum. uerum senioribus sacerdotib⁹ caracterem effecit paratiorem. Itaq3 prefat⁹ magister petrus Kollicker hoc geniculat⁹ ad tue paternitatis pedes. redonat commissa fide exactum quarto kalendas Iunii ex basilea Anno xp̄i. M. cccc. lxxxv.

In folio..... XIII. G. 5.

Weislinger pag. 345. suspicatur *Petrum Kollicker* fuisse litterarum Fusorem, haud Impressorem. Volumen impressum est in duabus columnis, chartae albae, ac praestanti admodum, gallo-franco, ac satis luculento charactere infimae aetatis, rubro, et nigro; et quaelibet columna, dummodo integra sit, lineas 35. continet, exceptis quinque foliis, *Canonem* continentibus, quae haud distributa sunt in columnis, et lineis 20. majoris characteris implentur. Pro modulis cantus, spatia tantum extant in paginis, in quibus *Introitus*, *Praefationes*, et *Oratio dominica* habentur. In marginibus inferioribus signaturae visuntur; custodes vero, et foliorum numeri desiderantur. Prima Canonis initialis littera xylographica est, ceterae Illuminatoris industria sunt spatiis insertae, variisque coloribus depictae. Exemplar nostrum splendidissime compactum, et perfecte servatum est.

— Missale Dominicanum. *Praeit kalendarium sex foliis contentum. Sequuntur alia XVI. folia rubro charactere impressa, in quibus* De officio ministro4 altaris *agitur. Tum folio XXII. recto* Missa *primae Dominicae Adventus adest, praevia rubrica:* Incipit Ordo missalis secūdū consuetudinē ordinis fratrū p̄dicatorū Dominica prima in adventu domini Introit⁹. *In secunda columna folii ultimi aversi, post lineam XI. legitur* Finis: *exinde minori charactere:* Majores nr̄i et Romani cives plurimū elaborarūt ut noīe psaltē (sic): Qm̄ uita non poterāt: indelebiles fierēt: et laudem adipiscerēt eternā et h⁹ aut lr̄is aut uirtutib⁹ aut opibus cōseq̄bant⁹. quorū uestigia emulat⁹ francisc⁹ palmerius Neapolitan⁹ ciuis ītegerrim⁹ ad huiscemōi glē fastigium āspirans: sibi nomen p̄petuū uēdicauit. Dū p̄dicatorie religiōis uiris summū bn̄ficiū p̄stitit: Qn̄quidem studuit ut suis impēsis h⁹ diuīa op̄a imp̄merēt⁹: Eam ob rē p̄fati ordīs cultor̄s et fr̄es deo p̄ces fūdere astrīgāt: qtūs frācisc⁹ diut⁹ uiuat sospes et incolumis.

Imp̄ssit Mathias morauus Neap̄ Anno salutis. M. cccc. lxxxiii. Die xxviiij. Martii.

In 4.°..... XI. A. 25.

Editio eximiae pulchritudinis, admodum rara, ne maximis quidem librorum heluonibus nota est; quam accurate primus recensuit noster Eruditus *Giustiniano* in suo *Saggio Storico-Critico sulla Tipogr. del Regno di Nap. pag. 60. Questa è certamente un' altra edizione, che attesta la grande accuratezza, ed abilità del famoso Moravo. Io ci osservo nitidezza di caratteri, uguaglianza nella spaziatura, intrigo grande di caratteri negri, e rossi: vivezza d' inchiostro, e molto decorata di capolettere miniate a colori diversi, con spessi fregi, e note di canto fermo fatte però a mano. La sua forma è in 4. in eccellente carta incollata.*

— Missale Olomucense. *Praecedit allocutio,* qua Joannes dei et apli⁶ce sedis gratia ep̄us ecclesie Olomucen̄ *Clerum suae dioecesis admonet, ut hoc*

Digitized by Google

Missali, *aliis quibuscumque postpositis, utuntur. Haec desinit in primo folio averso, ad lineam nonam.* Data in civitate nostra Olomucen̄ die ultima mēsis marcij. Anno dn̄i Millesimoq̄dringentesimooctuagesimooctavo. *Sequitur in sequenti folio kalendarium ecclesiasticum, sex foliis contentum. Deinde* Incipit benedictio salis et aque dominicis diebus p circulum anni. *Post duo folia* Incipit liber missalis scd'm ordinē eccl'ie olomucen̄. dn̄ica p̄ma in aduētu dn̄i. Int̄. *Ab hoc ordine incipit foliorum numeratio in ora superiori marginum. Constat ille ordo clxxxvii. foliis, in quibus continentur* Missae de Tempore. *In folio clxxxviii. incipiunt* Missae de Sanctis *per totum anni cursum, et primo occurrit* Missa in dedicatiōe ecclesiae. *In folio cclxxx. averso* Incipit cōmune sāctorū. et p̄mo in uigilia apostolo4; *tum Missae votivae, Pro defunctis, Orationes variae* etc. etc. *usque ad folium cccxxvii. rectum. In aversa ejusdem folii pagina* Sequūtur informationes et cautele obseruāde presbitero volenti divina celebrare; *quae terminantur in averso folio cccxxix. In sequenti folio cccxxx. incipiunt* Praefationes, Oratio dominica, *et ultimo loco* Introitus, *et haec omnia cum modulis ecclesiastici cantus. Tandem in folio ccclı. incipit* Canon *pergameno impressus, qui terminatur ad calcem folii recti ccclvii. hisce verbis.* Bn̄dicite oīa opa dn̄i. *Aversa ejusdem folii pagina est alba*, et *tantummodo duo scuta majoris formae, instar cordis, nigro, et rubro colore fasciata exhibet.*

In folio majori..... XIII. F. 2.

Hoc volumen, eximiae raritatis, nonnullis foliis caret. Nam licet foliorum numeratio in ora marginum superiori haud interrupta sit, haec tamen penicilli ope adjecta est rubro colore; et foliorum defectus occurrit post folium cccxxix. ubi extant *Cautelae servandae in missae celebratione;* quae quidem incompletae, et mutilae sunt. Possessor codicis; nisi fallor, ut illum integrum, et perfectum restitueret, *Praefationes, Introitus,* et cetera, quae deerant, supplevit foliis alterius editionis; quorum characteres, licet gallo-franci sint, longe tamen diversi adparent ab illis quibus imprimitur opus. *Canon Missae* membranaceus quidem, sed iisdem typis instructus, ac opus ipsum. Mos enim fuit penes Typographos, praesertim Germanos, Saec. XV. in editione Missalium, Canonem imprimere in membranis. Ob defectum igitur plurium foliorum, quo exemplar nostrum laborat, typographica nota in ipso desideratur; sed ipsum excusum fuisse *a Ioanne Sensen-Schmidt in Civitate Babergensi, ductu et expensis Petri Trachen anno 1488. quarto nonas martii*, constat ex perfecta hujusmodi editionis descriptione, quam *Denisius pag. 252.* et *Panzer Tom. I. pag. 143.* tradunt, quaeque cum nostro exemplari adamussim convenit. Duplici charactere gallo franco, scilicet majori, et minori, rubro, et nigro impressum est opus. Paginae bifariam divisae in quavis columna lineas 29. comprehendunt. In superioribus marginibus, uti jam innuimus, penicilli ope foliorum numeri exscripti sunt, qui prius deerant, sicuti desunt signaturae, et custodes. Illuminatoris industria adparet tum in litteris initialibus, quas adpinxit in spatiis, hac de causa relictis, tum in principe *Canonis* littera, quae inibi auro, aliisque vividis coloribus sacrificium *Patriarchae Abrahae* exprimitur.

—— Missale Romanum. *Praeit kalendarium Ecclesiasticum sex foliis contentum. Deinde in prima columna folii septimi rubro charactere* Incipit ordo missalis scdm̄ consuetudinē curie Romane: dominica p̄ma de adventu Statio ad sanctam Mariam majorem: Ad missam. Introitus. *Mutilus in fine.*

In folio majori..... XIII. F. 1.

Ad agnoscendam hujus Missalis splendidissimam editionem non solum adii praecipuos Bibliographos, et praesertim *Audiffredum*, ex cujus perfecta descriptione tradita *in pag. 189. Catalogi Hist. Crit. Rom. Edit. Saec. XV.* didici fuisse *Romae* evulgatam ex typis *Udalrici Galli*, *alias Han*

Digitized by Google

*anno incarnationis dominicae Mccccl*xxv. *xi. Klš maij. Sedentè Sixto IV.* verum et varia specimina typographica, quibus antea pluries usus fuerat laudatus *Udalricus Gallus*, attente inspexi, scilicet *Meditationes Io. de Turre Cremata, Scrutinium Scripturarum Pauli de Sancta Maria*: ex quibus omnibus clare intellexi opus vere fuisse a *Gallo* impressum, ac idem, quod notat *Audiffredus*. In nostro exemplari non solum XVII. folia in fine (nam integrum opus constat 287. plagulis) verum alia duo avulsa fuere e regione Canonis. Maxima voluminis pars impressa est gallo-franco grandiori charactere rubro, et nigro; et *Introitus, Gradualia, Responsoria, Tractus, Offertoria, Communiones*, aliaque pauca quaedam, sunt alio charactere etiam gallo-franco minori. In paginis duae columnae occurrunt, quarum quaevis constat lineis 36. Hisce addendum est, editionem numeris, signaturis, ac custodibus carere; et capitales litteras manu adjectas esse rubro colore.

—— Alia editio. *Post Kalendarium Ecclesiasticum sex foliorum, in septimo folio recto* Incipit ordo ad faciendam aquā benedictam, *et in folio octavo* Incipit ordo missalis secundum consuetudinem romane curie. Dominica prima de adventu. Statio ad sanctam mariam maiorem. Introitus. *Ad calcem primae columnae ultimi folii aversi, legitur minori charactere nigro:*

Antoni patria parmensis gente zarote
Primus missales imprimis arte libros.
Nemo repretorem (sic) nimium se iactet. in arte
Addere plus tantum quam pepisse ualet.

Deinde maiori typo:

Mediolani Mccccl*xxvi*. die
xxvi. aprilis finitum.

In folio..... XIII. E. 1.

En quid de hoc *Missali Zaroti* scriptum reliquerit *Saxius Hist. Typ. lit. Mediol. col. clxi. Exemplar unum Missalium nostri ritus, primaevae editionis Ambrosiana ostendit Bibliotheca, characteris, et chartae praestantia, iis, quae praesenti aetate excuduntur, longe antecellens.* Paginae bifariam divisae in quavis columna integra lineas 41. comprehendunt. Character semi-gallo-francus est, majusculus, et minusculus, ruber, et niger. Initiales variis coloribus pictae adjunguntur Illuminatoris industria. Idem Artifex Initiales litteras, marginesque internos, externos, et inferiores initio *Missalis*, et *Canonis* decoravit auro, aliisque coloribus. Moduli cantus suo loco visuntur. Custodes, signaturae, et foliorum numeri prorsus desiderantur.

—— Alia editio, *sine modulis cantus. In aversa pagina folii primi incipit Ecclesiasticum Kalendarium, quod terminatur in folio septimo recto.* Incipit Ordo ad faciendam aquam benedictam *in postica facie, et desinit in secunda columna ad lineam xx. folii octavi aversi. In folio nono* Incipit missalis sūm cōsuetudinē romane curie. Dīca prima de aduētu: statio ad sanctam mariā maiorem. Introitus. *Ad calcem secundae columnae ultimi folii aversi, post verba,* Deo Gratias Amen. *typographica nota legitur hoc pacto:* Missale completū sūm cōsuetudinem romane curie summa cum diligentia. Mediolani Impressum opificio et īdustria Leonardi Pachel et Ulderici scinczenceller de Allamania sociorum. Anno domini. M. cccc. lxxxiij. de mense Julii. Sub ill°o duce Johanne Galeazio Maria Sfortia Vicecomite.

Digitized by Google

In 8.°..... XIII. B. 43.

Editio splendidissima, et rarissima, etiam ob formam in 8.°, quae haud obvia fuit saec. xv.; ea vero latuit Bibliographos fere omnes, et quod mirum, etiam diligentissimum *Saxium*. Excusa est nitidissimo, et minuto charactere semi-gallo-franco, rubro, et nigro, qui lineas 35. implet in columnis integris. Foliorum numeri, et custodes desunt; signaturae autem duplici serie cernuntur. Prima vero signatura incipit in exordio *Missalis* ab *a* ad *niij*.; usque ad finem *Praefationum*. Secunda incipit a *Canone* ab *A* ad *Riiij*. Miniculatoris industria adparet tum in litteris initialibus, in spatia insertis, tum in duabus principibus paginis, scilicet primae *Missae*, et *Canonis*, quae litteras deauratas, marginesque floribus ornatos ostendunt.

—— Alia editio, *cum modulis cantus. In prima pagina habetur* Tabula communium et bixextilium : litterarumque dominicalium quotannis currentium. *In folio secundo incipit* Kalendarium *sex foliis contentum. Tum* Incipit ordo missalis sūm cōsuetudinē romane curie. Dñica p̄ma de aduētu. Statio ad Sanctam Mariā maiorē. Ad missā. Introitus. *Ad calcem primae columnae ultimi folii recti, rubro charactere legitur:* Impressum venetijs. arte et impensis Nicholai de Franckfordia. Anno domini. M. cccc. lxxxiiii. Deo gratias. *Post tres vacuas columnas* Incipiunt tabule p̄ q̄s vnusq̄sq3 si vult pōt faciliter reperire ea que continentur in hoc missali sūm ordinem eccl'ie romane. Et p̄mo tabula dñicarum.

In 8.°..... XIII. B. 33.

Missale hoc in duabus columnis chartae nitidissimae gallo-franco minusculo, ac pereleganti charactere rubro, et nigro impressum est. Litteras cujuslibet Missae initiales Miniculator caeruleo colore adpinxit, reliquas vero rubro colore tantum expressit.

—— Alia editio, *cum notis cantus. In prima pagina majoribus typis rubro colore excusis legitur:* Missale secūdū morem sancte Romane Ecclesie. *In sequenti folio occurrit Kalendarium ecclesiasticum, sex foliis contentum. Deinde* Incipiūt tabule p's q's unusquisq3 si vult pōt faciliter reperire ea que cōtinent' in hoc missali: s'm ordinem ecclesie romane. Et primo tabula dominicarum. *Hanc tabulam excipiunt* Preparatio sacerdotis, Cautele misse, *et* orationes *dicendae ante, et post* Missam. *Exinde in folio xvi* Incipit ordo missalis scd'm consuetudinem romane curie dominica prima de advētū. Statio ad scām Maria maiorem. *Post missam* pro mortalitate, *typographica nota rubro colore descripta adparet:* Missale s'm cōsuetudinē sancte ecclesie romane: singulari cura et vigilanti studio revisū emendatūq3: Jussu et expensis nobilis viri Otaviani Scoti civis Modoetiensis: Arte itē et industria p'batissimi viri Johannis Hertzog de Landoia Impressum venetiis: explicitū est: anno virginitatis partus post millesimū quaterq3 centesimū nonagesimo tertio Kalendis Decembribus. *Adcedunt* Benedictionum, *et* Exorcismorum *formulae, quae in penultima pagina desinunt; postrema symbolum rubrum exhibet Impressoris.*

In 8.°..... XIII. B. 38.

Duabus columnis implentur paginae hujusmodi elegantissimi Missalis, gallo-franco minuto charactere rubro, et nigro, et quaelibet columna, dummodo integra sit, 35 lineas continet. Superiores marginum orae, praeter inscriptiones, numeros habent; et inferiores, signaturas; custodes vero desunt.

Digitized by Google

Quinque primae paginae *Canonis*, ante *Orationem dominicam*, majusculo expressae sunt charactere, et in aversa pagina folii 109. ubi *Praefatione* terminantur, Crucifixi imago pro more visitur, ligno exculpta, et coloribus illita. Initialium pars excusa est, pars vero ab Illuminatore depicta visitur.

—— Alia editio. *Post sex folia Kalendarium continentia* Incipit ordo missalis secundum cōsuetudinem curie romane cū officiis novis. Dominica prima de adventu statio ad sāctam Mariam maiorem. Ad missam Introitus. *Hoc exemplar in fine defectum habet plurium foliorum.*
In folio..... XIII. E. 4.

Character duplex est, major, et minor, gallo-francus, colore modo rubro, modo nigro impressus in duabus columnis, quarum quaelibet, dum integra sit, 41. lineas continet. Signaturae visuntur, haud vero foliorum numeri, et custodes. In Praefationibus spatia alba relicta sunt pro addendis notis Gregoriani cantus. Litterae initiales omnes, quae deerant, rubro colore depictae adparent. Id peculiare habet haec editio, ut in festo *Cathedrae S. Petri*, legatur Oratio: *Deus qui beato Petro collatis clavibus ..... animas ligandi atque solvendi* etc. etc. Quae quidem oratio legitur primo excusa in missali Romano *Venetiis* edito ab incerto Typographo, die prima maij, anno 1479. Nostrum exemplar perfecte convenit cum descriptione hujusce Venetae editionis, quam Bibliographi notant.

—— Alia editio, *in qua post Kalendarium sex foliorum, desunt quatuor folia, sicuti et in calce voluminis.*
In folio..... XIII. E. 27.

Codex membranaceus eximiae pulchritudinis, duplici charactere gallo-franco majori, et minori impressus, colorum rubri, et nigri, varietate praestans in paginis duas columnas exhibet, quarum quaevis constat lineis 37. Initiales *Missarum* pulcherrimis vividisque coloribus, et auro pinxit Illuminator; ceteras vero rubro colore supplevit in spatiis ab Excusore relictis. Typi, quibus praesens *Missale* excusum est, romani adparent, sed typographica oeconomia minime convenit cum Romanis *Missalium* editionibus accurate ab *Audiffredo* descriptis. *P. Laire pag. 267.* refert aliam Romanam editionem *Missalis* ad annum 1488, quam laudatus *Audiffredus* fatetur nunquam se vidisse. Sit necne haec nostra editio a *P. Laire* notata, non ausim definire.

—— Missale Salisburgensis Dioecesis. *In aversa pagina folii primi icon adparet episcopalibus ornamentis praefulgens, quae fortasse* Fridericum Archiepiscopum Salisburgensem *repraesentat. In sequenti pagina legitur* Friderici dei gratia archiepiscopi Salisburgensis, apostoliceq3 sedis legati *Epistola ad suae dioecesis clericos de nova Missalis editione: quae Epistola in eadem pagina desinit. Sequitur in folio tertio Kalendarium sex foliis contentum, quod excipiunt:* Informationes et cautele observāde p̄sbytero volēti divina celebrare, *et* cautele servande q̄d agēdū sit circa defectus vel casus q̄ oriri possūt ī missa etc. etc. *Tum* Incipit ordo ad faciendam aquam benedictam etc. etc. *deinde* Tabula dn̄ica4 toti' anni quib' habitis earū ferie facile quadā coniectura reperiri p̄nt. *His omnibus absolutis* Incipit missale integrum tam d' tempe q̄3 de sanctis sm̄ Rubricā eccle'ie Saltzeburgensis (sic) cū om̄ibus suis requisitis. Et primo de dominica prima in adventu domini. Introitus. *Ad calcem secundae columnae folii recti ccclxxiii. legitur typographica nota his verbis contenta rubris litteris* Missali sm̄ rubricam ordinarij Archiep̄lis ecclesie Saltzpurgensis (sic): felicē et optatū finē dedit Jeorius Stüchs librorū imp̄ssor Nurnberge: mensis Augusti die.

Digitized by Google

decimoquarto: post christi incarnationē millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

In folio majori..... XIII. E. 3.

Editio summopere elegans est duplici charactere gallo-franco scilicet majusculo, et minusculo, rubro, et nigro impressa. Paginae bifariam divisae, in quavis columna lineas 29. comprehendunt. In superioribus marginibus foliorum numeri rubro colore impressi habentur; in inferioribus, qui custodibus carent, signaturae litteris, arabicisque numeris visuntur. Moduli cautus, suo loco opportune habentur. Inter *Praefationes* et *Dominicam primam* post festum *SS. Trinitatis* adduntur octo Plagulae membranaceae, quae *Canonem* continent, cujus in aversa facie folii primi, Illuminator *Iesu Christi Crucifixi* imaginem pulcherrimis vividisque coloribus inter *B. Mariam Virginem*, et *Ioannem Apostolum* stantes pinxit. Idem Artifex initiales litteras *Missarum primae Dominicae de Adventu*, *Nativitatis*, *Epiphaniae*, *Paschae*, *Pentecostes* etc. etc. ac primam *Canonis*, auro, et coloribus adfabre decoravit; ceteras alias rubro, vel caeruleo supplevit in spatiis. Exemplar est optime servatum.

Mithridatis Regis. Epistola ad Mithridatem consobrinum suum *latine*, *ex versione* Rinucii Thettalis. *Extat* cum *Epistolis* Bruti. *Vide* Bruti.

Digitized by Google

M O

Modesti. De re Militari. *Adcedunt opuscula* Pomponii Laeti de Magistratibus, Sacerdotiis, et de Legibus; *nec non et opusculum* Svetonii de Grammaticis, et Rhetoribus, *ex recensione* Joannis Aloisii Tuscani. *Titulus generalis primum* Modesto *praefigitur in primo folio recto:* IN HOC VOLUMINE CONTINET' de re militari. De Magistratibus Vrbis. et Sacerdotiis. Et de Legibus. *Deinde peculiaris opusculi:* MODESTUS DE RE MILITARI AD THEODOSIUM AUG. *in aversa pagina folii noni, ad lineam xii.* FINIS LIBRI DE RE MILITARI. *Post spatium quinque linearum*, INCIPIT DE MAGISTRATIBUS. *In summitate folii x.* ET PRIMO DE REGE. *Opusculum terminatur in folio recto xxi. ad lineam ii., his verbis*, Laus deo. INCIPIT DE SACERDOTIIS ET PRIMO DE PRIMA RELIGIONE APUD LATINOS. *Pro coronide opusculorum ad calcem folii xxx. aversi legitur:* Finis Laus deo. *In sequenti folio xxxi. incipit opusculum* Svetonii de Grammaticis, *ac* Rhetoribus, *cui praefigitur Nuncupatoria, sic inscripta:* Reverendissimo domino Iohāni tituli sanctorum Nerei et Archilei (sic) presbitero Cardinali Nouariensi. Johēs Aloisius Tuscanus advocatus consistorialis. *Ad calcem folii xlv. aversi opuscula terminantur verbis:* LAUS DEO. *In sequenti ultimo folio recto typographica nota legitur hoc pacto:* Modesti de re militari magistratibus urbis et sacerdotiis nec non et Svetoni (sic) de grāmaticis liber impressus opa et impendio Bartholomei cremonensis ac Bartholomei de carlo Vercellensis eius consocii Venetiis die xxvii. Madii. M. cccc. lxxiiii. Nicolao Marcello inclyto Venetorum duce. DEO GRATIAS.

In 4.° ..... XII. A. 31.

Editio princeps, et eximiae raritatis: nostrumque exemplar valde elegans. Caret signaturis, numeris, et custodibus. Character rotundus, et nitidus lineas comprehendit 26. in paginis integris, quae satis amplum marginibus spatium relinquunt. Initiales, quae parvis formis extabant, expictae adparent modo rubro, modo caeruleo colore. *De la Valliere Tom. I. pag. 640.* refert hanc editionem cum versibus, ac typographica nota, sic:

Quem legis, impressus dum stabit in aere caracter
Dum non longa dies uel fera fata prement
Candida perpetue non deerit fama Cremone
Phidiacum hinc superat Bartholomeus ebur
Cedite chalcographi: millesima vestra figura est
Archetypas fingit solus at iste notas.

M. CCCC. LXXIIII. die XXVII. *Maii. Nicholao Marcello duce uenecianum regnante impressum fuit hoc opus foeliciter.* DEO GRATIAS. In nostro exemplari, quod perfectum, et integrum est, hos versus haud inveni, neque *Maittdirus* invenit in exemplari, quod consuluit, sed tantummodo typographicam notam, supra relatam. Quamplures alii praestantiores Bibliographi, quos adii, uti *Morellius in Bibl. Pinell. Tom. I. pag. 333. Askew pag. 86. Rossi pag. 56. Laire Tom. I. pag. 344.* de versibus nihil memorant, neque etiam *Denis* in *Supplem. pag. 39.* qui tamen sine nominibus Typographorum eam refert.

— MODESTI LIBELLUS DE VOCABULIS REI MILITARIS AD TACITUM AUGUSTUM. *Is titulus praefigitur opusculo. Ad calcem:* FINIS. Impressum Rome per Venerabilem uirm (sic) Magistrum Eucharium Silber: alias Franck. Anno domini. M. cccc. lxxxvii. Septimo Idus Junii.

Digitized by Google

In 4.° ..... VIII. A. 20.
— Exemplar alterum ..... VIII. B. 37.
— *Vide insuper* Scriptores rei Militaris.

Modus sciendi de sacerdotio domini Jesu Christi. *Praecedit epistola, subnexa huic titulo:* Incipit certissimus modus sciendi de sacerdotio Domini nostri ihesu Christi. In primis epistola īcipit feliciter. *Deinde :* Federicus de māfredis dei et apostolice sedis gratia episcopus favētie. Illustri ac dilecto germano suo domino Galeotto cū benedictione salutem. *Epistola terminatur in aversa pagina ad lineam sextam, et immediate* De sacerdotio dñi nostri Jhesū xp̄i per Sanctum Ambrosium camaldulensem generalem patrem. Incipit feliciter attende. *Opusculum desinit in folio quinto recto, ad lineam quintam, cum clausula,* Deo gratias Finis, *deinde :*

Impressum in alma ac inclita civitate bononie p
me Ugonem de rugeriis: sub divo ac
illustri prīcipe et domino. D. Joāne.
secundo bentivolo sfortia vice
comiti de aragonia. Sere-
nissime lige armorum gu-
bernatori dignissimo
etc. etc. Anno ab incar
natione domini
nostri Ih'u xp̄i
.Mcccclxx.
xxvi. die
.xiii. ma
dij. etc.

In 4.° ..... VII. B. 40.

Ambrosius hic *Camaldulensis*, sive *Traversarius*, fortasse ex Graeco in latinum laudatum opusculum vertit, uti monet *Audiffredus in Specim. histor. Crit. Italic. Edit. Saec. xv. pag. 111.* hinc maluimus ipsum referre sub titulo supra notato. Extat excusum, et compactum cum *Epistola R. Samuelis*, de qua infra.

Modus servandus in executione scu (sic) presentatione gratie expectative. Modus reservandi Beneficia. Ac modus vacandi beneficiorum. adiuncto modo acceptandi. *Is titulus occurrit in principio opusculi, ad cujus calcem legitur tantummodo,* Finis.
In 4.° *Vide* opuscula varia ..... XIII. A. 28.

Laudata opuscula sine nota typographica excusa, sunt quaedam excerpta ex opere *Hieronymi Pauli*, vel *Pau*, sive ex *Practica Cancellariae Apostolicae*. Ea impressit *Io. Besicken* charactere gallo-franco medio, sine numeris foliorum, signaturis, et custodibus; totumque opusculum foliis octo absolvitur, lineaeque 33. numerantur in paginis integris.

Digitized by Google

Molitoris Joannis. *Vide* Monte Regio Joan. de.

Mombritii Bonini. Ad sanctissimum d. dominum Sistum quartum sūmum pontificem de dñica passione liber primus. *Huic titulo, in summitate primae paginae impresso, subnectitur Auctoris Epigramma, septem Distichis absolutum ad eumdem Pontificem. Poëma divisum est in quinque libros, quibus absolutis adcedit ejusdem Auctoris Poëma de* Planctu Virginis, *cui nullus occurrit titulus. Ad calcem haec nota typographica legitur:* Opus Impssum Mlī per Antonium Zarotum Parmensem.
In 4.°..... XIII. A. 10.

Sine nota Chronologica. Opus impressum est charactere rotundo nitidissimo sine signaturis, custodibus, foliorum numeris, atque initialibus. Hujusmodi editionis elegantissimae mentionem fecerunt *Saxius pag. 609. Laire Tom. I. pag. 155.* ac *Denis pag. 620. Mombritii* scripta hodie rarissime reperiri, docet *Io. Alb. Fabricius in Bibl. med. et inf. lat. Tom. V. pag. 257.* Hoc idem innuit *Daumius* in *Epist. ad Reines. pag. 28. Mombritium de Passione Domini, quem habeo, novi inventu esse rarissimum.*

— Exemplar alterum..... X. B. 71.

Mondini Medici. *Vide* Mundini.

Moniliensis Francisci, de Genua. Epistola praefixa operibus Guidonis de Baysio Archidiaconi. *Vide* Baysio Guidonis de.

Mons Orationis. *Huic titulo, in summitate primae paginae impresso, tabella rectangularis ligno excusa subnectitur, quae sacellum repraesentat supra montem positum, quo Angelus descendit, qui schedulam cum verbis* humanum dico, *in manibus habet; et ante ipsum Religiosus ordinis* S. Francisci *genuflexus, et coronam, vulgo rosarium, junctis manibus tenens conspicitur. Ad dexteram Montis figura* Aeterni Patris *intra nubes visitur. In secundo folio incipiunt* le rubriche del libro che si chiama el monte de la oratione, *quae terminantur in aversa pagina. In tertio folio,* Incomenza il libro chiamato il monte de la oratione. *Ad calcem ultimi folii recti:* Impressum Venetiis per Ottinum de papia. M. ccccc. die ultimo octuber (sic).
In 4.°..... II. B. 36.

Bolongaro Crevenna Tom. I. pag. 172. Auctorem hujusmodi opusculi putat *Joannem Gersonem*; et forsan extabat inter opera, quae immerito *Gersoni* tribuebantur. Sed de talibus scriptis plura dicenda forent, quae brevitatis gratia omittimus.

Montagnanae Barptolemaei. Consilia medica. *Opus incipit a duabus epistolis, quarum prima sic inscribitur:* Gerardo Bolderio Veronensi tāq3 patri observādissimo Jacobus de vitalibus Brixiēsis. s. p. d., *qui quidem* Gerardus *discipulus fuit* Barptolemaei Montagnanae, *et in hac epistola, ipse* Jacobus, *horum* Consiliorum *collector, adserit ad calcem principis operis nonnulla addidisse* Consilia de propriis aegritudinibus *nuperrime inventa*, tractatulos de bal-

Digitized by Google

neis, regulas de modo dosandi medicamenta, et Antidotarium *ejusdem* Auctoris, *quae post typographicam notam reperiuntur, et a volumine* Consiliorum *aliena videri possent, absque hujus epistolae lectura. Secunda Epistola est* Gerardi bold°rii phīci Veronensis acutissimo doctori Jacobo de vitalibus Brixiēsi. *Sequitur tabula rubricarum, quae cum epistolis sex folia occupant. Opus incipit in septimo folio a titulo :* Tractatus aureus de conservanda sanitate corporū quo4 caput est stomachus per augmentum hūiditatis declināt a medio cōtinēs capitul°a vii. Capitulum primum premittit fundamentum regiminis sanitatis mēbro4 illorum et totius corporis. *Ad calcem* Consiliorum, *de quibus in Rubricarum Tabula agitur, typographica nota haec legitur :* Gratias altissīo q° M. B. de montag°na cōsiliis finem īmposuit arte et ingenio. M. P. maufer Normāi Rothomagens° civis. i476. die 4.ª mēs° maii. *Accedunt* Additiones, *de quibus in epistola* Jacobi de Vitalibus. *Integro opere absoluto notatur:* Gratias altissimo deo qui Antidotarium domini magistri de montagnana finem imponere dedit. *Ultimum voluminis folium iterato expressum exhibet initium Tractatus XII. Partis II. adeo ut primo intuitu videatur exemplum mutilum ; haec enim plagula superflua sermonem necessario mutilum ad calcem ostendit.*

In folio magno..... VIII. H. I.

Maufer citato anno *Paduae* imprimebat, uti edocemur ex operibus ibidem ab eo excusis, scilicet ex *Cajetani de Thienis Expositione in Meteora Aristotelis* ; ex *Alberti Magni lib. V. Mineralium.* etc. etc. Praesens editio latuit *Panzer*, et quamplures alios Bibliographos, ex quorum silentio ejus raritas eruitur. Typus, quo excuditur, gallo-francus est, sed valde elegans; in unaquaque pagina duas columnas implet; et quaevis constat 66. lineis, dummodo integra sit; amplisque est marginibus praedita. Custodes, et numeri foliorum desiderantur; proque initialibus spatia tantum extant. Signaturarum series admodum inconstans est in inferioribus marginibus; et numeris arabicis ut plurimum, notatur.

—— Alia editio. *In primo folio recto legitur :*

Consilia Magistri Bartholomei Montagnane.
Tractatus tres de balneis patavinis
De compositione et Dosi medicinarum.
Anthidotarium ejusdem.
Consilia Dñi Antonii Cermisoni.
Tractatus de theriaca: a Francisco caballo edit°.

In aversa pagina occurrunt duae epistolae, supra citatae, et Tabula consiliorum excellentissimi medici Bartholomei de montagnana, *quae sex comprehenduntur plagulis. In folio septimo*, Bartholomei Mōtagnane medici clarissimi cōsiliorū aggregatio de egritudinibus tā coībus, q̄3 p̄ticularib° a capite usq3 ad pedes : et de oservāda sanitate feliciter īcipit. *Ad calcem* Consiliorum Antonii Cermisoni, *post* Tabulam Consiliorum *legitur :* Hoc uolumen Impressum est Venetiis per Simonem de Luere Impēsis Dñi Andree Torresani de Asula xx. Aug̃. M. ccccic. *Sequitur* Registrum..

Digitized by Google

In folio..... IX. G. 16.

—— Alia editio *seu potius, uti docet Fantuzzi, Notizia degli Scrittori Bolognesi Tom. VI. pag. 50.* Selectiora opera Bartholomaei Montagnanae, *quibus adcedit tractatus* de Balneis Patavinis. *Opus incipit absolute, nulla praefixa praefatione, aut titulo, et absoluta prima parte, legitur in fronte tractatus de balneis:* Expeditis consiliis de animalib⁹ spiritualibus, et nutrivis (sic) omnium egritudinum a capite usq3 ad pedes Conabor cōsequenter tractatum de balneis et de febribus cum aliis quibusdam generalibus subnectere. *Ad calcem:* Laus Deo Amen. finis. *Sequitur Tabula; deinde* Incipit registrū consiliorum, *quae omnia quatuor comprehenduntur plagulis.*

In folio majori..... VIII. A. 2.

Sine notis typographicis. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Denis in Suppl. pag. 620. Seemiller Tom. IV. pag. 148.* et *Laire Tom. I. pag. 156.* qui suspicatur eam prodiisse *Paduae*, aut *Mantuae*, circa annum 1476. Opus impressum est nitidissimo semi-gallo-franco charactere, in charta satis alba, et levigata, qui in unaquaque pagina duas columnas implet, et quaevis constat 60. lineis, dummodo integra sit: eaque amplis est marginibus praedita, in quibus foliorum numeratio, custodes, signaturae, ac initiales litterae minime visuntur; totumque opus absolvitur 333. foliis.

Montalti Adami, Eremitae Augustiniani. Poëmatia de Phoenice, et de Paschate. *Item* Censura contra Antonium Raudensem. *Extant excusa cum opere* Lactantii Firmiani, *Rom. edit. ann.* 1468. *Vide pag. 3. hujus voluminis.*

Montani Marci. Oratio pro Rhodiorum obedientia ad Alexandrum Sextum. *In primo folio recto nihil aliud legitur, nisi:* Oratio Rhodiorum; *eodem averso habetur brevis Epistola Auctoris, sic inscripta:* Marcus Rhodius Archiepiscopus: Magnifico et excellenti artium et. I. V. doctori Gulielmo Caorsino Rhodiorum Vicecancellario et Comiti Palatino. S. D. *In sequenti folio secundo incipit:* Marci Montani Rhodii Archiepiscopi et Oratoris ad Alexandrum. vi. Pont. Max. pro Rhodiorum obedientia Oratio. *Ad calcem quarti folii recti:* Habita Rome. x. Martii. Anno verbi incarnati. M. ccccl.xxx.xiii. assistentibus. R. dominis ordinis Hierosolymitani. F. Petro Stoltz Magno Germaniae Bailio et F. Berēgario Santii de Barospe Priore Navarrae Rhodiis etiam Oratoribus. *In aversa facie legitur* Obedientia Rhodiorum, *quae verba, sicuti et alia antea laudata, sunt charactere gallo-franco grandiori.*

In 4.° *Vide* Orationes Variae..... IX. A. 58.

Praesens editio memoratur *ab Audiffredo pag. 326.* qui eam tribuit *Stephano Plannck.*

—— Alia editio. *In primo folio recto sequentia verba occurrunt:*

M. MONTANI RHODII
Archiepiscopi ad Alexandrū. vi.
Pont. Max. Oratio pro Rhodiorum obedientia. Anno.
M. cccc. xciii. mēse
Martio.

Digitized by Google

Nulla Epistola Nuncupatoria habetur in hac editione, et Oratio *incipit in folio secundo recto a titulo:* MARCI MONTANI RHODII Archiepiscopi, et Oratoris ad Alexādrum. vi. Pont. Max. Oratio pro Rhodio4 obedientia. *Terminatur oratio in folio quarto recto, cum verbo:* DIXI.
In 4.° *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 51.

Ex Bibliographorum, quos consului, silentio, hujus editionis raritas eruitur. Excusa est nitido charactere latino, qui lineas 31. in paginis occupat integris. Instruitur signaturis; sed caret foliorum numeris, ac custodibus.

Montani *Colae.* Oratio, *cujus titulus:* Oratio Cole Montani ad Lucenses. *Hac* Oratione *conatur Auctor dimovere* Lucenses *ab inito foedere cum* Florentinis, *et in eosdem* Florentinos, *ac praecipue* Laurentium Medicem *maledicta congerit. Ad calcem* Orationis *legitur tantum*, Finis.
In 4.° Vide orationes variae..... IX. A. 58.
—— Alia editio in 4.°..... XIII. A. 42.
—— Alia editio in 4.°..... III. B. 19.

Hasce tres editiones enumerant Bibliographi, et praesertim *Audiffredus;* sed earum nullam agnovit *Ios. Ant. Saxius* in *Hist. Typogr. litter. Mediolanensi pag. 158.* ubi accurate omnia, quae ad Auctoris notitiam, et Orationis ipsius (quam ms. tantum extare arbitratus est) argumentum pertinent, persequitur. Prima est gallo-franco quodam charactere, qui speciem refert characteris gallo-franci medii *Stephani Plannckii*, a quo tamen alius revera est. Secunda est ipso charactere *Plannckii;* tertia charactere rotundo latino, minus eleganti, *Eucherii Silberi.* Prima constat plagulis VI., secunda, VIII., quarum tamen ultima, maxima ex parte vacua est: tertia, VIII. sed pauciores desunt lineae. Omnes signaturis, numeris, ac custodibus carent: et sicuti aliqua ex ipsis eodem anno, quo oratio habita fuit, (qui ex *Saxii* supputatione fuit 1478. vel 1479.) verisimiliter prodiit: ita aliquam sequenti tempore prodiisse, haud est improbabile.

Monte d' Orazione. *Vide* Mons Orationis.

Monte Ferrato Georgii. Glossae in sphaeram Mundi Joannis de Sacrobosco. *Extant* cum Sphaera Joannis de Sacrobosco, *vel* Sacrobusto. *Vide* Sacrobosco.

Monte Gebennensis Fr. Stephani De. Ord. Carm. Ars insolubilis nuper edita docens de omni scibili indifferenter disputare. *Gallo-franco charactere in prima voluminis pagina legitur:*

Compendium Stephani
Gebennensis ingeniosis disputantibus proficuum

Continens.

Modos arguendi insolubiles
Modos arguendi sophisticos
Cautellasq3 (sic) arguentium

Digitized by Google

Comprehẽdẽs.

Modos solvendi insolubilia
Modos detegendi sophistica
Cautellasq3 respondentium

Declarans.

Regulas consequentiarum
Regulas deligationum
Regulasq3 proportionum

Complectens.

Omnia ratiocinandi instrumenta
acutissimis dyalecticis necessaria.

Aversa pagina vacua est, et in secundo folio recto extat Nuncupatoria, cujus titulus in summitate primae columnae sic legitur: Fratris Stephani de monte gebẽnensis: ordinis carmelitarum ad excellentissimum. d. d. Lodovicum mariam sfortiam vicecomitẽ Ducem Barri ducalemq3 gubernatorem illustrissimi principis mediolanẽsis dignissimum Ars insolubilis nup edita: docens de omni scibili ĩdifferenter disputare. *Epistola absolvitur in eadem columna, et in sequenti incipit opusculum; quo absoluto, occurrit in ultimo folio recto alia Epistola inscripta:* Magnifico Philosopho ac Medico prẽstantissimo: dño magro Ambrosio Uarisio d' Rosate ducali physico et osiliario dignissimo benefactori precipuo: Petrusantonius Rusticus placẽtinus salutem. *Ad calcem Epistolae occurrunt sequentes versus.*

Ad Lectorem

Quisquis honorato logices splendore teneris:
Hoc breve Montani suscipe lector opus.
Quo duce fallentis dignoscas scommata lingue:
Inq3 refellentem spicula aperta feras.
Quo duce sufficias languenti lumina vero:
Deq3 reluctanti turbine victor eas.
Quid? nulla exiguus deerit tibi parte libellus:
Nullus ab arguta desinet arte locus.
Hunc gravis impressit Antonij cura Berete
Ut videas meritis quanta duobus agas.
Papie die. 8. Maij. i490.

In 4.°..... VII. B. 27.

Opusculum a paucis visum, tantummodo memoratur a *Denisio in Suppl. pag. 292.* et a *Panzer Tom. II. pag. 256.* Excusum est minuto, sed eleganti charactere gallo-franco, qui binas columnas occupat in paginis, sine foliorum numeris, et custodibus.

Digitized by Google

Monte Gerardi de. Commentarium in Tractatum S. Thomae Aquinatis de ente et essentia, *cum textu* S. Thomae. *Absolvitur commentarium hac conclusione:* Cōmentatio venerabilis viri artiū magistri necnon sacre theologie professoris eximii Gerhardi de Monte a quo famosissimū gimnasiū qd' bursam Montis appellant suā p̄meuam sumpsit denoīatōem. mira verbo4 claritate et snīarū sublimitate opilata. circa opēdiū qd' edidit sanctus Thomas de Aquino. insignis peripathetice veritatis interpres de eēntijs et quidditatibus rerū sm̄ tres grad' entium. *Deinde* sequūtur tituli questionū et notabiliū etc. etc. *Finita* Tabula, *incipit* Tractatus Gerardi de Monte artium et sacre theologie professoris eximii. ad favorabilē dirigens concordiam. quedam problemata inter sanctum Thomam et venerabilem Albertum magnum. ex quorū otentiosa disputatiōe nōnullis olim dabatur fomentum odij. alijs. vero occasio detrahendi utriq3 doctori. *Huic adcedit* Apologetica sive responsiva venerādi magistri Gerardi de Monte artium et sacre theologie p̄fessoris eximii. ad quādam invectiuam a nōnullo recenti et opulento ph'o licet tunc tūis inopi theologo editam ut idem dictator de seip̄o asserit in eadem invectiva qua ostensorē cōcordie inter sanctū Thomā et venerabilē Albertum magnum impugnat obprobriis autoritatibus et rationibus omissis. *Ad calcem hujuscemodi* Apologiae *occurrit:* Epitaphion magistri Gerardi de Monte artium ac sacrarum littera4 professoris eximii gymnasiarchis burse Montis achademie Coloniensis. quā primū tam nobili tanq3 p̄celso insignivit honoris titulo. Cuius aīa carnis habitaculum egressa est. Anno dñi Millesimo q̄dringentesimo octuagesimo. mensis Novembris. die nona. corpus insup̄ humus insignis eccl'ie sancti Andree apostoli intra muros Coloniensis q̄3 q̄3 solēni lugubri tū gressu suscepit.

Concipe nunc lachrimas. mea musa. minerva iuuentus
Aggredere extincto. triste ministerium
Qui mō lumē erat nūc est sine luce cadaver
Et corpus vires. officiumq3 negat
Procubuit fato, dedit hoc sententia diuum
Immortale iubar. maxima verba tonāt
Ingentes animosq3 et vivida dona reliquit
Spiritus astra tenet. sed p̄mit ossa lapis.
Requiescat in pace Amen.

In folio..... VIII. A. 36.

Sine notis typographicis. Memoratur haec editio ab *Helmschrott. Tom. II. pag. 28.* a *Denis pag. 620,* et a *Panzer Tom. I. pag. 342.* qui eam tribuit *Henrico Quentell* typographo Coloniensi. Textus *S. Thomae* majusculo typo exprimitur, reliqua minori, qui lineas 62. occupat in qualibet ex duabus columnis paginarum, quum binae occurrant: sed uterque gallo-francus est. Signaturae in marginibus inferioribus videntur, litteris, romanisque numeris instructae; nullo autem pacto custodes, in supremis oris tituli utriusque opusculi, et numeri foliorum missalibus typis indicantur, scilicet *Folio I. Folio II.* etc. etc. Initiales desunt spatiis ad eas supplendas relictis.

Monte Ilicino Anastasii de. Capitulum, *sive Rhythmus italicus in lau-*

Digitized by Google

dem S. Catharinae Senensis. *Extat ad calcem operis* S. Catharinae, *italice. Vide* Catharinae *I. vol. hujus Catalogi pag. 136.*

Monte Lamberti de. Copulata totius novae logicae Aristotelis, *absque textu. Praecedunt* Libri Priorum, *et* Posteriorum. *Ad calcem hujus secundi legitur:* Et in h⁹ finit⁹ scīa libri posterio4 de sylogismo demrātivo q̄ ē scīe generatiuus de q̄ sit bn̄dictus deus pater gloriosus. a q̄ oīs sapīa et scīa. et deus filius in q̄ oēs thesauri scīe et sapīe sūt abscōditi q̄ ē fons sapīe q3 v̄bū dei in excelsis q̄ supfluenti sua scīa nos reficere dignet⁹ in celesti patria. Amen. Deo gracias. *Sequuntur octo* Thopicorum *libri, et in fine ultimi:* Et in hoc finitur liber Thopico4 Arestotelis (sic). de quo sit benedictus gloriosus deus in excelsis. *Sequuntur tandem duo libri* Elenchorum, *quibus absolutis, legitur ad calcem primae columnae ultimi folii recti:* Copulata libri elenco4 et toti' noue logice diligenter visa et pervigili cura auscultata circa predictos Arestotelis libros sm̄ ꝑssum et doctrinā magistro4 regentiū Colonia in bursa Lūberti de monte Artiū magistri et sacre theologie ꝑfessoris iuxta doctrinā insignis et sancti doctoris Thome de Aquino ordinis fratr4 p̄dicato4 expliciunt feliciter.
In folio parvo. ..... VII. A. 47.

Sine notis typographicis. Tam *Helmschrott. Tom. II. pag 30.* quam *Panzer Tom. I. pag. 342.* excusam volunt praesentem editionem ab *Henrico Quentell*, uti characteris gallo-franci forma etiam docet, qui in unaquaque pagina duas implet columnas, et quaevis 53. constat lineis, dummodo integra sit. Custodes, foliorum numeri, et initiales desiderantur; signaturae vero in inferioribus marginibus visuntur.

Monte Petri de, Episcopi Brixiensis. Repertorium utriusque juris. (*Cujus tertia pars tantum extat in hac Regia Bibliotheca, quae incipit a littera* P. *ad* Z.) *Ad calcem secundae columnae penultimi folii legitur:* Laus et gloria immortali deo in secula seculorum amen. *Deinde haec fabulosa nota chronologica:* Repertorium utriusq3 iuris reverēdi patris domini petri episcopi brisiensis (sic) summa cū vigilia ac diligentia in collegio domino4 ispano4 correptū bononieq3 hac mira arte impressum āno dn̄i Mccccl xv. die viij. novembris. *In ultimo folio recto visitur* REGISTRUM TERCIE PARTIS, *tribus columnis distinctum.*
In folio maximo..... XIII. I. 4.

Ex falsa hac epocha *Maurus Boni* in *Quadro critico typographico pag. 69.* argumentum eruit ad invenienda opera *Lactantio Sublacensi* antiquiora, et ad confirmandam mendosam subscriptionem anni 1461. in libro *Decoris Puellarum Venetiis per Nicolaum Ienson impressi.* Addi insuper possunt ea quae congessit *Georgius Mart. Raidelius* in *Comm. de Ptolemaei Cosmographia, Cap. VI.* Bononiensis editionis ann. M. cccc. lxii., qui tamen non injuria existimavit pro *1462* hic substituendum *1482.* At ex testimonio Eruditissimi *Camilli Aleardi* Canonici, et Bibliothecarii Ecclesiae Cath. Bergomensis in epistola scripta ad *P. Becchetti* (quam adfert *Audiffredus* in *Specim. Historico Critico Edit. Italicarum Saec. XV. pag.* 407.) post relatam accuratissime subscriptionem exemplaris *Repertorii Petri Brixiensis*, in Bibliotheca Bergomensi extantis, haec subdit: *Potrà però significare al Padre Audiffredi, che avendo con molta, e scrupolosa diligenza osservato il foglio di questa data, vi ho scoperto qualche leggiera viziatura negli ultimi numeri Romani, e sarei per dire qualche raschiatura nella carta stessa* (quae quidem abrasura adparet etiam in nostro exemplari) *per cui qualche sospetto potrebbe cadere, che fosse stata in qualche parte alterata.* Hinc doctissimus *Audiffredus* concludit: *Si doctus et ingenuus Vir, cui tanti thesauri custodia commissa est, quemque ideo eius sinceritatem, illaesa veritate, vindicare quodammodo interesse deberet, sic de eo loqui non dubitat, quid de eodem existimare poterunt, qui*

Digitized by Google

non tam antiquas, quam sinceras, minimeque adulteratas editiones, detegere unice curant? Et si adhuc essent, qui integritatem hujus testimonii in dubium vocarent, certo certius tamen esse censeo, pro anno *lxv.* annum *lxxv.* legendum esse; prodiisse enim ante annum *1480. Bononiae* hanc editionem *Repertorii*, ex subscriptione editionis Lugdunensis anni *1480.* discimus. Quum vero plures ejusmodi falsas subscriptiones in libris veteribus diligentissimi Bibliographi detexerint, suboritur mihi suspicio, Typographos istos gloriae cupidos id consulto fecisse, ut ita posteritati imponerent, quasi primi omnium in regionem aliquam, vel saltem urbem intulissent artem typographicam.

—— Alia editio. *In principio primi voluminis, sine ullo titulo occurrit longa, et doctissima Auctoris Praefatio, quae duo folia cum dimidio fere occupat. In ultimo folio recto legitur:*

Explicit prima pars hui' Reportorii (sic)
Domini Petri episcopi Brixien.

Eodemque folio averso habetur Registrum foliorum. In calce secundi voluminis: Expletum est reportorium (sic) Reverendi patris et domini Petri Epi Brixieñ. impressum Rome apud sanctū Marcum Anno a nativitate dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto die q̄nto mensis Februarii Sedente Sixto. iiii. Pontifice maximo. pontificatus sui anno quinto.

In folio maximo. Tom. 2..... VI. F. 2. 3.
—— Exemplar alterum..... VI. F. 4. 5.
—— Exemplar tertium ..... XII. I. 30. 31.

Sine Typographi nomine. In his tribus exemplaribus, quae extant in hac Regia Bibliotheca, infra allatam notam typographicam (quae occurrit in fine quartae columnae ultimi folii) antiquissima manu sequens nota scripta fuit.

Per Honorabilem uiram dominū Simonem Nicolai de Luca mercatorem Curiā Romanā sequentem

Ejusmodi autem nota ms. non hisce tribus tantum, sed vel omnibus, vel fere omnibus exemplaribus, et quidem antequam ex officina typographica exirent, adjecta fuisse videtur; eam siquidem in duobus aliis exemplaribus, quae *Audiffredus* inspexit, observavit; eamque etiam in alio exemplari *Bibliothecae Felini* reperiri, testis est *Mansius Tom. VI. Biblioth. med. et Infim. lat. Fabricii pag. 349.*

Monte Pessulano. Petri Jacobi de. Tractatus de arbitris, et arbitratoribus. *Extat in* Collectione Juris variorum tractatuum *folio ccxxi. Vide Tom. I. hujus Catalogi folio 425.* Juris variorum tractatuum collectio.

Monte Politiano Jacobi de. Capitulum, *seu Rhythmus italicus in* S. Catharinae Senensis laudem. *Extat ad calcem ejus operis. Vide* Catharinae.

Monte Regio Joannis de. Kalendarium. *Sequentia verba in prima voluminis pagina, ornatu xylographico inclusa, leguntur impressa nigris litteris, exceptis initiali, et nominibus Typothetarum.*

Aureus hic liber est: non est preciosior ulla
Gēma Kalendario: quod docet istud opus.
Aureus hic numerus: lunae: solisque labores
Monstrantur facile: cunctaque signa poli.

Digitized by Google

Quotq3 sub hoc libro terrae per longa reguntur
Tempora : quisq3 dies : mensis : et annus erit.
Scitur in istanti quaecunq3 sit hora diei.
Hunc emat astrologus qui velit esse cito.
Hoc Joannes opus regio de monte probatum.
Composuit : tota notus in italia.
Quod Veneta impressum fuit in tellure per illos.
Inferius quorum nomina picta loco.

1476.

Bernardus pictor de Augusta
Petrus Loslein de Langencen
Erhardus ratdolt de Augusta

In ultima pagina QUADRATUM HORARIUM GENERALE *extat, eoque absolvitur opus.*

In 4.° majori..... IX. E. 33.

Primus est hic liber ab *Erhardo Ratdolt Augustano Venetiis* typis mandatus. Singulare testimonium de hoc praestantissimo Typographo extat in *epistola Jac. Canteri Frisii* ad *Joan. Millerum* in *Guidonis Bonati de Forlivio* editione *Venetiis 1506.* impressa, quod hic repetere licebit. *Quotiens et quam multis in rebus litteratorum hominum studia adiuverit, suavissime Iohannes, conterraneus tuus, et concivis Erhardus Ratdolt, nemo fere unquam doctus ignorat: adeo longe lateque per universum pene orbem ab illo impressa volumina cernuntur. Maxime vero ea, quae nemo fere alius ejusdem artificii attingere ausus est: quae abditissimam nostro aevo mathematicorum disciplinam ostendunt. Hujus enim rationis librorum imprimendorum hic homo semper studiosissimus extitit: tanquam mathematicorum, quos dixi, tutor, et parens. Ergo ejus opera, et impendio multa olim in arithmetica: nonnulla in musica: nec pauca in geometria: plurima vero in astronomia volumina impressa sunt.* Praesens opusculum exprimitur charactere pereleganti rotundo, et arabicis numeris; immo rubro colore primam initialem litteram, et alia quaedam notata exhibet; charta firma est, et nitidissima; et margines ampli supersunt in paginis, in quibus 30. lineae numerantur. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nullum obtinent locum in hac editione. Primae paginae ornamentum; figurae eclipseon croceae, et nigrae; initiales pleraeque florentes; *instrumentum horarum inaequalium; instrumentum veri motus lunae* tribus rotis constans, quarum duae mobiles circa centrum; *quadrans horologii horizontalis;* et *quadratum horarium generale*, cui additur index, vel gnomon ex auricalcho, ligno exculptae, adfabre sunt.

— Alia editio, *sive eadem, sed italice, quae omnino consonat cum praecedenti descripta; excepto numero linearum, quae 37. habentur in paginis plenioribus. Prima pagina nigris characteribus expressa, praeter initialem, et Typographorum nomina, quae sunt rubro colore, haec verba refert:*

Questa opera da ogni parte è un libro doro
Non fu piu preciosa gemma mai
Dil Kalendario : che tratta cose assai
Con gran facilita : ma gran lavoro.

Qui numero aureo : e tutti i segni fuoro
Descripti dil gran polo da ogni lai ;
Quando ti sole : e luna eclipsi fai :
Quante terre se reze a sto thexoro.

Digitized by Google

In un instanti tu sai qual hora sia:
Qual sara lanno: giorno: tempo: e mexe:
Che tutti ponti son dastrologia.

Joanne de monte regio questo fexe:
Coglier tal frutto acio non grave sia
In breve tempo: e con pochi penexe.

Chi teme cotal spexe.

Scampa virtu. I nomi di impressori
Son qui da basso di rossi colori

Venetiis. 1476.

Bernardus pictor de Augusta
Petrus loslein de Langencen
Erhardus ratdolt de Augusta.

In 4.° majori..... XII. E. 8.

— Alia editio, *latine. Prima pagina maeandrico opere ornatur, et carmina* Jacobi sentini Ricinensis *continet, sub hoc titulo rubro:* In laudem operis huius a Joanne de monte regio editi germano4 decore et nostrae aetatis astronomorū principe Jacobi Sentini Ricinensis Carmina. *Haec excipit Epigramma cum inscriptione rubra in aversa pagina, nimirum:*

C. Johannes Lucili' santritter helbrōnēsis
Lectori. S.

Cui dedit ingenium divina potentia: et artes
Qui bene daedalias solus in orbe tenet.
Hoc augustensis ratdolt german' erhardus
Dispositis signis undiq3 pressit opus.
Vivat ut hic: semp' volventes fata sorores
Nā prodest multis lector amice roga.
Anno S. 1482. Idus. 5. Augusti Venetijs.

Hisce verbis absolvitur plagula; exinde opus incipit, quod desinit eodem pacto, quo editio praecedens.

In 4.° ..... VIII. B. 34.

Typus, quo haec editio imprimitur, gallo-francus minutus est, qui 38. lineas implet in paginis perfectis. Eclipseon figurae rubrae, et nigrae, initialesque florentes quadrato insertae xylographicae sunt, in reliquis consonat ut plurimum praecedenti.

— Exemplar alterum..... XII. D. 36.

Digitized by Google

— Epytoma Joānis De mōte regio In almagestū ptolemei. *Is titulus expressus litteris gallo-francis maximae formae, quae ligno incisae videntur, primam occupat paginam; secunda vero vacua est. In secundo folio incipit Nuncupatoria, sub epigraphe:*

Cl. Ptolemei alexandrini Astronomo4 principis
ις μεγαλιν σινταξιν (sic) idest in Magnam Constructionē: Georgii purbachij: eiusqꝫ discipuli Johannis de Regio monte
Astronomicon Epitoma

Reverendissimo in christo patri ac dño Bessarioni: episcopo Tusculano: sancte Romane ecclesie Cardinali: patriarche Constantinopolitano Johannes germanus de Regio monte se offert devotissimum. *Epistolam excipit carmen ad Lectorem in prima pagina folii tertii.*

Jo. Lu. Ad Lectorem

Regius hic mons est: sedes veneranda Johannis
Quem legis auctoris lector amicè libri.
Indicat ingenium: paucis quod contigit olim:
Nam reserat: clausum quicquid olympus habet.
Astrorum cursus: et qua ratione moventur.
Non nisi: crede mihi: mens generosa capit.
Nāqꝫ subit celos: venturaqꝫ precipit illic:
Prospera vt eveniant multaqꝫ novit opem.
Astrologos igitur merito veneremur honore:
Roma secuta illos: iam caput orbis erat:

Aversam hujusmodi folii paginam occupat tabula xylographica, quae Sphaeram *praecipue exhibet, et imagines* Ptolemaei, *et* Regio Montani. *In quarto folio ipsum opus, in tredecim libros divisum, initium sumit a titulo:* Liber primus Universalis ambitus totius Terre ad totum Celum considerationes que necessario presupponende erant premittit. Theoremata quoque que ad sphericas demōstrationes premittunt⁹ enarrat. Chordarum atqꝫ arcuū tradit doctrinam. Ascensiones demū recte investigat. *Ad calcem,* Finis, *postmodum vero legitur:* Explicit Magne Compositionis Astronomicon Epitoma Johannis de Regio monte. Impensis non minimis: curaqꝫ et emendatione non mediocri virorum prestantiū Casparis Grossch: et Stephani Roemer. Opera quoqꝫ et arte impressionis mirifica viri solertis Johanni hāman de Landoia: dictus hertzog: felicibus astris expletum. Anno a prima rerum etherearū circuitione. 8480. Sole in parte sextadecima virginis gradiente. In hemispherio Veneto: Anno salutis. 1496. currente: Pridie Calē. Septembris Venetiis: Maximiliano Romanorum Rege primo faustissime imperante. *Post haec invenitur signum Typographi.*

Digitized by Google

In folio..... IX. E. 1.

Opus istud duplici gallo-franco charactere, praestanti admodum papyro, impressum cernitur. Nam verba *Almagesti* compendiose praefixa *Commentariis*, vel *Propositionibus* majori typo expressa sunt. Character minor 49. lineas occupat in paginis integris. In superioribus marginibus libri indicantur, in externis astronomica schemata lignea visuntur; in inferioribus signaturae tantum, quae litteris, et arabicis numeris constant. Initiales florentes xylographicas Impressor adposuit sectionibus operis.

—— Exemplar alterum..... IX. G. 25.

—— Ephemerides sive Almanach Perpetuus. *Laudatus titulus in prima pagina litteris magnis ligneis expressus reperitur: Praeceduut* 1. Tabula Climatum: et Paralellorum: et augumenti longioris diei super diem equinoctij: et in diversis gradibus miliariorum. *II.* Residuum Tabule precedentis climatum. *III.* Tabula Regionum. Provinciarum ac Civitatum insigniorum Europe etc. etc. *IV.* Calendarium. *V.* Tabella Cicli Solaris et Lunaris clavisque cōmunis festorum mobiliū. *VI.* Tabula Quantitatis dierum. *VII.* Ephemerides sive Almanach perpetui circuitus Canonesq3 in eas. *VIII.* Joh. Lucilii Santritter Helbrūnēsis German'. astronomie viris praefatio *IX. tandem* Registrum chartarum. *Haec omnia decem foliis comprehenduntur. In folio xi. incipiunt* Ephemerides *ab* anno salutis 1472. *Ad calcem voluminis:* Expliciunt Ephemerides solis et lune planetarumq3 perpetue impensis opera et arte impressionis mirifica Petri Liechtenstein coloniensis explete Anno Siderum conditoris 1498. Idibus Octobris. Venetiis Maximiliano Romanorum rege primo faustissime imperante. Cum gratia et privilegio Laus deo.

In 4.°..... VIII. B. 2.

—— Disputationes contra delyramenta Cremonensia, *sive* Gerardi Cremonensis, in theorias planetarum. *Extat cum* Sphera Mundi Joannis de Sacrobosco. *Vide* Sacrobosco.

Monte Rochen, *vel* Monte Rocherio Guidonis de. Enchiridion Sacerdotum, *sub titulo* Manipulus Curatorum. *In primo folio* Incipit tabula huius libri, *quae tria priora occupat folia: post albam paginam occurrit* Registrum huius libri. *In folio quarto recto* Incipit manipulus curatorum a Guidone de mōte rochen sacre theologie professore. *Huic titulo subnectitur Nuncupatoria Epistola sub epigraphe:* Reverendo in xp̄o patri ac dn̄o domino Raymūdo divina ꝑuidentia sancte sedis ualentie ep̄o. suorum devotorum minimus Guido de monte rochen. cum deuota et humili recomendatōne. se totū suis obsequiis mancipatum commendat. *Ad calcem operis post verbum* AMEN, *legitur:* Explicit manipulus curatorū eximii doctoris Guidonis de mōte Rochen. ꝑ Johannē Reynhard' de Enygen Constātien dyoc̄. feliciter impressus. Sub anno incarnatōnis domini. M. CCCC. LXXVI. Die V̄. xvi. mens'. februarii. Regnāte Sixto IIII. Pōt. max. anno eius. V.

In 4.° parvo..... II. A. 24.

Sine loci indicatione, sed *Romae* tribuenda editio, ubi laudatus Typographus impressit ab anno 1473. ad 1476. Haec vero latuit diligentissimum *Audiffredum*, et quamplures alios Bibliographos.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... II. A. 22.

—— Alia editio. *Praecedit Tabula tractatuum, et capitum, tresque priores complectitur plagulas: in quarta* Incipit manipulus curato4 cōpositus a Guidone de mōte rochen sacre theologie professore. *Verbis hujusmodi subditur Nuncupatoria, cujus titulum supra retulimus. Typographica nota extat ad calcem hoc pacto:* Explicit Manipulus curato4: Impress⁹. Rome Anno domi (sic) milesimo quadrīgētesimo septuagesimo septimo die vero prima decembris. *In aversa pagina conclusio quàedam Auctoris, et* Registrum huius libelli *habetur.*

In 4.° parvo..... XHI. A. 21.

Sine nomine Typographi, quod ignoravit etiam *Audiffredus*, tu ipsemet fatetur in *Catalogo hist. Crit. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 222.*

—— Alia editio. *Praeit* divisio hujus opusculi, *et* Tabula *tribus foliis contenta; postea* Incipit manipulus curato4 composit⁹ a Guidone d⁹ mōte rochen sacre theologie professore. *Sequitur Nuncupatoria Epistola, et ad calcem haec notantur verba:* Explicit manipulus curatorum. Impressus Rome Anno domini Millesimoquadrīgētesimo octuagesimo primo die Vo quinto Novembris. *Penultima pagina conclusionem Auctoris, et* Registrum hujus libelli *continet.*

In 4.° parvo..... XIII. A. 31.

Sine nomine Typographi. De hac editione vide *Audiffredum Append. pag. 449.* qui eam tribuit *Buchario Silbero.*

—— Exemplar alterum..... XIII. A. 33.

—— Exemplar tertium..... II. B. 25.

—— Exemplar quartum..... II. A. 26.

—— Alia editio. *Titulus, ut in antecedentibus editionibus. Opere absoluto legitur in summitate primae columnae ultimi folii aversi:* Hoc opus qui curato4 Manipulus Intitulat ī quo quidē multa notatu digna auctoritateq3 fūdata de ecclē sacrīs ponuntur ad eruditionē minus prudētem (sic) religiosorum: perfectum est. Impressumq3 venetijs per Andreā de bonetis de pavia. Regnante Serenissimo principe Dño Joanne Mocenico inclito duce veneto. Anno. m.cccc.lxxxiij. die. xv. Martii. *Sequitur* divisio hujus opusculi, *et* Tabula, *quae fortasse ob compactoris incuriam suta est ad calcem voluminis; et in prima pagina ultimi folii occurrit* Registrum.

In 4.° parvo..... II. A. 26.

—— Alia editio. *In secundo folio recto, nam primum album est, legitur* MANIPULUS CURATORUM. *In tertio folio* Incipit Manipulus curatorum cōpositus a Guidone de monte rochē sacre theologie professore, *et huic titulo, ut in praecedentibus editionibus, subnectitur Nuncupatoria Epistola. Opere absoluto legitur* FINIS; *deinde sequitur* divisio hujus opusculi, *et* Tabula, *quae terminatur his verbis:* Feliciter explicit; *deinde,* Presens opusculum hic finem habet noviter maxima cum diligentia revisum et fideli studio emendatū sicut

Digitized by Google

ipsum opus ꝑ se sectis (sic) attestabitur ꝑ venerabilem presbyte4 decreto4 ꝑfessorem. d. Troilum zane: Venetiis. M. cccc. lxxxxiii. die xvi. Novembris. *His subnectitur* Registrum hujus operis.

In 4.°..... ..... II. D. 26.

Sine nomine Typographi.

—— Alia editio. *Praeit* Tabula, *tantum in primo folio recto; et in secundo* Incipit Manipulus Curatorum Compositus a Guidone de mōte rochen sacre theologie ꝑfessore. *Ad calcem:* Explicit Manipulus curatorum Impressus Anno domini Milesimo q̄dringentesimo octuagesimo quarto die vero secunda Januarij. *Huic typographicae notae subnectuntur Auctoris Conclusio, et* Registrum foliorum.

In 4.° parvo..... II. A. 18.

Sine loci indicatione, et nomine Typographi. Editionem hanc refert *Rossi pag. 49.* et *Panzer. Tom. IV. pag.* 34.

—— Alia editio. *In primo folio recto litteris gallo-francis majoris formae legitur:* Manipulus Curatorum. *In sequenti folio opus initium sumit a titulo, uti in praecedentibus editionibus, cum Nuncupatoria Epistola subnexa. Opus terminatur verbo,* FINIS; *deinde adcedunt* Divisio huius opusculi, *et* Tabula, *qua absoluta verbis,* Feliciter explicit, *subjungitur nota typographica:* Impressum Venetiis. M. cccc. lxxxxyiii. die ultimo Marcii. Registrum hujus operis *tandem visitur.*

In 4.° parvo..... II. A. 19.

Sine nomine Typographi. De hac editione Bibliographi celebriores silent.

—— Alia editio. *In fronte operis sequentia habentur:* Tabula sequentis opis quod Manipul' curatorum nūcupatur Felciter (sic) incipit. *Tabula duo priora folia occupat. In folio tertio* Incipit Feliciter doctissimi ac Famosissimi viri dñi Guidonis demonte Rochen liber qui Manipulus curatorū vulgariter appellatur In quo ꝑnecessaria officia eo4 quib' cura aīa4 omissa est secundum septē Sacramēto4 et ordinē breviter ꝑtractant'. *His subjecta legitur Epistola Nuncupatoria ad* Raymundum Valencie episcopum, *ut in editionibus praecedentibus, quam in aversa pagina* Prologus, *ac istum in folio quarto recto ad lineam xx* Divisio hujus operis *excipit. In linea xxx. incipit* Tract' primus de sacramentis in generali et habet tria cp̄la. *Opus folio cvii. finitur his verbis:* Deo gratias.

In folio..... XIII. E. 12.

Pervetusta haec est editio, Bibliographis quamplurimis, quos evolvi, ignota; iisdemque litteris excusa quibus *Martinus Flach Zamorensis Speculum vitae humanae* anno 1475 sine loci indicio impresserat, sed procul dubio *Argentinae;* nam quoties is editionis locum adnotavit, *Argentinensem* urbem nominat; unde concludendum, eum typographicam artem semper in eadem exercuisse;

Digitized by Google

quod et *Schoepflinius in Vindi. typogr.* adfirmat. Typus, quo hoc opus impressum est, gallo-francus majusculus, ac rudis est. Lineae in quavis pagina integra 36. numerantur. Litterae initiales nullae extabant in spatiis, antequam Miniculator eas adponeret rubro colore: nullae signaturae, nulli custodes, nullique paginarum numeri adparent. Interpunctionis signum occurrit *punctum* et quandoque *virgula* longiori linea expressum.

Monte Sicco Joannis Baptistae de. Confessio, *italice. Extat oum* Excusatione Florentinorum latina Barptolamaei Scalae. *Vide* Scalae.

Monthesauro Natalis de Veronesis. De dispositionibus quas vulgares mal franzoso appellant. *Huic titulo in summitate primae paginae excuso, subjecta habetur brevis Auctoris praefatiuncula, qua absoluta in eadem pagina, opus ipsum inchoatur; quod in quinque capita distributum est. Tum sequuntur. I.* De accidentibus anime letetur (sic) et stet in cantilenis et iocis quātum est possibile. *II.* Solutiones ad obiecta contra Abolai. *III.* Solutio ad obiectiōes que attinent ad servitores medicorū sicuti sunt herbarij. *IV.* Questio de subiecto medicine; *quae terminatur his verbis in ultimo folio recto:* et istud sufficit. *Aversa pagina vacua est.*
In 4.°..... XII. A. 12.

Memoriam libri hujus oppido rari, ac fere incogniti conservarunt *Ioan. Astruc de Morbis Vener. Tom. II. pag. 14* et *Albertus Haller Bibl. Medica-Pract. Tom. I. pag. 480.* et forsan a nobis post illos, nunc primum citatur: nam illum ignorarunt et Principes Bibliographorum, et eruditissimi Scriptores *Onuphrius Panvinius*, et *Maffejus*, qui de historia litteraria Veronensi fuse pertractarunt. Scripsit enim *Natalis de Montesauro* adversus *Nicolaum Leonicenum*, qui primus, aut inter primos Italorum de *morbo gallico* disseruerit, ostenditque *non esse novum morbum, sed veteribus, et praesertim Arabibus utique notum, et a mala aeris temperie nuper exasperatum;* quam *Leoniceni* assertionem *Montesaurus* strenue oppugnavit, opusculumque emisit, de quo facta est mentio. *Antonius Scanarolus Mutinensis* pro suo magistro *Leoniceno* decertans, *Montesauri* oppugnationem refutavit libello typis *Benedicti Hectoris* excuso *Bononiae* anno *1498.* Hisce positis, merito deducimus *Montesauri* opusculum evulgatum fuisse vel eodem anno, scilicet *1497.* quo *Aldus Venetiis Leoniceni* librum impressit, vel initio anni *1498.* priusquam *Scanarolus* emiserit suum. De loco vero impressionis non ausim aliquid certi pronunciare: nam licet in praefatiuncula libello praefixa, auctor dicat opusculum conscripsisse dum ipse *Ferrariae* degebat, *tempore quo erat a lectionibus absolutus, rogatu suorum scholarium;* tamen tum ex Bibliographis, tūm ex Auctoribus, qui Ferrariensem historiam litterariam scripserunt, et praesertim ex *Ferrante Rossetti* in sua accurata *historia almi Gymnasii Ferrariae*, nihil de *Montesauro*, eiusque opusculo haurire potui. Ceterum suspicor *Ferrariae* editionem hanc fuisse excusam ab *Andrea Belfortis*, ob quamdam typorum similitudinem, quibus iste evulgavit *Plinianam defensionem Paldulphi Collenucii adversus Nicolaum Leonicenum;* de qua facta est mentio in tom. 1. hujus Catalogi pag. 208. Character enim est valde rudis, et inaequalis, qui potius ad semi-gallo-francum, quam ad latinum accedit. Charta satis crassa, fusca, et minime levigata; in eius marginibus nec custodes, nec foliorum numeri, nec signaturae visuntur. Desunt etiam initiales litterae in spatiis vacuis, et 36. lineae numerantur in paginis integris. Abbreviationes, et contractiones verborum passim occurrunt, et pro interpunctionis signo, tantummodo punctum visitur: totum denique opus XVI. foliis concluditur.

Montibus Joannis Crispi de. Repetitio Tituli instit. de here. ab inte. defe. et tituli de gradibus cum arbore. *Prima pagina folii primi vacua est; aversam occupat* Arbor omniū actionum tam pretoria4 q̄3 civilium; et incipit a pretorijs tanq̄3 a majori parte: piuris vtriusq3 doctorē: dnm Johannē Crispum de montibus civem aquilanū. *Is titulus rubro colore impressus cernitur in summi-*

Digitized by Google

tate arboris. Primam folii secundi paginam implet Tabula omnium actionum tam pretoria4 q̄3 civilium sm̄ ordinem alphabeti : per eúndē dn̄m Joannē Crispum. *In aversa legitur Auctoris Epistola Nuncupatoria* ad Reuerēdū in christo patrem dominū Dominicum capranicensem romanum patricium : canonicum basilice sancte Marie maioris de urbe : Ac reverendissimi domini olim cardinalis firmani nepotem : dominum sibi plurimum observandum. *In folio tertio ipsum opus incipit, quod constat quinque fasciculis. In fine sequentia habentur :* Et ꝑ hec reddo cōpletū opusculum ego Jo. Crispus q̄. s̄. In vigilia sancti Joānis baptiste in almo studio Pathavino. Inp̄ssum (sic) Venetijs ꝑ Joānē Haman d' Landoin alemanū : Anno dn̄i Millesimo quadringentesimononagesimo. viij. idus Octobris. Ad laudem omnipotentis dei et eius gloriose matris. Amen. *His subjectum est Typographi signum, quod refert* Orlandius *n.ro 29. Sub eadem signaturarum serie sequitur* Repetitio titulorum ab intestato, et de gradibus. *In fronte ejusdem rubro colore impressum legitur :* Repetitio tituli insti. de here. q̄ ab inte. defe. et tituli de gradibus cum arbore edita per dn̄m Johannē Crispū de mōtibus. Civem Aquilanum ad magnificū dn̄m Ludovicum Scledeum Vincentinū: olim artista4 rectorē benemeritum et in florentissimo gymnasio Patavino publice legentem. *In fine Opusculi legitur :* Sequitur arbor. Et post arborem ponūtur alie regule speciales ad declarandum ramum successionis. Et etiam in fine aliquid de cognatione spirituali ponitur. *Sequitur proinde arbor, quae duas occupat paginas, ligno eleganter insculpta, ac coloribus picta, cui adcedunt* Regulae, *antea notatae. Ad calcem vero sequentia habentur :* Laus deo. Expletum est presens opusculum Impressum Venetijs : impensis atq3 diligentiori cura Johannis hamman de Landoia Alemani dicti Hertzog : Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo xiiij. Kal.s Novembris. *His denuo Typographi insignia sunt subjecta* In folio majori..... VI. G. 10.

Haec duo opuscula chartae firmae, et albae in duabus columnis gallo-franco, ac luculento charactere impressa sunt. Desunt custodes, paginarum numeri, et initiales litterae. Paginas litteris signavi Typographus. Hac de editione, quae prima omnium videtur, *Maittairus*, ac quamplures Bibliographi nullam habuerunt notitiam.

Monticellis Dominici de. Versio Epistolarum Ovidii, *octostichis italicis exarata. Vide* Ovidii.

Monticello L. Cardinalis de. Paraphrasis libera Poëmatis Lucani, *italicis carminibus. Vide* Lucani.

Montis Petri. De dignoscendis hominibus opus, *quod ex hispanico latine vertit* Gundisalvus Ayora. *In prima pagina haec expressa sunt verba, operis titulum exhibentia :* PETRUS MONTIS DE DIGNOSCENDIS HOMINIBUS INTERPRETE G. AYORA CORDUBENSI. *In folio secundo recto capitum, et librorum Tabula inchoatur, quae in folio octavo recto absolvitur ad lineam xiv. In sequenti pagina incipit :* GAYORAE CORDUBENSIS PRAEFACIO IN LIBROS DE DIGNOSCENDIS HOMINIBUS. P. MONTIS PHILO-

Digitized by Google

SOPHI: AD ILLUSTRISSIMAM ELISABETH HISPANIARUM REGINAM PRAECLARISSIMAM. *Opus incipit a prologo, in folio xi. recto, praevio titulo:* P. MONTIS DE HOMINUM NATURA COGNITIONEQUE AD JOHANNEM HISPANIARUM PRINCIPEM LIBER: INTERPRETE. G. AYORA CORDUBENSI. *Ad calcem conclusio Interpretis ad* Elisabetham Reginam *occurrit, et* EIUSDEM EXHORTATIO DE FUTURO SILENTIO SIBIIPSI; *et hac absoluta, legitur:* CONSUMATUM EST. *Typographica nota adcedit hisce constans verbis:* Antonius Zarotus Parmensis Mediolani hoc opus impressit Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo: Sexto decimo Chalendas Januarii. Registrum *tandem adcedit.*
In folio minori..... VII. A. 40.

Moralisationes super tota Biblia. *Vide* Berchorii Petri, *Tom. I. hujus Catal. pag.* 68.

Moralitatum liber. *Vide* Lumen Animae. *Pag.* 52.

Morandi Benedicti. De Laudibus urbis Bononiae. *Praeit Nuncupatoria inscripta* Ad illustrissimum principem et reverendissimū patrē. d. fr. d' gonzaga. Cardinalem mātuanū benedict' morād' Bononiensis. *Ad calcem post verba,* Finis Laus Deo., *occurrit nota typographica hoc pacto:* Impressum fuit hoc opus in studio4 altrice Bononia per Vgonem de rugeriis. Anno a natali christiane (sic) i481. die duodecima aprilis. Sixto pontifice maximo rome sedente. Tempore felicis status libertatis Bononia (sic) Sub divo Johanne Bentivolo Cive primario.
In 4.°..... IX. B. 30.

Moravi Augustini Olomomucensis. Dialog' in defensionem poëtices. *Laudata verba majoribus gallo-francis typis habentur in prima pagina; in aversa occurrunt carmina in laudem libelli. In secundo folio visitur Nuncupatoria Auctoris, cum inscriptione:* Augustinus Morauus Olomucēsis. R. D. Joanni epō Uratislauiensi. S. P. dicit. *Haec terminatur in folio tertio recto, ad lineam XIX., et immediate incipit* Dialogus, *in quo* Laelius, Augustinus, Uallarius Interlocutores *sunt. Absolvitur* Dialogus *folio xv. recto, et in postica pagina legitur alia Auctoris Epistola, sic inscripta:* Augustinus Olomucēsis. Andree Stiborio Canonico Olomucensi Avunculo suo. S.P.D. *data est* M.ccccIxxxxij. xiij. Calēn. decēbi'. Patavij. *His subjungitur nota typographica, scilicet:* Impressione completū Anno salutis. M. cccc. Ixxxxiij. Calēn. ix. april'. in ora divi Pantaleonis Venetijs. Laus honor et gloria deo christo altitonanti. *Post notam typographicam, charactere subalbido ms. legitur Possessoris nomen, scilicet,* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasii testamento.
In 4.°..... IX. B. 60.

Ex nota chronologica secundae epistolae *Moravi* nempe *1492.* patet, quam male *Orlandus pag. 368.* signet duas hujusmodi opusculi editiones, annorum scilicet *1483.* et *1493.*

—— Exemplar alterum..... X. B. 52.

Digitized by Google

Moschi Joannis, *cognomento* Evirati. Pratum Spirituale ad Sophronium, *ex latina versione* Ambrosii Camaldulensis. *Extat cum vitis* SS. PP. *italice. Vide* Vitae SS. PP.

Moysis Raby. Aphorismi medici. *Adcedunt* Aphorismi Joannis Damasceni, et Rhasis, *et* Prognostica Hippocratis. Prologus *praecedit cum titulo :* Incipiunt aphorismi excellentissimi Raby Moyses secundum doctrinam Galieni medicorum principis. *Opus* Moysis *desinit verbis*, LAUS DEO, *quibus subditur*, FINIS, *quem excipit typographica notitia, videlicet :* Bononie īpressum impensa Benedicti Hectoris librarii : opera vero Platonis diligentissimi impressoris Bononiensium Anno gratie. M. ccccIxxxviiii. quarto calendas Junii. Registrum *his subjacet verbis ; et post vacuum folium incipiunt* Amphorismi (sic) Johannis damasceni : *hisce vero absolutis legitur :* Expliciunt amphorismi Rabi moyses et amphorismi Johannis Damasceni et amphorismi Rasis cū pronosticis ypocratis q° fuerunt inventa in suo sepulchro in capsa eburnea diligentissime Bonovie (sic) impressi : impensa Benedicti hectoris Librarii : cura vero platonis de Benedictis stampatoris acuratissimi. *His subnectitur* Finis Laus deo.
In 4.° parvo. ..... VIII. B. 13.

Editio valde rara, quae adcuratissime describitur a *Seemiller Fascic. III. pag. 171.*

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 14.

—— De regimine sanitatis. *Opus incipit absolute a verbis :* tractatus Rabi Moysi quē domino et Magnifico Soldano babilonie transmisit Postquā admanusminii servitoris Moysi israhelitici cordubeni preceptum principis ac honorati regis pervenit cui deus gloriosus honores augumentare dignetur. etc. etc. *Ad calcem post verba*

Laus deo et Marie uirgini

legitur :

Imprexum (sic) Florentie
apud Sanctum
Jacobum de
Ripolis.

In 4.° parvo..... XII. A. 75.

Sine chronologica nota. Editio est charactere Romano non ineleganti, solis signaturis instructa, quae pertingunt usque ad *E IIII.* omnesque fasciculi quaterni sunt; ideoque folia sunt 40. Typographus non multum sollicitus fuisse videtur de aequali linearum numero in singulis paginis servando: in quibusdam siquidem paginis lineae sunt num. 28., in aliis 25.; in majori parte, 26. vel 27. Initiales aliquando parvis elementis indicantur in spatiis satis amplis, aliquando omnino desunt.

—— *Vide* Rhasis.

Mozolini Silvestri. *Vide* Prierani.

Digitized by Google

M U

Mucagatae Philippi. Oratio in die Epiphaniae. *Titulus in fronte opusculi*: In die Epiphaniae, *deinde* : Cum natus esset Jesus in Bethelem Judae etc. etc. *Huic subnectitur brevis Auctoris allocutio ad summum Pontificem, qua expleta, et recitata* angelica salutatione, *ipsa oratio incipit, quae absolvitur in folio quarto averso, cum conclusione* : DIXI. Edita et recitata per fratrem Philippum Mucagatam Castellatium de Alexandria ordinis servorum Sanctae Mariae coram Summo Pontifice et Collegio Reverendissimo4 Cardinalium in Capella maiori Sancti Petri Romae in medio missae in diae (sic) Epiphaniae. M. ccccIxxxviii.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Memoratur haec editio a *Denisio in Suppl. pag. 622.* et ab *Audiffredo pag.432*, qui ex typis *Eucharii Silberi* eam prodiisse autumat.

Mucello Dyni. *Vide* Rosonii Dyni.

Mugello Dyni. *Vide* Rosonii Dyni.

Mulierum Gloria. *Vide* Gloria Mulierum. *Tom. I. pag. 340.*

Mulin Adami de. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Silvii epistolis. *Vide* Picolhominei.

Mulleri Joannis. *Vide* Monte Regio Joannis de.

Mundini Medici Bononiensis. Anothomia. *In nostro exemplari deest primum folium, et opus incipit a secundo. Ad calcem operis typographica nota sic legitur* : Hic modus imponit9 anothomie Mundini : que non paucis in locis emendata fuit per excellentissimū artis et medicine doctorem magistrum Hieronymū de Maffeis de Verona īpressaq3 ꝑ magistrū Mattheū cerdonis de Uuindischgretz Padue. Anno dñi 1484.
In 4.°..... VIII. B. 45.
—— Alia editio, *quae extat excusa quinto loco, cum operibus* Joannis de Ketham. *Praeit operi* Mundini *Tabula ligno insculpta, in qua variae figurae exhibentur, inter quas eminet icon* Mundini *e Cathedra docentis, ejusque discipuli in sectionem cujusdam cadaveris super tabula jacentis intenti cernuntur. Imminet titulus* : Incipit anothomia Mundini. *Ad calcem post verbum* Finis, *typographica nota his verbis habetur* : Hec Anothomia fuit emendata ab eximio artium : et medicine doctore. d. magistro Petro Andrea Morsiano de Imola in almo studio Bononie cyrurgiam legente coadiuuantibus magistro Joanne Jacobo cararia de bureto. Et magistro antonio Frascaria Januēsi cyrurgie studētibus. Impressūm (sic) Venetiis per Joannem et Gregorium de Gregoriis fratres. Anno dñi. M. cccc. xcv. die. xv. octobris.

Digitized by Google

In folio..... IX. E. 3.

—— Expositio super canones universales Joannis Mesuae. *Extat cum textu* Mesuae. *Vide* Mesuae.

Musaei Opusculum, *sive poëmation* de Herone, et Leandro, *graece, et latine. In prima pagina titulus graecus adest, sic inscriptus:*

Μουσαιου ποιηματιον τὰ καθ' Ηρω και Λεανδρον ὁ δη και
εις την ῥωμαιων διαλεκτον αυτολεξει μετω
χετευθη.

Cujus latina versio subjungitur, nimirum:

Musaei opusculum de Herone et
Leandro quod et in latinam
linguam ad uer-
bum trala-
tum (sic)
est.

In folio averso duae additiones impressae sunt, quibus graecum Musaei epitaphium, *unico disticho constans, cum latina versione, subnectitur; et de eodem poëta brevis adnotatio. In secundo folio recto occurrit* Praefatio, *graece tantum. In eodem folio averso* Marci musuri *epigrammata duo graeca impressa sunt, eorumque latina versio habetur folio tertio recto. Poëmation in sequenti pagina inchoatur. Ad calcem graeci textus legitur:*

ΤΕΛΟΣ
ΕΓΡΑΦΗ ΕΝ ΕΝΕΤΙΑΙΣ ΔΑΠΑ-
ΝΗι ΚΑΙ ΔΕΞΙΟΤΗΤΙ ΑΛ
ΔΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΕΛΦΗ
ΝΟΣ ΚΑΙ ΡΩ
ΜΑΙ
ΟΥ.
ΘΕΩι ΔΟ
ΞΑ

In 4.° parvo..... XVII. G. 1.

Editio princeps, et rarissima, quae creditur primum tentamen typographicum Aldi Manutii; et ad annum 1494. plerumque refertur. Tam graecus, quam romanus character elegans est, et in paginis integris 20. lineas complectitur. Folia graeca, et latina se invicem excipiunt, nam quodvis vel latinum tantum, vel graecum characterem exhibet. Custodes, et numerationes plagularum 22., quibus absolvitur libellus, minime invenies; signatura vero foliorum adparet. Initiales, et ornamenta quaedam superiorum marginum duarum principum paginarum poëmatii, maeandrico opere ligno incisa exprimuntur; eodemque pacto impressae sunt duae tabellae, quae medium in libello locum obtinent.

Digitized by Google

Musonii. Epistolae ad Apollonium Tyanensem, *graece. Extant in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum auctorum.

Musuri Marci. *Vide* Etymologicum magnum graecum.

Mutii Macarii. Poëma de christi triumpho. *Occurrunt duae. Auctoris epistolae ad Lectorem, quarum una praefigitur Poëmatio, altera in fine voluminis, ambaeque titulum gerunt:* MACARIUS MUTIUS EQUES CAMERS LECTORI FELICITATEM. *Ad calcem post verbum* FINIS, *typographica nota his verbis habetur:* Impressit Venetiis presbyter Franciscus Lucensis Cantor ecclesiae. S. Marci. Et Antonius Francisci Venetus Littera4 artifex Regnāte Serenissimo Principe: et. D. D. Augustino Barbadico dei grā. Inclito duce Venetia4. Anno salutis dñi. M.cccc.xcix. mensis martii feliciter.
In 4.° ..... XIII. D. 19.

—— Epistola ad Angelum Politianum ex Camerino scripta. *Extat cum epistolis* Politiani, *scilicet in lib. VII. Operum. Vide* Politiani.

Digitized by Google

M Y

Myae. Epistola ad Phyllidem, *graece*. *Extat in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum.

Mydleton Richardi. *Vide* Media villa Richardi de.

Myrensium. Epistolae duae ad Marcum Brutum, *latine*, *ex* Rinucii Thettali versione. *Extant cum epistolis* Bruti. *Vide* Bruti.

Myrsilii Lesbi. De origine Italiae, ac Turrenae, *cum* Commentariis Annii Viterbiensis. *Extat inter Anniana figmenta. Vide* Nannii.

Mysilii. *Vide* Myrsilii.

Mysonii. *Vide* Musonii.

Mytilenaeorum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum epistolis Mahummedis. Vide* Mahummedis.

Digitized by Google

N A

NALDII NALDI. Elegiae in nuptiis Hannibalis Bentivogli. *Sequentia verba excusa leguntur in primo folio recto:* Nuptiae domini Hannibalis bentivoli Illu. principis filii. *In folio secundo recto incipit:* NALDI. NALDII. FLORENTINI. CARmẽ nuptiale Ad. Illu. Principes Joannem atq3. Hānibalem bentivolos. *Absoluto carmine folio xxvii. recto, in aversa pagina occurrit Epistola* Naldii ad Hannibalem Bentivolum, *quae terminatur in sequenti folio recto, ad lineam quintam. Epistola data* Florentiae Kalendis iuliis Mcccclxxxvii. *Huic subnectitur* NALDI naldii elegia ad Hānibalem bentivolum, *quae terminatur cum clausula*, finis.

In 4.°..... XII. A. 11.

Hujusmodi opusculi mentionem faciunt *Hyppolitus Maracci in Bibliotheca Mariana, Michael Poccianti in Catalogo illustrium Scriptorum Florentinorum, Jacobus Gaddi de Scriptoribus non Ecclesiasticis*, ac *Giulio Negri Istoria de' Fiorentini Scrittori*; sed de editione omnino silent; quinimo latuit Bibliographos fere omnes. Opusculum excusum est charactere rotundo non ineleganti, in charta satis spissa, et rugosa. Lineae 24. numerantur in paginis integris, in quibus neque foliorum numeri, neque custodes visuntur; sed tantummodo signaturae, quae litteris, arabicisque numeris instructae sunt.

—— Exemplar alterum..... X. B. 61.

NANNII JOANNIS Viterbensis. Commentaria antiquitatum. *Primum folium est album, et in summitate primae paginae secundi folii legitur:* FRATRIS JOANNIS ANNII VITERBENSIS Theologiae professoris ordinis predicato4: de commentariis Antiquitatū ad Christianissimos Hispaniarum Reges Ferdinandū et consortem eius Elisabetham Epistola incipit, *quae in aversa pagina absolvitur, et ad calcem*, EIUSDEM FRATRIS ANNII Comentaria incipiunt: cuius prologus est primus de Etruscis institutionibus. *Prologus in sequenti pagina hoc est titulo praeditus:* Fratris Joannis Annii Viterbensis ordinis praedicatorū Theologiae professoris: super opera de antiquitatibus cōfecta Prefatio incipit. *In hac praefatione totius operis libri, tituli, capitula, et Auctores praenotantur; sed ordo librorum diversus in praefatione ab eo occurrit, quo in volumine excusus videtur; quod etiam animadvertit* Audiffredus *pag. 345. et 346. Praefatione absoluta, vacua pagina adest, et in sequenti* Alexandri PP. VI. *privilegium concessum Typographo, hoc titulo dirigitur:* Dilecto filio Euchario: Silber alias Frank Impressori Libro4: Romañ curiam sequeñ. ALEXANDER. PP. VI. *in fine legitur:* Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die xxiii. Julii. M. cccc. lxxxviii. Pon. nostri Anno sexto; *subscribitur*, L. Podocatharus. *Auctorum nomina, et opera sunt:* Myrsilius Lesbius — Catonis fragmenta xxii. de origine Italiae — Archilochus de temporibus — Methastenes Persa de iudicio temporum et annalium Persarum — Propertii Vertunniana — Phylonis Breviarium — Xenophon de Equivocis — Sempronius de divisione et chorographia Italiae — Q. Fabius pictor de Aureo Sae-

Digitized by Google

culo — Antonini Pii Itinerarii fragmenta duo — Berosus Babylonius de chaldaicis antiquitatibus — Manethon Aegyptius, *qui historiam Berosi prosequitur. Post scriptorum hujusmodi opera, vel fragmenta, occurrit* Chronographia Etrusca et Italica Nanii, *cujus ad calcem adest* Registrum, *eique subjungitur inscriptio:* Cōmentaria fratris Joannis Annii Viterbensis ordinis p̄dicato4 Theologiae professoris super opera diversorum Auctorum de Antiquitatibus loquentiū confecta finiunt. Romae in Campo Florae Anno dñi M. cccc. xcviii. Die x. mensis Julii Impressa per Eucharium Silber ālś Franck. Sedente sanctissimo in xp̄o patre et dño. d. Alexandro. papa vi. Anno eius Sexto. Laus Deo. *Sequitur pagina vacua, exinde occurrunt* Institutiones Etruscae, et Italicae, *quibus inseritur* Desiderii Decretum, *sive* Grimoaldi excerptum. *His absolutis, reperiuntur* quaestiones Anniae, *quas praecedit Epistola cum epigraphe:* FRATRIS Joannis Annii Viterbensis ordinis predicato4 Theologiae professoris ad consobrinū suū fratrem Thomā Anniū: eiusdem disciplinae atque ordinis professorem: epistola responsiva incipit: quam pro eius interrogatis rescripsit. *His* Quaestionibus *additur opus ejusdem* Nannii, DE primis temporibus et quatuor ac viginti regibus primis hispaniae et eius antiquitate. *In fine Registrum occurrit, tandemque legitur:* Cōmentaria fratris Joannis Annii Viterbensis ordinis p̄dicato4 Theologiae professoris super opera diversorum auctorum de Antiquitatibus loquentiū confecta finiunt. Romae in Campo Florae Anno dñi. M. cccc. xcviii. die. iii. mēsis Augusti Impressa per Eucharium Silber ālś Franck. Sedente sanctissimo in xp̄o patre et dño. d. Alexandro Papa. VI. Anno eius Sexto. Laus Deo.
In folio..... XX. H. 20.

Integrum hoc opus duplici charactere excusum est; nam textus gallo-francis majusculis, et Commentaria romanis typis sunt impressa. Plagularum fasciculi litteris signati cernuntur; desunt tamen custodes, et paginarum numeri. Tres priores litterae initiales ligno exculptae; reliquae minutiori charactere sunt expressae. Distinctionis signa omnia observantur. Hac de editione *Audiffredus* fuse agit, in *Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 343.* et seqq. eamque pro secunda habendam esse autumat; primam enim ipse *Nannius* anno 1497. prelo *Romae* supposuit; idque docet contra *P. Laire*, qui editionem 1498. primam, et originalem iudicavit. Vide pag. 341. et 343. In hac vero editione id animadvertendum, uti jam supra innuimus, librorum indicem cum iisdem quoad ordinem, haud consonare; sic locum secundi libri, sextus obtinet; ex quo patet, istam non ab ipso Auctore, ut operis sui partes, juxta ordinem a se in earum digestione praestitutum, imprimerentur, curatam fuisse, sed ab alio, qui Nanniani operis ordinem reformare voluit, simulque congruam novo ordini tabulam aptare neglexit. Confer *Audiffredum* citat. loc. Auctores, quos *Nannius* in citato opere suis commentariis illustravit, ab eo fuisse confictos, quamplurimi cordati viri, ac emunctae naris judicarunt; quapropter falsarii nota recte *Nannius* inuritur, quod falsos antiquitatum libros, ceu genuinos antiquorum foetus litterariae Reipublicae obtrudere non dubitaverit; licet alii aliter sentiant, quos inter est *Thomas Mazza*, strenuus ac eruditus Nanniani nominis defensor, in opusculo Apologetico, *in quo Fr. Jo. Nannius a Recentiorum et Antiquorum calumniis vindicatur.* Vide de hac controversia *Quetif. Tom. II. pag. 5. et 6*, et *Echard. Tom. II. pag. 4.* Nobis vero illorum opinionibus inhaerendo, qui suspicati sunt Auctores, quos *Nannius* edidit, ab eo fuisse confictos, aliam editionem, sine *Nannii* commentariis, hic referre ipsam placuit licet alii, sub nomine *Auctorum Vetustissimorum* posuerint.

— Exemplar alterum..... XX. H. 21.
— Exemplar tertium..... XX. II. 23.

Digitized by Google

— Alia editio, *sine* Nannii Commentariis. *In prima pagina opusculi occurrit Index Auctorum hoc pacto excusus:*

Auctores Vetustissimi Nuper in lucem editi.
Myrsil⁹ Lesbi⁹ Historic⁹ de origīe Italiae et Turreno4
M. Porcius Cato de origine gentium: et urbiū Italica4
Archilochus graecus de temporibus
Metasthenes Persa de Judicio tēpo4 et Annalium Persarū
Philonis Breviarium de Temporibus.
Xenophon de Aequivocis.
C. Sēpronius de chorographia sive descriptione Italiae et eius origine.
Q. Fabi⁹ Pictor de aureo saeculo: et de origīe urbis Ro.
Antonini Pii Itinerarium.
Berosus Babylonicus: dignitate chaldaeus de Temporib⁹ cui titulus est Defloratio Berosi chaldaica.
Hunc autem librum scripsit Atheniēsibus ad emendandos Antiq̄tatum complurimos errores.
Manethonis Aegyptii Historici Supplementū pro Beroso.
Decretum Desiderii regis Italiae.

Aversa pagina vacua est, et in secundo folio recto incipit:

MYRSILUS LESBIUS.

MYRSILI LESBII HISTORICI DE ORIGINE ITALIAE ET TURRENORUM LIBER.

Post Decretum Desiderii Regis Italiae, *legitur,* FINIS, *deinde:* Hos Vetustissimos auctores Nuper repertos Impressit Bernardinus Venetus Anno a Natali Christiāo. M. II. D. CUM GRATIA ET PRIVILEGIO.
In 4.°..... XIX. F. 10.

— Glosa sup Apocalipsim de statu eccīe ab āno salutis pn̄ti sc3. M.cccclxxxi. usq3 ad finē mūdi. Et de p̄claro et gloriosissimo triūpho xp̄ianorum in Turcos et Maumethanos quorū secta et imperiū brevit⁹ incipiet deficere ex fundamētis Johannis in apocalipsi et ex sensu lr̄āli eiusdem aptissimo. cum consonantia ex iudiciis astrorum. *Haec laudata verba habentur in prima pagina, exinde sequuntur* Conclusiones, *quae terminantur in folio tertio recto, ad lineam quintam, cum conclusione:* Expliciunt capitula huius editionis Magistri Johannis viterbiens⁹ ordinis p̄dicatorum. de futuris christianorum triumphis contra thurcos et maumethanos omnes. *Sequitur immediate in eadem pagina Epistola Nuncupatoria sub epigraphe:* Ad beatissimū papā six tū (sic). et reges ac senatus xp̄ianos de futuris xp̄iano4 triūphis in saracenos Epistola magistri Johannis viterbiensis. incipit. *In postica pagina* Incipit p̄hemium in totā editōem sequētē, *quod absolvitur in averso folio quarto, ad lineam sextam, et* Incipit p̄n⁹

Digitized by Google

tractat⁹. etc. etc. *Opus terminatur in folio lxii. averso, ad lineam xiii., et in eadem linea:* Ex genua M. cccc. lxxx. die xxxi. martij. in Sabbato sancto completū. Impressum Colonie anno sequente secūdo scilicet M. cccc. lxxxij. Idibus. Februarijs. *Spatio interjecto octo linearum:* Explicit opus magistri Johannis nannis de futuris christianorū triūphis in thurcos et saracenos. Ad beatissimum pontificem maximum Sixtū quartū Et reges principes ac senatus christianos.
In 4.° parvo..... XIII. D. 39.

Editio admodum rara, excusa typis gallo-francis *Bartholomaei de Unckel* Coloniensis, sine custodibus et foliorum numeris; at cum signaturis. Lineae 28. numerantur in paginis perfectis.

Naritiorum Epistola ad Mahummedem. *Extat cum* Mahummedis *epistolis. Vide* Mahummedis.

Nasonis Joannis Siculi. De Spectaculis Panhormitanis in laudem Regis Aragonei editis. *Is titulus legitur in prima pagina, secunda vacua est. In secundo folio occurrit Epistola metrica, cujus inscriptio:* Joannes Naso Siculus ad. D. Joannē Bonannum uirum optimum et iureconsultum egregium. *Haec terminatur in postica ejusdem folii pagina. In folio tertio:* Joannis Nasonis Siculi Pāhormis de spectaculis a Panhormitanis in Aragonei regis laudem editis Barchinonia in fidem eius recepta foeliciter incipit. *Ad calcem:* Ad Laudē dei et ī patriae ac regis aragonei honorem.
In 4.° parvo ..... X. B. 59.

Sine notis typographicis. Typus rotundus 24. versus complectitur in unaquaque pagina integra. Signaturae inhaerent fasciculis plagularum; foliorum vero numeri, et custodes minime inveniuntur. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Denisius in Suppl. pag. 623.* et *Panzer Tom. IV. pag. 165.*

—— Exemplar alterum..... XI. B. 33.

Natalibus Petri de. Catalogus Sanctorum. *In summitate primae paginae folii primi legitur:*

OMNIPOTENTI DEO: IMMACULATAE SEMPER VIRGINI MARIAE: UNIVERSAEQUE CAELESTI CURIAE SPLENDORI: ET ANIMABUS NOSTRIS VTILITATI

Quae sequuntur, rubro colore sunt exscripta:

CATALOGUS SANCTORUM ET GESTORUM EORUM EX DIVERSIS VO LUMINIBUS COLLECTUS EDITUS A REVERENDISSIMO IN CHRISTO PA TRE DOMINO PETRO DE NATALI BUS DE VENETIIS DEI GRATIA EPISCOPO EQ VILINO (sic)

Digitized by Google

In eadem pagina sequitur Antonii Verli Vicentini ad lectorem endecasyllabon. *Aversam ejusdem*, Antonii Verli *Praefatio occupat. In folio secundo:* IN CHRISTI NOMINE AMEN. incipit Prologus totius operis Catalogi sancto4 et gesto4 eorum ex diversis et multis uoluminibus collecti editi a reverendissimo in christo patre domino petro de natalibus de uenetiis dei gratia episcopo equilinó. *Prologum excipit in folio tertio* Divisio totius operis: per tempora revolutionis anni, *quae in folio quarto averso terminatur. Exinde* Incipiunt capitula libri primi, *quae etiam reliquis libris sunt praefixa. In folio sexto praemisso* Prologo libri primi *in prima columna, in secunda* Incipit liber primus ab adventu domini usq3 ad eius nativitatem. *Ad calcem primae columnae folii aversi cccxxvi. typographica nota legitur hoc pacto:* Catalogi sancto4 per reverēdissimum dominum petrum de natalibus uenetum episcopum equilinum editi opus finit: Vicentiae per henricū de sancto ursio (sic) librariū solerti cura impressum: Augustino barbadico īclyto uenetiarum Duce. Anno salutis. MCCCCLXXXXIII. p̄die id⁹ decēbris. LAUS DEO. *His subjecta sunt* REGISTRUM, *et Typographi signum alibi notatum. Sequuntur quinque alia folia, quae continent gesta quorumdam Sanctorum in catalogo omissorum.*

In folio..... XIX. I. 2.

Hac de editione mentionem faciunt *Freytag* in *Not. libr. rar. Tom. I. pag. 178. Gemeiner in Notit. Bibl. Ratisb. lib. rar.* eamque principem adpellant. Integrum hoc opus, romano charactere praestanti chartae nitidissimae impressum, foliis 331. constat. Caret paginarum numeris, et custodibus. Initiales litterae ligno incisae occurrunt. Plagularum fasciculi litteris sunt signati. Pagina quaevis in duas est distincta columnas, in quibus 59. lineae numerantur.

— Exemplar alterum..... XIX. I. 3.
— Exemplar tertium..... XIX. I. 4.

Natalis Hervaei Britonis. Quodlibeta. *In folio primo averso incipit* Tabula sp̄ p̄tuor quolibeta (sic), *et desinit in tertio recto; eamque excipit alia* Tabula scdm̄ ordinē alphabeti sup̄ q̄ttuor quolibeta magistri Hervei britonis etc. *Opus inchoatur in septimo folio recto, praeitque titulus:* Hervei britonis theologi excellentissimi et generalis magistri ordinis p̄dicato4 quattuor quolibeta feliciter incipiunt. Assit (sic) ergo principio virgo maria meo. *Brevis Epistola praefigitur operi, qua dicit* Benedictus vtinensis ordinis p̄dicato4 theologie p̄fessor. lectori salutem. *In fine haec Typographi industria notantur:* Hervei Natalis Britonis magr⁹i in theologia ordinis predicato4 quolibetū quartū finit feliciter. Impressa sunt hec quolibeta Venetiis per mags⁹m Raynaldum de Novimagio Theotonicū: sub āno dñi. M. cccc. lxxxvj. die v̄o. xj. mensis Julii sūma cum diligentia.

In folio..... II. H. 27.

Nathan. R. filii Jechielis Aruch, *sive* Lexicon talmudicum.

In folio..... XII. H. 12.

Digitized by Google

Sine ulla nota anni, loci, et Typographi; insuper sine numeris, signaturis, custodibus sive paginarum, sive linearum, et punctis, quae periodos absolvant. Eruditissimus *Jo. Bernardus de Rossi* in suo opere *Annales Hebr. Typogr. Saec. xv. pag. 123.* et in *Dizion. degli Autori Ebrei pag.* 76, hanc editionem diligentissime examinavit, et sic de ea loquitur: *Silent et de hac nostra editione omnes bibliographi, qui hucusque Pisaurensem anni 1517. ut primariam suspexerunt. Ea est antiquissima, eodemque charactere elaborata, quo Nachmanidis commentarius,* scilicet ante annum Mccccl xxx. Hunc autem *Commentarium* in *Italia*, et quidem *Neapoli* verisimiliter lucem aspexisse recte quidem asserit idem vir clarissimus *de Rossi* citato opere *pag. 51.* Quapropter dicendum editionem hanc nostram etiam *Neapoli* fuisse excusam, et forsan a *Josepho Guntzenheuser*, qui ea aetate hic commorabatur, et typographicam artem exercebat. Subjungit insuper idem de *Rossi* de hac nostra editione loquens: *Talmudica vocabula, quae explanantur, typis expressa sunt maioribus, ut et initium ac finis cujuslibet litterae alphabeti, et operis, sed minoribus titulus primae paginae praefixus, in quo vocatur Auctor filius R. Jechielis filii R. Abrahami de Roma, multique et eximii honoris tituli ei tribuuntur. Paginae, quae sunt integrae, lineis constant 45. et volumen foliis 305, consueta expliciens nota* ⁊ *Finitus est ac perfectus Laus Creatori seculi* ⁊ *Loca, quae nos vel religionis nostrae auctorem respiciunt, exhibet intacta,* quaeque in posterioribus editionibus, scilicet *Pisaurensi*, et *Veneta* vel ablata, vel immutata fuere.

Nattae Georgii. Repetitio Cap. Quivis de Pacto. *Praeit* Tabula seu repertorium. Notabilium. questionum articulorum dictorum. et oīum. que habentur in superiori repetitione solem. decre. quāuis de pactis. li. vi. edita. per spectabilem. I. v. doctorem dominum Georgium nattam et c̄. *Haec* Tabula, *quae septem comprehenditur foliis, ob compactoris incuriam, suta est in principio voluminis. Titulus operi praefixus, sic legitur in summitate primae columnae folii primi recti.* Solemnis repeticio. c. q̄uis de pactis libro. vi. Edita. p̱ Spectabilē iuris utriusq3 doctorē. d. Georgiū nattam civem astensem Papie iura sexti. et clemētina4 legentē. anno dominice nativitatis. m. cccc. lxxv. cum multis additionibus. postea ab eodem positis. *Opus hac conclusione absolvitur*: Ego georgi⁹ natta minim⁹. I. v. d. et civis astēsis divina suffragante gratia et divi seodi patroni mei presidio. M. cccc. lxxv. die ii. Augusti. *Deinde,* Vade nūc nūc opuscule (sic) oīum doctissimo4 uirorum iuditio sūmittēdū. In primis ad. Illustrissimū prīcipē. et īuictissimū rei belice (sic) ducē. cui⁹ nōi cōsecratū te esse noscis. uade deinde ad accutissimos (sic) ticinēses scolasticos. quibus pro in (sic) mortalibus eorum ī me beneficiis ac sincera benivolentia. plurimum me debere non inficior. Vade postremo et peregrinare quo te sors tullerit (sic) eo quidem pacto ut multas malorū hominum caninas sustineas obtrectationes paciētissime tāq3 aḡus coram tondēte non apiens os suum.

Laus deo. et beate Marie uirgini Amē.

In folio majori..... VII. G. 23.

Sine typographicis indiciis. Opus impressum videtur typis *Antonii de Carchiano* Papiensis. Character est romanus, et aliquantulum ad semi-gallo-francum accedens, qui lineas 52. implet in qualibet integra columna, quae in ora marginum superiori romanis numeris, scilicet ab *I.* usque ad *clxxii.* indicatur. Signaturae adparent, haud vero custodes. Initiales parvis elementis in spatiis, satis amplis visuntur. Hujusmodi editionis mentionem fecerunt *Denis in Supple. pag. 623. De la Valliere Tom. 1. pag. 353. et Panzer Tom. II. pag.* 268.

Digitized by Google

Nauplensium. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Nazareni Joannis. *Vide* Mesuae.

Nazarii. Panegyricus Constantino Imperatori dictus. *Extat inter* Panegyricos veteres, *quorum primus est* Plinii. *Vide* Plinii.

Digitized by Google

N E

Nedellec Hervaei. *Vide* Natalis Hervaei.

Nehumi filii Haccanae. Epistola, *in qua ostenditur* Christum unicum omnipotentis Dei filium, verum fuisse Messiam. *Extat praefixa operibus* Pauli de Heredia. *Vide* Heredia Pauli de. *Tom. I. hujus Catalogi pag. 370.*

Nelli Juliani de S. Geminiano. Tractatus de bannitis. *Praeit titulus :* TRACTATUS INSIGNIS AC preclarissimus editus ab excellentissimo Jurisconsulto Domino NELLO de sancto Geminiano cive florētino super utili et n̄cessaria quodiana (sic) ac praticabili materia de Bannitis. *Ad calcem operis haec legenda adparent :* FINIS Tractatus Preclarissimi de bannitis et materia bannitorū utilissimi. Excelleñ. Juriscōsulti Dn̄i NELLI de sc̄o Geminiano civis Florētini. Et veri statutorum interpretis. IMpressus Piscie impensis nobilis Juvenis Bastiani filii Ser Jacobi Gherardi de Orlādis de Piscia. Op^{a} vero Venerabilis Religiosi Presbiteri Laurentii et Franchi de Cēnis frūm Florentinorū sub An. Incarn̄. D. nr^{i} Jesu CHisti (sic). An. M. CCCC. LXXXVI. et Die. XV. Meñ. Julii. Ad Laudē et gloriā dn̄i Jesu Cristi redēptoris nr^{i} eiusq3 Gloriosissime matris Virginis Marie et scōrum JAcobi et SEbastiani totiusq3 celestis curie paradisi. *Sequitur* Registrum.
In folio majori..... VII. C. 27.

— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba continet :*

Tractatus Preclarissimi de Bannitis et materia
bannitorum vtilissimi Excelleñ. Juriscon
sulti Domini Nelli de sancto Ge
miniano civis florentini.
Et veri statutorum
interpretis.

Secunda vacua est, et in summitate primae columnae secundi folii recti occurrit idem operis titulus, ac in praecedenti editione. Ad calcem typographica notitia extat hoc pacto : Finis Tractatus. Preclarissimi de Bānitis et materia bānitorum vtilissimi. Excelleñ. Juriscōsulti. Domini Nelli de sancto Geminiano civis. Florentini. Et viri (sic) statutorum interpretis. Venetiis per Paganinum de paganinis. Anno domini. Mcccclxxxxviij. Die x. mensis Octobris. *Sequuntur alia tria folia* Tabulam, *et* Registrum Huius operis *complectentia.*
In folio majori..... VII. C. 32.

Nemesiani. Eclogae quatuor, *quae* Calphurnii Eclogis *adjunctae sunt, hoc titulo :* AURELII NEMESIANI POETAE CARTAGINENSIS ECLOGA PRIMA INCIPIT INTERLOCUTORES TIMETAS ET TITYRUS. *Ad calcem quartae* Eclogae *haec notantur verba :* Aurelii Nemesiani Poetae Kartaginensis

Digitized by Google

Bucolicorum Finis. Impressum Parmae per Angelū ugoletū: E uetustissimo atq3 emendatissimo Thadaei Vgoleti codice e germania allato ī quo Calphurni et Nemesiani uti īpressi sunt tituli leguntur. *In aversa pagina visitur Decastichon, cujus titulus:* Epitaphium Romae in lapide: *quo absoluto, occurrit Typographi signum alibi notatum.*

In 4.° ..... X. B. 20.

Sine nota chronologica. Clar. *Affò* in opere *su la Tipografia Parmense del secolo xv. pag. xciii.* de anno hujus editionis, sic scribit: *Benchè sia senz'anno, io ho stabilito nelle memorie di Taddeo Ugoleto, che debba appartenere al 1490, nel quale mancato di vivere Mattia Corvino Re di Ungheria, tornò Taddeo da quelle parti. Il Maittaire la segnò come in foglio; ma lo corregge il Denis, e giustamente.* De hisce Eclogis consulendus est *Fabricius in Bibl. lat.* cum *Ernest. Tom. III. pag. 90.*

Nepotis Cornelii. *Vide* Cornelii Nepotis.

Nestoris Dionysii. Vocabularium. *In aversa pagina folii primi extat Auctoris carmen, sic inscriptum:* Nestoris Dionysij Nouariensis ordinis Minorum de observantia. Ad illustrissimum principem Lodovicum Sphortiam. in opus eius excellentiae dicatum versus incipit. *In secundo folio* Nestoris Dionysii Nouariensis ordinis Minorum liber primus foeliciter incipit. *Ad calcem operis Elenchus auctorum citatorum occurrit, quibus subditur* Nestoris *Epigramma in operi suo detrahentem, quod excipiunt carmina moralia italica, inter quae identidem latina obtinent locum, eorumque extrema ad Religiosos diriguntur. Adcedunt* Emendationes Sulpicii; *ac tandem nota typographica, nimirum:* Opus Mediolani impressum per Leonardum Pachel et Uldericum sinczenceler de Alemania socios. Anno domini. M. cccc. lxxxiij. pridie nonas Ianuarias. *Huic subjecta cernitur nota ms. Possessoris, scilicet* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento.

In folio ..... XII. E. 31.

Prima editio hujus operis, excusa charactere minuto, rotundo, absque titulis, numeris paginarum, et custodibus.

—— Alia editio, *quae praecedentem quodammodo imitatur. Opere absoluto, adcedit in ultimo folio recto* Registrum, *cui subnexa est haec typographica nota:* Habes humanissime lector Nestoris Dionysii Nouariēsis opus exactissime emendatum: et suo loco quotcunq3 uocabula in priore (sic) exemplari manca erant diligenter apposita. Quapropter Candide lector operis conditori: nec minus huiusmodi castigatae impressionis auctori Guiglielmo de tridino de Mōte Fera (sic) perpetuo felicitatem optare non pigeat. Vale Die 26. Junii 1488.

In folio ..... X. E. 22.

—— Exemplar alterum ..... IX. C. 27.

—— Exemplar tertium ..... IX. C. 28.

Neumiae filii Haccanae. *Vide* Nehumi.

Digitized by Google

Neunhauser Joannis Decreto4 doctoris eccl'sie Ratisponeñ. decani: Illustrissimi p̄cipis Alberti Bavarie ducis: Ad Innocentiū viii. Ponti. max. Oratoris pollicite obediētie oraciūcula. *Terminatur hisce verbis:* Dixerim feliciter. Amen. In 4.° *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Oratio duorum foliorum, excusa gallo-franco charactere, quam plures Bibliographi tribuunt *Stephano Plank*, eamque memorarunt *Audiffredus pag. 267. Denis pag. 624. Panzer* Tom. 2. pag. *188*7. aliique.

Nevo Alexandri de. Consilia contra Judaeos foenerantes. *Extant cum* Supplemento summae Pisanellae Nicolai de Auximo, *sive* Osimo. *Vide* Osimo.

Digitized by Google

N I

Nicandri Colophonii. Theriaca, et Alexipharmaca, cum Scholis, *graece. Praefigitur opusculo breve elogium, quod inscribitur:* ΓΕΝΟΣ ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ. *Post* Theriaca *occurrunt* ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ. *Hisque omnibus absolutis legitur:* Τελος Νικανδρου Αλεξιφαρμακων. *Deinde Registrum occurrit, cui Typographus subscripsit:* Venetiis apud Aldum. Mense Julio. M. ID.
In folio..... XVII. G. 28.

Editio princeps inventu difficilis. Haec duo Poëmatia *Nicandri, scholiis* ditantur, quae tria, vel duo latera textus, pro re nata ambiunt. Elementa graeca 40. lineas occupant in paginis integris initiales parvis notis supplentur, prima vero desideratur; tituli librorum quadratis exprimuntur litteris. Ad calcem voluminis Compactor fasciculum decem plagularum adiecit, qui graeca *Scholia* longiora in *Alexipharmaca*, Aldinis quidem typis, sed recentioribus, excusa continet; duplicia itaque *Scholia* graeca in *Nicandri Alexipharmaca*, breviora scilicet et prolixiora, extant, ut etiam innuit *Fabricius in Bibl. graec. lib. III. pag. 621.* Haec vero in *Aldi* officina edita fuisse videntur *Saec. XVI.* ut editioni huic addi possent: eadem namque forma excusa sunt. Character in iisdem, columna duplici distinguitur, et utraque constat lineis 55. Signaturae occurrunt, nullus vero custos, aut numerus plagularum. Possessor Codicis postillis mss. margines instruxit, charactere modo rubro, modo subalbido.

Nicephori. Logica, *et* de Astrolabio, *cum aliis variorum Auctorum opusculis,* Georgio Valla *Interprete. In folio primo recto occurrit Elenchus operum, quae in volumine continentur, de quibus infra, in articulo* Vallae Georgii. *In aversa pagina imprimitur Epistola eiusdem Vallae, quae* Logicae Nicephori *praemitti debebat, sed Typographi errore omissa, ut ad calcem ejusdem notatur, hic posita fuit. Inscriptio eidem praefigitur:* Georgius Valla Placentinus magnifico eqti lurato (sic) Hieronymo Georgio Veneto Patricio senatori eximio Salutem. D. aeternam. *In folio secundo recto alia impressa occurrit Epistola, cum epigraphe:* Georgius Valla Placentinus. Illustri Guidoni Duci Vrbini Durantisq3 Comiti Salutem dicit aeternam. Logicae *titulus sic extat:* PROEMIUM NICEPHORI INSIGNIS PHILOSOPHI DE ARTE DISSERENDI LIBER: GEORGIO VALLA PLACENTINO INTERPRETE. *Secundi autem Opusculi is legitur titulus:* Insignis Philosophi Nicephori Astrolabi Expositio Georgio Valla Placentino Interprete. *Ad calcem totius voluminis typographica nota his verbis continetur:* Impressum Venetiis per Simonē Papiensem dictum Bevilaquam. 1498. Die ultimo Septembris. *Adcedunt signum Typographi, et* Registrum operis.
In folio..... VIII. D. 21.

Nicolai Donis. Registrum alphabeticum Ptolemaei Cosmographiae, Tractatus de locis, et mirabilibus mundi, *et* Tabularum Ptolemaei instauratio. *Extant cum textu* Ptolemaei *latine reddito. Vide* Ptolemaei.

Nicolai Episcopi Modrusiensis. Oratio in funere Reverēdissimi dni. D. Petri Card. Sancti Sixti habita a reverēdo prē dno Nicolao epo modrusiēn. *Haec in fronte, in calce nulla subscriptio.*

Digitized by Google

In 4.° parvo. *Vide* Orationes Variae. ..... IX. B. 9.

Extant aliae duae editiones hujusmodi Orationis, quae notam typographicam gerunt; *Patavina*, scilicet per *Matthaeum de Cerdonis ann. 1474.* et *Romana* sine Typographi nomine *ann.1485.* Haec vero nostra, indiciis typographicis prorsus destituta, memorata ab *Audiffredo pag. 268.*, excusa est charactere Romano rudiusculo ad semi-gallo-francum accedente, incerti Typographi; foliisque sex concluditur opusculum, sine foliorum numeris, custodibus, ac signaturis.

Nicolai PP. V. Epistola ad Episcopos Constantiensem, et Spoletanum, et Praepositum Frisigensis Ecclesiae, *qua* Decretum Martini V. *circa* Carolinam *de registro ipsius* Martini *transcriptum ad instantiam* Petri Episcopi Augustani, et Cardinalis *transmittit exequendum* anno 1454. IV. id. Novemb. Pont. anno IV.

—— *Ejusdem* Decretum, *sive* Compacta Principum tam Spiritualium, quam Secularium super electione Prelaturarum, ac collactione Beneficiorum, anni 1447. xiii. Kal. Aprilis. Pontific. ann. II. *Extant cum* Regulis, et Pratica Cancellariae Apostolicae. *Vide* Pau.

Nicolai S. Petri ad Vincula Cardinalis. Decretum *datum* Herbipoli *22. Maii 1451. Extat* cum Regulis, *et* Pratica Cancelleraie Apostolicae. *Vide* Pau. *De hoc* Cardinali, *alias* de Cusa, *vide* Tom. *I. hujus Catalogi pag. 225.*

Nicolai Regio de. Versio latina e graeco libri Galeni decem tractatuum. *Vide* Galeni.

Nicolai Salernitani. Antidotarium. *In secundo folio recto extat* LIBER NICOLAI: *Huic titulo subnexum legitur Auctoris Prooemium, quod incipit:* Ego Nicolaus rogatus a quibusdam in practica medicine studere volentibus etc. etc. *terminatur in aversa pagina, ad lineam sextam. Opus absolvitur in ultimo folio recto hac subscriptione:* Nicolai Antidotarius finit foeliciter impssus Neapoli Anno salutis M. cccc. lxxviii. sub pacifico rege Ferdinando. *Deinde* Incipit registrum hujus libri.
In folio parvo. ..... XI. A. 5.

Editio summae raritatis, quae rotundis nitidissimisque typis, fortasse Moravianis, excusa est, quamque nemo recensuit, et primum nos citamus. Lineae 34. numerantur in paginis integris, in quibus nec custodes, nec numeri foliorum, nec signaturae visuntur; initiales pariter desunt, et spatia earum loco observantur. Plagulis 76. absolvitur volumen, quod est optimae conservationis. *Nicolaus Salernitanus* duorum *Antidotariorum* Scriptor, teste *Fabricio Tom. XIII. pag. 348. Bibl. Graec.* ante Saeculum XIII. floruit. Vide *Tiraboschium Tom. III. pag. 409.* et *Tom. V. pag. 286.* Quapropter qui Auctorem *Antidotarii* faciunt *Nicolaum Falcuccium Florentinum* valde hallucinantur, quum a *Platearío*, qui saeculo XII. vixit, expositum fuerit.

—— *Hoc idem opus extat cum operibus* Mesuae, *supra notatis. Vide* Mesuae.

Nicoleti Verniae. *Vide* Verniae.

Nider Joannis. *Vide* Nyderi Joannis.

Digitized by Google

NIDOBEATI MARTINI PAULI. Commentarium italicum in Dantis Aligherii Comaediam, *quod collatis studiis cum* Guidone Terzago, *ac aliis Expositoribus, ac praecipue* Jacobo Lanaeo, *excerpsit auxitque. Extat cum* Dantis *textu. Vide* Dantis.

NIFI AUGUSTINI. *Vide* Niphi.

NIGRI FRANCISCI. Grammatica latina, cum metrica arte ejusdem, cunctaque poëmatum genera perpulchre elucidans. *In fronte folii primi occurrit Nuncupatoria sub epigraphe:* P. FRANCISCUS NIGER. A. VENETUS SACERDOS ARTIUMQUE DOCTOR LEONARDO BOTTAE. EQUESTRIS ORDINIS VIRO PRO MEDIOLANENSI DUCE. APUD VENETUM SENATUM ORATORI FACUNDISSIMO SAPIENTISSIMOQUE FOELICITATEM: *Terminatur in folio tertio recto, ad lineam sextam, et immediate opus ipsum incipit a titulo*: P. FRANCISCI NIGRI. A. VENETI SAcerdotis: artiūq3 doctoris: brevis grāmatica ad splēdidissimū eqtē leonardū bottā: p serenissīo duce mediolani: apud illustrissimū uenetorū SENATUM OratoreM FacunDISSIMUM. LIBER PRIMUS DE VOCE ET EIUS PARTIBUS. *In fine lib. X. legitur*: EXPLICIT LIBER DECIMUS ET VLTIMUS DE POEMATE ET POESI AC POETARUM OFFICIO: *Sequitur Auctoris* PERORATIO *ad* Leonardum Bottam; *hanc excipit carmen, quo* C. Joannes Lucilius Santrecter (sic) de Fonte salutis: omnib. studiosis adolescentib. foelicitatē dicit. *His versibus subjuncta sunt duo disticha ad lectorem, scilicet*:

Santritter helbronna genitus de gente ioannes.
Lucilius: prompsit grammata docta nigri.
Herbipolisq3 satus: socio sudore: lacunis.
Hoc uenetis francus fert theodorus opus.

ANNO SALUTIS. M. CCCC. LXXX. XII.
CAL. APRIL. Impressū ē hoc op'. VENETIIS
DUCE VIRTUTE et COMITE FORTUNA

In 4.° parvo. . . . . : . IX. A. 13.

Editio elegans, et rarissima, quam Bibliographi fere omnes, qui eam viderunt, summopere commendant. Excusa est nitidissimo charactere romano, in charta satis firma, alba, et levigata; sine custodibus, ac foliorum numeris; sed cum signaturis tantum.

—— Francisci Nigri: Veneti: doctoris: in faustissimū principem Sigismundū: serenissimū archiducē austriae: p foelicissimo novae spōsae epithalamio: carminū libellus: ex pyrenaeo fonte pfectus: tanq̄3 musa4 nūcius: pnasiū inhabitantiū collem aoniumq3. *Is titulus legitur in summitate folii primi recti; deinde post vacuum spatium xii. linearum occurrit brevis Auctoris Nuncupato-*

Digitized by Google

ria, prorsa oratione soluta, cujus inscriptio: Parnasiae rupis incolas graeca vti oroe decuit illustrissime princeps: ego aūt hac vice pegasidū designatus interpres: rhomanis ite4 excellentiam tuam salutabo verbis. *In sequenti pagina incipit* Francisci Nigri: Veneti: doctoris: in diuū ad Sigismundū Austriae archiducem illustrissimū: carmē peonicū: elegon ꝑsphoneticū. *Opusculum absolvitur in folio xiv. recto, ad lineam xii, exinde sequentia verba leguntur:* Francisci nigri: veneti: doctoris in faustissimum principem Sigismundum: serenissimū Archiducem Austriae pro foelicissimo nove sponse epithalamio carminum libellus ex pyrenaeo fonte profectus tanq̄3 pieridum nuncius: finitus est.
In 4.° ..... X. B. 15.

Absque typographicis indiciis. Opusculum excusum est gallo-franco charactere, qui lineas 34. implet in paginis integris, sine signaturis, et custodibus; at numeri foliorum in superiori marginum ora conspiciuntur. Litterae initiales, ligno exculptae, extant in principio Elegiarum. Est fortasse haec editio in typographia *Matthaei Cerdonis* Pataviensis Typographi excusa, uti innuit characteris forma: de ea mentionem fecerunt *Panzer Tom. IV. pag. 476.* et *486. Denis in Suppl. pag. 696.* ac alii quamplurimi.

Nigri Petri. Clypeus Thomistarum. *In secundo folio recto, nam primum vacuum est, occurrit:* Titulus libri. Clipeus Thomista4 In quoscunq3 adversos: p⁹ venerabilem vi4 frēm Pet4 Nigri ex ordīe p⁹dicato4 sacre Theologie p⁹fessorē nup⁹rime edit⁹. ac invictissimo p⁹ncipi Mathie Ungarie Boemieq3 Regi obseq⁹nter inscp⁹t⁹. Epistola ad Regem. *Haec vix non integram primam paginam implet, dein protinus sequitur* Prologus, *qui in aversa pagina terminatur. In sequenti folio incipit* Pugium sive clypeus Thomista4 otra modernos et scotistas editum a reuerēdo prē frē Petro nigro ꝑdicatorū ordinis sup arte veteri Aristotelis. *Operi subnexus est* Ordo et cōtinētia questionū libri porphirij, *quinque foliis integris, et prima columna, dimidioque secundae folii ultimi recti, comprehensus. Tum adjectum legitur:* Explic⁹ clipe⁹ thōista4 frīs petri nigri ordinis p⁹dicato4: Venetiis p⁹ magr⁹m raynaldū de novimagio theotonicū. Anno dñi. i48i. *Registrum tandem adcedit.*
In folio ..... VIII. A. 47.

Praesens editio, cujus *Quetif*, *Maittaire*, ac alii doctissimi Scriptores meminerunt, est omnium prima, atque ob singularem suum nitorem, ac elegantiam, omnium Eruditorum meretur aestimationem. Opus 31. plagularum fasciculis, qui litteris signantur, contentum, in duabus columnis, chartae praestantissimae, charactere gallo-franco minusculo, ac pereleganti, impressum est: nullos custodes, aut paginarum numeros, nullasque ostendit litteras initiales, quae ab Illuminatore suppletae sunt modo rubro, modo caeruleo colore. *Freytag in Analectis pag. 639.* errorem *Quetif* detegit, qui *Petrum Nigrum* alium esse censuerat a *Petro Teutone.*

—— Exemplar alterum. ..... VIII. A. 33.
—— Exemplar tertium ..... VIII. F. 25.

Nigris Sillani de. Expositio libri noni Almansoris, *sive* Rhasis. *Extat cum textu* Almansoris. *Vide* Almansoris *in Tom. I. hujus Catalogi pag. 25.*

Nimirei M. Sermo de Passione Domini. *Praecedit brevis Auctoris Episto-*

Digitized by Google

la, cujus inscriptio: M. Nimireus Arbeñ Archidyaconus Reverendissimo in xp̃o patri et dño domino B. tituli sanctorum Petri et Marcellini p̃bro Cardinali Carthagineñ Salutem. *In fine :* Rome. iij. Noñ. Aprilis. Mccccxciiij. *In eadem pagina incipit protinus ipsa oratio a textu:* Foderunt manus meas: et pedes meos etc. etc. *terminatur in folio nono averso. In summitate folii decimi recti legitur :* Librum quondam neq3 inutilem neq3 iniucundum q̃ in eo pauca quedam non usquequaq5 perfecta essent qui illum perlegerat furore ob id concitus dilacerat. O inquit liber hoīm naturam ingratam atq3 perversam: Siquidem pro paucissimis erratis multam penam desumere: et pro multis acceptis beneficiis gratias nullas agere consueverunt.

In 4.° parvo *Vide* Orationes variae ..... IX. A. 58.

Excusa est laudata oratio charactere gallo franco, quem diligentissimus *Audiffredus in Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 330.*, et *339.* fatetur sibi esse ignotum.

—— Epistola ad Lodovicum de Valentia *praeceptorem suum, et Epigramma ad lectorem. Epistola sic inscribitur :* M. Nimiraeus Arbensis Archidyaconus Magistro Ludovico Valentiae Ferrariensi Theologo : atq3 philosopho excellentissimo Praeceptori suo. S. P. D. *Absoluta epistola, legitur :*

M. NIMIREUS LECTORI. S.

Qui cupis Imperio populis dare iura sagaci
Et qui non tristi fronte parere cupis.
Si te perpetuo nullis quaesita triumphis
Pax iuuat et pietas Vrbis: et alma fides.
Accipe Aristotelis praeclara volumina lector
Seu pareas : seu tu sceptra uerenda tenes.

Extat excusa laudata Epistola in fine lib. VIII. Politicorum Aristotelis *latine, ex versione* Leonardi Aretini, *et cum* Conclusionibus Ludovici Valentiae Ferrariensis. *Ad calcem voluminis post* Epigramma Nimirei, *habetur typographica nota, scilicet:* Impressum est hoc opus Romae per Magistrum Eucharium Silber: alias Franck. Absolutumq3 die Jovis. xiiii. Kal^{s} Aug. Anno. dñi M.cccc.xcii. In folio... ..... VIII. G. 11.

—— Exemplar alterum ..... VIII. G. 30.

Niphi Augustini de Suessa. Quaestio de sensu agente, et castigationes in Averroym. *In prima voluminis pagina, characteribus gallo-francis majoribus, generalis titulus sic legitur :* Destructiones destructionū Averroys cū Augustini niphi de Suessa expositione. — Eiusdē Augustini questio de sensu agēte — Omnia Aristo. opera tam in logica quā in philosophia naturali et morali et metaphysica cum sui fidelissimi īterpretis Averroys cordubēsis cōmētarijs. *In aversa pagina occurrit Nuncupatoria, charactere rotundo excusa, sub epigraphe :* Reverendissimo in christo patri et Domino meo observandissimo Domino Dominico Grimano miseratiōe divina sancti Nicolai inter imagines diacono Cardi-

Digitized by Google

nali Augustinus Niphus de Suessa se plurimum cōmendat. *In summitate primae columnae sequentis folii*, Destructiones destructionū Averroys cōtra Algazelē cum expōne clarissimi philosophi Augustini Niphi de Suessa feliciter īcipiūt. *Ad calcem:* Finis cōmenti destructio (sic) destructionum in metaphysica Averroys Augustini Niffi (sic) de Suessa phⁱ pclarissimi. *Adcedit Epistolium* Joāni baptiste spinello Patricio partenopeo divi ferdinandi secūdi regis ad venetorum senatum oratori pmario huiusq3 tempestatis sedatori. Augustinⁱ Niffus de Suessa felicitatem. *Post Epistolium sequitur in sequenti folio* Preclarissimi philosophi Augustini niffi de Suessa. De sensu agente Tractatus, *qui absolvitur in penultimo folio recto cum notitia:* Explicit tractatus de sensu agente editus ab Augustino Niffo de Suessa philosopho preclarissimo. Padue legenti philosophiam completus. i5. May. i495. Impressus uenetijs mandato et expensis Nobilis Viri Domini Octaviani Scoti civis Modoetiēsis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. Kalendis martijs 1497. Laus Deo. *In aversa pagina occurrunt* Registrum, *et signum Typographi. Adcedunt in ultimo folio recto duae Epistolae, quarum una* Augustinus Niffus de Suessa. Magistro Nicolao grassetto ordinis Minorum haereticae pravitatis inquisitori dignissimo. S. P. D. *Altera*, Magister Nicolaus grassettus ordinis minorum: haereticae pravitatis īqsitor Augustino Niffo Suessano excellentissimo philosopho4 salutem.

In folio ..... IX. F. 25.

—— Exemplar alterum ..... VIII. G. 22.

—— Exemplar tertium ..... VII. A. 38.

—— Alia editio. *In prima pagina majoribus gallo-francis litteris legitur:* Eutyci Augustini niphi philothei Suessani in librum destructio destructionum Auerroys cōmentationes ad Dominicum grimanum cardinalem maximum. = Eiusdem Augustini codicillus de sensu agēte. *In aversa facie habetur Nuncupatoria, ut in praecedenti editione, cui immediate subnectitur in eadem pagina breve Epistolium, quod ad litteram hic transcribere, eruditionis gratia, non absre erit:* Nicolai Jānecte mondraconij civis Suessani annotationes: emēndationes atq3 supputationes in libro destructio destructionū: ad Augustinū Niphū philosophū Suessanum nostre etatis decus; auunculum atq3 preceptorem. Desiderabas mi preceptor: emendationes annotatiōes atq3 tabulā in lib4 tuū et Auerroys destructio destructionū: et qr (sic) hec que scripseras iam tua in etate recētiori elucubrasse asserebas: que nunc in hac tua maturiori nihili facis: asserēs te in altioribus studia impēdere: imposueras tamen ut illas facerē: adderemq3 de nostro agello: si qua videbūtur. Nam et si iuvenilia fuisse dicebas: sapere tamen inventiōis: et perspicacie non nihil. Ego vero ut tibi veluti in cūctis alijs morem gererem: bonus: et si ultra provinciam nostram: perlibēter suscepi: tum ut reviserem: que nimia negocio4 multitudine ommiserim: tū ut ne tantus labor incuria īpresso4 perditum iret. Quare hec ad te mitto: ut sub tuo nomine militent: que nō ederem: nisi cōmendata fuisse a te percepissem. Vale. *In summitate primae columnae sequentis folii extat titulus Prooemii:* Augustini Niphi in Averroys destructio destructionum librum comentationes; *et in postica pagina incipit:* Augustini Niphi Suessani phⁱ claris-

Digitized by Google

simi in d'structiones destructionū Auerroys contra Algazelem expositio. *In folio* 123. *averso:* Finis cōmēti destructio destructionum in metaphysica Aueroys Augustini Niphi de Suessa ph'i p̄clarissimi. *In sequenti folio* 124. *incipit* Eiusdem Augustini codicillus de sensu agente. *Is absolvitur in folio* 129. *recto, et in averso occurrunt* Tituli qōnū. *In folio tandem* 130. *recto extat* Registrum, *quatuor columnis excusum, cui subnexum cernitur signum* Octaviani Scoti, *nigro colore impressum.*

In folio..... VIII. D. 3.

Sine notis typographicis; sed ex Typographi symbolo, post Registrum adposito, procul dubio, praesentem hanc ex eadem officina prodiisse constat, qua editio primo loco notata; idque etiam evincitur ex forma duplicis characteris gallo-franci, majoris scilicet in textu *Averroys*, et minoris in *Commentariis Augustini Niphi*, quae eadem prorsus est in utraque editione, ac eadem typographica oeconomia. Utrum vero praesens editio sit prior, vel posterior praecedenti, haud definire valeo; sed potius dicerem, fuisse excusam saeculo XV. exeunte.

Cum *Averroys* opera fere omnia sint cum castigationibus, et commentariis *Augustini Niphi*, hinc *vide* Averroys.

Digitized by Google

N O

Nogaroli Leonardi. Liber de mundi aeternitate. *Titulus in summitate primae columnae folii primi sic habetur:* Ad reverēdissimū in christo patrem et illustrissimum dominū dominū Ioānē de Aragonia tituli sancti Adriani p̄sbyte4 cardinalem Leonardus Nogarolus prothonotarius apostolicus. *Deinde:* Librum hūc de mūdi eternitate edidit philosophie ac sacre thelogie (sic) decus precipuum Leonardus Nogarolus pthonotari⁹ apostolicus meritissimus nobilissimus Veronensis et Vincentinus. *Ad calcem operis:* Hoc loci finiunt decem de mundi eternitate (sic) tractatus preclarissimi a philosopho prestātissimo: theologoq3 cōsumatissimo Leonardo nogarolo apostolico prothonotario meritissimo editi: Quos ob cōmunē philosophātiū vtilitatē sedula impmēdos animadūersione curauit artium ac medicine doctor Ludovicus Zuffatus Vincentinus. Anno a natali Christi salvatoris die (sic) octoagesimo sexto supra millesimum pridie Kalendas februarias: Marco Barbadico Venetiarum principe felicissimo equissimo. Laus deo. Henric⁹ librarius vincētinus impressit. *His verbis subnectitur* Registrum.

In folio parvo ..... VIII. C. 15.

—— Exemplar alterum ..... VIII. F. 22.

—— Exemplar tertium ..... IX. G. 29.

—— Liber de beatitudine. *In aversa pagina folii primi occurrit brevis Nuncupatoria Auctoris Epistola, sic inscripta:* Ad Reuerendissimum in Christo patrem. d. d. Aúsiam sancte romāe ecclesie tituli sancte sabine presbyterum cardinalem. Montis Regalis episcopum dignissimum Leonardus Nogarolus prothonotarius apostolicus. *Hac absoluta, in sequenti folio incipit a prima columna* Liber de Beatitudine editus p̄ reverendissimū dominum Leonardum de nogarolis prothonotarium apostolicū: nobilissimū veronensē et vincētinū sacre theologie doctorem eminentissimū ac philosophū excellētissimum. *Typographica nota extat ad calcem operis, huisce verbis contenta:* Explicit liber de beatitudine impressus vincentie per henricū librariūm. Mcccc. lxxxv. die xxix. novembris. Laus deo. Finis.

In folio parvo ..... II. C. 8.

—— Exemplar alterum ..... III. I. 12.

—— Exemplar tertium ..... VIII. C. 15.

—— Exemplar quartum ..... IX. G. 30.

Nonii Marcelli. Tiburticensis Peripatetici et Grammatici Compendiosa doctrina ad filium de proprietate sermonum. *Praecedunt XII. folia Alphabetici Indicis vocabulorum, post quae opus ipsum incipit, nullo hic, uti alibi, ejusdem Auctore nominato. Prima operis linea hoc modo excusa est:*

ENIUM EST TEDIUM ET ODium. *Ad calcem:*
FINITO LIBRO LAUS ET GLORIA CHRISTO
M. CCCC. LXXI.

Digitized by Google

In folio..... XII. G. 13.

Nullam haec editio loci, aut Typographi notam praesefert, quam *De Bure* in *Catal. De la Valliere Tom. II. pag. 11: dicit. Elle paroît être sortie des presses d' Ulric Han*, quod denegat *Audifredus* in *Catal. Rom. Edit. Saec. vx. pag. 92.* et *Venetam* potius, quam *Romanam* esse autumat. Idem *De Bure* citato loco, hanc editionem *Principem* adpellat, licet aliam subiungat, a nobis inferius describendam, quam circa annum 1470. impressam dicit; ac proinde antiquiorem hac anni 1471. Dolendum siquidem est, Typographum nomen suum posteritati invidisse: est enim perelegans, ac nitidissima editio, characteribus rotundis impressa, qui lineas 36. implent in paginis integris. In amplis marginibus signaturae, foliorum numeri, et custodes minime inveniuntur. Ornamenta florum, initialis, et stemmatis gentilitii in marginibus primae paginae, qua opus incipit, auro coloribusque praefulgent, sicuti caeterae initiales, quae in spatiis a Typographo relicti fuere suppletae sunt ab eodem Illuminatore, qui adfabre eas depinxit.

—— Alia editio *Praecedit Index alphabeticus vocabulorum XIX. plagularum, quibus adcedit alia vacua, quam excipit opus, scilicet:* NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBURTICENSIS COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIUM DE PROPRIETATE SERMONUM. *Ad calcem haec excusa verba leguntur:* NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBURTICENSIS COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIUM DE PROPRIETATE SERMONUM IMPRESSA VENETIIS INDUSTRIA ATQUE IMPENDIO NICOLAI IENSON GALLICI. M. CCCC. LXXVI.
In folio parvo..... XII. E. 20.

In *Bibliograph. Instr. De Burii Tom. I. Belles-lettres*, haec Iensoniana editio *Secunda* dicitur, eaque rarissima; sed *Tertia* dici debuerat, ut patet ex iis, quae superius adnotavimus. Haec vero admodum elegans, exprimitur formis rotundis nitidis, quae in pagina quavis plena lineas 34. complectuntur. Signaturae indicantur serie elementorum, cum notis arabicis; sed numeri foliorum, custodesque omittuntur: initiales a Typographo modo spatiis tantum designatae, modo parvis litteris indicatae visuntur. Totum volumen notulis mss. scatet in marginibus, charactere subalbido, et eodem charactere Possessoris subscriptio visitur ad calcem operis, scilicet *Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento.*

—— Alia editio. *In postica pagina folii primi* INCIPIT TABULA NONII MARCELLI, *quae terminatur in folio XII. recto. Post tres alias vacuas paginas opus initium sumit a titulo:* NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBURTICENSIS COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIUM DE PROPRIETATE SERMONUM. *Ad calcem voluminis:* Nonii Marcelli Peripatetici Tiburticensis compẽdiosa doctrina ad filium de proprietate sermonum Venetiis. M. cccc. lxxviii.
In folio..... IX. C. 14.

Sine nomine Typographi.

—— Alia editio, *ex recognitione* Pomponii Laeti, *uti adparet ex ejusdem epistola ad* Gasparem Blondum, *in primo folio averso excusa. Opus incipit absolute in secundo folio recto, et terminatur in averso folio cxxxvii. hoc Epigrammate:*

Ex scriptis rerum. ut fertur. cognoscitur omnis
Causa. patent illis oppida. bella duces.

Digitized by Google

Scriptori multum debemus. nec minus illis
Maiorum qui non scripta perire sinunt.
Marcelli studium multorum inscitia noni
Sprevit dignum omni posteritate legi.
Correptum pariter ceu scripserit auctor habeto
Illud pomponi candide lector ope

Registrum ultima plagula expressum habet.
In folio parvo . . . . . XII. C. 14.

Ex Epistola, quae occurrit in primo folio averso; tria haec excerpta adducimus, quibus tota hujus editionis historia continetur. POMPONIUS GASPARI BLONDO *salutem. Rogavit me Georgius laur de Herbipoli fidelissimus librorum impressor, ut Nonii Marcelli opus percurrerem, atque si fieri posset, corrigerem. Ego ob amorem et fidem quam erga me habet, laborem subire non recusavi.....Tamen auxiliante Volsco, et nostris etiam amicis opem ferentibus, multa in eo depravata correximus, non ut quibusdam mos est, nova fecimus, sed exemplaria ipsa contulimus. Igitur rerum memorabilium opus, quod Nonius filio suo destinaverat, hereditatis gratissimum pignus, Georgio nostro id frequenter exigenti tradidimus.* Ex hisce luculentissime patet opus *Nonnii* correctum, *Pomponium* dedisse imprimendum *Georgio Laur* Typographo. Eodem siquidem charactere rudiusculo *Georgio Laverii* excusa est praesens *Nonii* editio, qua idem Typographus impressit *Curtium*, ex recognitione pariter *Pomponii Laeti* antea a nobis recensitum in *Tom. I. pag. 225.* Paginae nec custodes, nec numerationem, nec signaturas exhibent, et 40. lineae in ipsis numerantur; atque initialium loco spatia tantum visuntur. Haec editio ignota fuit *Apostolo Zeno.* Confer ejus *dissertationes Vossianas Tom. II. pag. 246.*

—— Alia editio, *cui adcedunt* Varro de lingua Latina, *et de* Analogia, *et* Festus de verborum significatione. NONII MARCELLI TABULA INCIPIT *in aversa pagina folii primi, et desinit in folio xii. recto; et post vacuam paginam inchoatur* NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBURTICENSIS COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIUM DE PROPRIETATE SERMONUM. *Opere absoluto, legitur:* Nonii Marcelli Peripatetici Tiburticēsis cōpēdiosa doctrīa ad filium de proprietate sermonum, impressa Parmae M. cccc. lxxx. *Vacua pagina adcedit, exinde incipit* Varronis *opus, de quo infra.*
In folio parvo. . . . . IX. C. 15.

Sine Typographi nomine, licet *De Bure Tom. II. pag. 8.* dicat *les caracteres ressemblent à ceux de Portilia, qui imprimoit a Parme;* at rectius observat *Crevenna* in *Catal. II. Tom. III. pag. 24.* quod Editio haec iisdem typis excuditur, quo *Stephanus Corallus* anno 1477. *Ovidium* impressit *Parmae.* Quilibet ex quibus auctoribus hujus voluminis propriam foliorum numerationem, et signaturas habet; ex quo eruitur Auctorem quemvis ab altero separari posse, uti animadvertit etiam *cl. Affò Tom. III. pag. lxxx. Saggio della Tipogr. Parmeg.*, qui citato loco confutat *Apostoli Zeni* opinionem, qui suspicabatur in *Dissert. Voss. Tom. II. pag. 146. che l' edizione, che ne fu fatta a Parma nel 1480. unitamente con quella di Varrone, passasse sotto la revisione di Pomponio Leto, benchè non ci si vegga il suo nome. Non è così*, subjungit *Affò, mentre la nostra è una ristampa di altra edizione, in cui, oltre le cure di Pomponio, quelle si aggiunsero del Rolandello.* Hanc elegantissimam, et pulcherrimam editionem summopere commendant, et exactissime describunt ipse *Affò cit. loc. Paitonus, Seemiller*, aliique quamplurimi.

—— Alia editio. *Post Tabulam, cui nullus adponitur titulus, xi. foliorum, incipit* NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBURTICENSIS COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIUM DE PROPRIETATE SERMONUM. *Ad cal-*

Digitized by Google

cem : Nonii Marcelli Peripatetici. Tiburticēsis cōpendiosa doctrina ad filiū de pprietate sermonū. Impressa Brixiae. M. cccc. lxxxiii. xvii. Iulii. *Post albam paginam, sequuntur* Varronis, et Pompei Festi *opera, ad cujus calcem legitur nomen Typographi, scilicet* per Boninum de boninis de Ragusa etc. etc.
In folio..... IX. C. 16.

—— Alia editio, *in qua* NONII MARCELLI TABŪLA *septem foliis continetur, et in octavò recto incipit* NONII Marcelli peripatetici Tiburticensis compendiosa doctrina ad filium de proprietate sermonum, *quae absolvitur hac conclusione :* Nonii Marcelli Peripatetici Tiburticēsis compēdiosa doctrina ad filium de proprietate sermonū impressa Venetiis. M. cccc. lxxxiii. *Nomen Typographi legitur in nota typographica adposita in calce voluminis, nempe* octavianū scotū Modoetiēsē.
In folio..... IX. C. 17.

—— Alia editio. *In prima pagina notatur :*

Nonius Marcellus
Festus Pompe
ius Varro.

Incipit in aversa facie Tabula, quinque columnis excusa, et in folio quinto visitur titulus operis, minoribus litteris designatus. Ad calcem Analogiarum Varronis *legitur :* Impraessum (sic) Venetiis per Magistrum Antonium de Gusago Brixiensem Anno domini i498. die 12. Februarius (sic). Registrum *post Tabulam* Varronis *occurrit.*
In folio . . . . . IX. C. 18.

—— Alia editio. *Extat in prima pagina Epistola Nuncupatoria, sic inscripta :* Consummatissimo ac Integerrimo uiro Domino Guidotto Magenti medico4 antistiti Ioānesbaptista pius Bononiensis, *qui praesentem editionem curavit. Ad calcem Epistolae legitur :*

NONIUS MARCELLUS
FESTUS POMPEIUS.
VARRO

Tabula occurrit, uti in praecedenti editione, et titulus imminet operi in folio quinto : NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBURTICENSIS COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIUM DE PROPRIETATE SERMONUM. *Opere* Varronis *absoluto, typographica nota sic extat :* Impressum Mediolani per Ioannem Angelum scinzenzeler Anno Domini. MCCCCC. *Deinde Possessoris nomen, charactere subalbido ms.* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento.
In folio . . . . . IX. C. 19.

Nonni Panopolitae. Paraphrasis Evangelii secundum Ioannem, *graece. Titulus sic extat in summitate primae paginae :*

Digitized by Google

ΝΟΝΝΟΥ ΠΟΗ ΤΟΥ ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

In ultimo folio averso occurrit sequens Hexastichon graecum :

Σχιπιωνος χαρτερομαχου

Βακχιακην στερξας προτερον μυθωδεα μουσαν
Νοννος, εθαυμασθ' εν μουσοπολοισι μεγα.
Νυν δ' ἱερων χριστοιο φανεις μεγατολμασ' αοιδος,
Πλειστον εν ανθρωποις, χἀυσεβες εὗρε χλεος,
Οὕνεχ' απορρητων ευαγγελιων ὑποφητης,
Μουνογενη μεγαλου πατρος αεισε λογον.

In 4° parvo . . . . . XVII. G. 37.

Notitiam hujus libri parum obvii, typis Aldinis excusi, habes in ipsis *Aldi* dictis, quae occurrunt folio secundo recto indicis *Carminum Gregorii Nanz. 1504.*, ubi sic docet: *In medio quaternionum tralationis totius operis habetur historia evangelii secundum Ioannem graece, et latine. Reliquum eiusdē historiae, quod deest, prosecuturi sumus in Nonni poëtae Panopolitani latina tralatione: qui historiam evāgelii secundum Ioannem carminē heroico perexcellenti παραφραστικως scripsit. Sunt vero carminum tria milla ac septem et quadraginta: quae circiter ab hinc triennium imprimenda quidem curavimus, sed quia, propter summas occupationes nostras, non unq̄ ea potuimus in latinum traducere, adhuc premuntur.* Opusculum constat 51. foliis impressis, quorum paginas replevit Typographus summa 36. linearum. Signaturae visuntur, nec non et custodes; minime vero plagularum numeri. Bibliographi nonnulli statuerunt editionem hujusmodi opusculi ad annum 1508.; verum ex monitu ipsius *Aldi* in citato opere ab ipso excuso ann 1504. potius referendum ad annum 1500, vel saltem 1501. Uberior praesentis editionis notitia habetur in opere, cui titulus *Annales de l'Imprimerie des Alde, par Ant. Aug. Renovard Tom. II. pag. 198.* ubi diligentissimus Auctor sic docet: *L'extrême rareté de ce livre, qui est resté dépourvu de titre et de préliminare, me fait présumer qu'Alde n'ayant pas eu le temps d'exécuter la version latine promise dans le précédent avis, et qui n'a jamais vu le jour, quoiqu'elle soit aussi annoncée sur son Catalogue de 1503., on n'aura pas fait grand accueil à ce mince volume qui aura été detruit en grande partie dans les magasins come feuilles sans valeur d'un ouvrages non achevé*

Notariatus Ars.

—— Aureus tractatus doctrinalis florum artis notariatus. *Is titulus immi-net in prima pagina, cui subnexum est breve Anonymi Auctoris hujuscemodi tractatus Prooemium, quod terminatur in aversa pagina, ad lineam octavam, et protinus incipit.* Divisio artis et presentis libelli. *Opus absolvitur circa initium folii cxxxi. aversi hac conclusione :* Iacobini suigi et Nicolai de benedictis Taurini impssorum pro auctore excusatio: actio grārum ac pntis libri conclusio. Anno dñi. m. cccc. xcij. die. xvj. Octobr. *Sequitur Typographorum conclusio, quae his verbis desinit :* Vale cōdide (sic) lector : deum cole : et magna cura ac diligentia a nobis castigatū et Taurini impssum hunc codicem ama. *In sequenti folio recto cxxxii., quod est ultimum, legitur* Epigrāma ad librum : Bonifacii generis Bugellani

Digitized by Google

Clauditur ut nostri libri iustissimus index
Archetipus fuerat sic fine labe prius.
At si quos lector cognosces esse remissos
Errores : iusta pendere lance velis.
Et quoq3 si placeo : non me defraudet honore
Cerbariam (sic) rabiem lingua maligna gerens.
Sum fateor paruus : magnam sed porto salutem
Causidicis : texit quos domus Androgina.
Arbor in hesperidum ꝑducens aurea mala
Ortis (sic) sum : foliis viminibusq3 placens.
Auricomos foetus decerpas ergo viator
Mille feret solus nam tibi poma dies.

Huic subnectitur Typographorum signum, de quo Orlandius, *et deinde* Tabula huius presentis doctrinalis flor4 artis notariae, *quae ob Compactoris incuriam suta est in principio voluminis.*

In 4.° parvo ..... VII. E. 24.

Liber hic infrequentissimus est in Bibliothecis, et multo magis infrequentius est nomen Auctoris, quod minime mihi contigit reperire, tum penes *Lipenium*, tum in evolvendis Auctoribus, qui de *Artis Notariatus* Scriptoribus diffuse pertractarunt; ac proinde ipsa editio parum nota est. Utrum vero *Bonifacius generis Bugellani* fuerit Auctor *Epigrammatis* tantum, vel etiam Operis, haud pro certo adfirmare valeo. Opus excusum est nitido semi-gallo-franco charactere, ad latinum adcedentes qui lineas 35. implet in paginis perfectis. Plagularum numeri in superiori marginum ora sunt romani, majoris formae, et in inferiori signaturae, et custodes observantur; litterae initiale, elementis in spatiis indicantur.

—— Incipit tract^{s} notariat^{s}. *Is titulus legitur praefixus huic tractatui, qui extat excusus in* Collectione Variorum tractatuum Iuris. *Vide Tom. I. huius Catalogi pag.* 425. *Art.* Iuris variorum tractatuum Collectio . . . . VI. E. 20.

—— TRACTATULUS DE ARTE NOTARIATUS INCIPIT. *Huic titulo in summitate primae paginae excuso, subjecta est capitum Tabula, et in aversa incipit* Cap. I. quid sit ars notariatus. *Ad calcem post verba :* Hec dicta sufficiant, *legitur*, FINIS.

In 4.° parvo..... XIII. A. 52.

Praesens editio, licet titulum gerat in fronte diversum ab eo, quem notat *Audiffredus pag. 302.* attamen una eademque videtur, et ambae charactere romano *Stephani Plannck excusae.* Constat haec nostra ex foliis octo, sine signaturis, paginarum numeris, et custodibus.

—— *Vide Tom. I. pag. 311.* Formularium Instrumentorum. Formularium universale diversorum Contractuum. Formularium diversorum generum.

—— Notariorum Romanae Cancellarie litterae promotoriales. *Extant cum* Epistolis Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

Novariensis Gasparis. Epistolae duae ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extant cum ejusdem* Aeneae Epistolis. *Vide* Picolhominei.

Digitized by Google

NOVARIENSIS F. PACIFICI. Trattato della scienza di confessare. *Titulus in summitate primae paginae:* IESU MARIA, *deinde:* EL TITULO. nel nome de Christo Iesu e de la sua pia Matre Virgine de tutte grazie mediatrice Maria diamante: commencia el prologo in la sequente opereta dicta Sumula ho vero Sumeta de pacifica conscientia: cōposta nel anno del Signore i473. Lanno. 2.° delpontificato del Beatissimo Sisto papa 4.° EL PROLOGO, *quo opus dicatur ab Auctore ei, qui dicitur* Venerabile patre de christo Sacerdote Vinceguerra, *a quo rogatus fuerat, ut hunc librum conscriberet ad animarum salutem. Opus terminatur hoc rudissimo Italico Epigrammate.*

Qualunq3 vuol sua anima salvare :
Et la conscientia iusta tenere :
Questa opereta studia de capere :
Et da quella sua conscienza formare.

Qual certo ha ben voluto nominare
Lauctore di quella, al suo parere,
Di pacifica conscienza et legiere
Necessaria opra ad chi se uuol saluare.

E ccadonq3 (sic) el Doctor Fra Pacifico,
Da Novara del orden di Minori
Dobseruanza conuenientemente
Facto lha per tutti al fin beatifico:

Al qual potran iunger picoli et Majori
Renovando, como insignia: lor mente.
Sicho sera prudente.
Chi cerca dintender tal doctrina:
Che fa lhuomo Dio per bonta diuina.

Huic subnectitur haec typographica nota: D. O. M. eiusq3 gloriosiss. Virgini Matri eterne. B. Frācisco. B. Benedicto. ceterisq3 Beatis et Predestinatis. Doctiss. Fratris Pacifici Nouariensis. Seraphici ordinis Minorum obseruantie. Divini uerbi Preconis Apostolici clarissimi. Per. G. Brebiam in impressione recognitum: et Philippum de Lauagnia Mediolanenses impressum, utriusq3 ere opusculum hoc, dei gratia. I.° Kalendas Apriles. in vigilia Dominice Incarnationis expletum est. Anno. i479. Mediolani. Imperañ. Dominis Bona Matre et. Io. Galeaz Maria Nato. Vicecomitibus. Ducibus. 6.
In 8.° ..... XIII. B. 25.

NOXETANI PETRI. Epistola ad Aencam Silvium Picolhomineum. *Extat cum* Aeneae Epistolis. *Vide* Picolhominei.

Digitized by Google

N U

Numae Pompilii. Epistola ad Sartorium. *Extat cum* Epistolis *sub* Q. Curtii *nomine editis. Vide* Curtii.

Nursiae Benedicti de. De conservatione sanitatis. *Praeit in primo folio averso Nuncupatoria Epistola, quam inscribit:* Iohānes philippi de Lignamīe Messanēsis Siculus ad S. D. N. Sixtū quartū pontificem maximum, *quae desinit in folio quinto averso. Adcedit in sequenti folio* Tabula huius libri, *quae duas plagulas complectitur. Hanc excipit opus secundum ordinem Alphabeti distinctum, quod absolvitur verbis:* Finis huius libri. *In summitate penultimae paginae:* Rome in domo Nobilis uiri Iohannis Philippi de Lignamine Messan. S. D. N. familiaris hic libellus impss⁹ est. Anno Dñi. M. CCCC. LXXV. DIE XIIII. Mensis Ianuarii. Pont. Syxti. IIII. Anno eius quarto. *Huiuscemodi verbis subjungitur* Registrum hūius libri.
In 8.° ..... XII. A. 61.

De hac praestantissima editione vide, quae in Tom. I. hujus Catal. pag. 2. innuimus, in Artic. *Abano Petri de.* Duo tamen hujus operis notat *Audiffredus pag. 193.* exemplaria, *quae* extant *Romae. in Biblioth. Casan.*, quorum unum est sine Editoris Nuncupatoria Epistola, sed cum titulo in fronte: *Pulcherrimum et utilissimum opus ad Sanitatis conservationem, editum ab eximio artium, et medicine professore magistro Benedicto de Nursia.* etc. etc.

—— Alia editio. *In primo folio averso legitur titulus:* Pulcherrimum et utilissimū opus ad sanitatis cōservationem aeditū (sic) ab eximio artium et medicine professore magistro Benedicto de Nursia tunc Serenissimi ac Potētissimi ducis Mediolani medico: ad sanctissimum in xp̄o patrem et dominum nostrum dominum N. divina providentia summum pontificem. Incipit foeliciter. Nursiae *opusculo adjunctum est* Taddaei de Florentia *Tractatus* de regimine sanitatis secundum quatuor partes anni. *Hujusmodi secundi opusculi titulus sic habetur:* Similiter etiam de magistro Tadeo (sic) de florentia de regimine sanitatis secundum quatuor partes anni. *Tractatus hic* Taddaei *non occupat, nisi septem plagulas, et ad postremae aversae calcem legitur sequens subscriptio.* Tractatus quidam de regimine sanitatis opera et industria Dominici de Lapis impendio tamen sigismundi a libris civis atq3 liberarii (sic) Bononiensis feliciter finiunt. Anno. M. cccc. lxxvii. *In ultimo folio Registrum foliorum totius voluminis exhibetur.*
In 4.° parvo ..... XII. B. 47.

De nomine Romani Pontificis designati littera N. in titulo operis, vide, quae notavimus Tom. I. pag. 1. hujus Catal. Praesens editio elegantissimo veneto charactere impressa a Bibliographis relata est tanquam prima e praelo *Dominici de lapis* egressa: quod credibile non foret, si anno 1462 impressisset opus *Ptolemaei*, quod gerit hujusmodi erroneam notam; de quo infra. Tantum prima pars hujus voluminis signaturas habet; altera eis vero caret. Prima initialis littera, auro, variisque coloribus expicta est; caeterae rubro, vel caeruleo suppletae sunt in spatiis.

Digitized by Google

— Alia editio. *Praecedit* Tabula hujus libri, *folio uno absoluto, continens argumenta capitum operis. In summitate secundi folii recti* Incipit libellus de conservatione sanitatis: secundum ordinem alphabeti distinctus: per eximium doctorem magistrum Benedictum compositus. *Ad calcem post verbum* Finis, *extat typographica nota:* Impressum Rome per Magistrum Stephanum Plannck Anno domini. M. cccc. xciij. Quarto Noñ. Maij.
In 4.° parvo..... VIII. B. 71.

— Alia editio. *In folio primo recto occurrit* Tabula hujus libri, *quae desinit in prima pagina folii secundi hac conclusione:* Tabula super hoc opusculo finit foeliciter. *Deinde*, Sequitur nunc libellus ipse de conservatione sanitatis: secundum ordinem Alphabeti distinctus. Per eximium doctorem magistrum Benedictum compositus. *Opusculum terminatur in folio recto circa medium, sub jecto* Registro huius libri.
In 4.°..... XII. B. 26.

Folia, sive chartae impressae in summa sunt xxxv. et character gallo-francus *Stephani Plannck*. Hujusmodi editionis mentionem faciunt *Audiffredus pag. 380.*, et *Denis in Suppl. pag. 496.*

— Exemplar alterum..... XII. B. 26.

Digitized by Google

N Y

Nyder Ioannis Ordinis Praedicatorum. Praeceptorium divinae legis. *Opus duplex antecedit Index; primus alphabeticus materiarum, secundus singulorum capitum, qui folia 29. complectitur. In prima columna folii xxx. recti,* Incipit ꝑlogus ī expositione décalogi sm̄ fratrē Ioannē Nider sacre theologie ꝑfessorem ordinis ꝑdicato4 : *in secunda* Incipit ꝑceptorium divīe legis. *Opus absolvitur folio cccxxxi. recto, ad lineam xv. secundae columnae : et post verbum* AMEN. *sequitur typographica notitia :* Iohannis nyder sacre pagīs Egregij doctoris ordinis ꝑdicatorū Conventualis nurēbergensis ꝑceptorij ꝑclarissimum op⁹ quodā digne admiracoīs mō. Nō. pennis ut pristi (sic) quidem. sed lr̄is sculptis artificiali certe conatu ex ere Remota nēpe indagine. Ingenijq3 diversa inq⁹etatōne illustre figuratū. accurate deniq3 correctū. Ac per ꝑuidum Ieorium (sic) husner civē urbis famose argentinensis ꝺpletum ac terminatū est ydus februarij. Anno etc. (sic) lxxvj. In folio..... XIII. E. 11.

Editio parum obvia, quam commendant *Maittairus pag.* 369. *Weislinger pag. 68. et Panzer Tom. 1. pag. 21.* Excusa est gallo-franco pereleganti typo, et singulae paginae in duas sunt columnas divisae. Charta albedine, firmitate, ac marginum amplitudine valde superbit. In superiori margine cujusvis paginae indicantur praeceptum, et capitulum. Interpunctionis signum in hoc opere nullum aliud observatur, quam punctum. Nullae occurrunt signaturae, nulli custodes, nulliqae paginarum numeri. Initiales litterae tum diversis coloribus, tum rubro tantum, vel caerulco depictae editionem admodum exornant.

Digitized by Google

O C

Occham. *Vide* Ockam.

Oceani. Epistola ad S. Hieronymum, *una cum* Pammachii *Epistola*. *Vide* S. Hieronymi *Opera*.

Ochan. *Vide* Ockam.

Ockam Guilielmi. Dialogorum libri vii adversus haereticos, et de dogmatibus Johannis Papae xxii. *ac alia Auctoris opuscula. Deest in hoc nostro exemplari primum folium, quod continet, uti discimus ex* Maittairo pag. 597. Gesnero *pag. 59. et* Seemillier *pag. 58. Epistolam Nuncupatoriam* Jodoci Badii Ascensii *ad* Joh. Trithemium; *hinc opus incipit a folio secundo recto, in quo Index Quaestionum continetur, sub hoc titulo in summitate primae columnae excuso:* Sequunt' questiones p̄cipales que in prima et tertia partibus discutiunt'. In secunda autem parte sine questionibus: de erroribus Joh'. xxij. disputatur. *In sequenti folio* Incipit tabula alphabetica p̱ quā quicq̄d in toto op̱e scitu dignum est facillime reperit', *septem constans foliis. Post vacuam paginam in averso folio occurrit tabella xylographica quadrangularis, quae duos ordinis minorum Religiosos unum sedentem et scribentem, alium stantem et legentem repraesentat. Huic tabulae Elegiacum carmen subnexum est, cujus inscriptio:* Jodoci Ba. Ascensii. ut boni iuuenes ad litterarū studia fervētius incūbāt cohortatio: cū q̄dā huius op̱is et clarissimi uiri Johānis de trittenhem. abbatis ī sphanhē cōmēdatiūcula. *In sequenti folio occurrit* Prologus in dialogum M. Guilermi ockam; *quo absoluto* Incipit liber primus qui querit ad quos spectat sc̄t sive ad theologos sive ad canonistas p̄cipaliter diffinire que assertiōes catholice et que heretice sive qui heretici seu catholici sint censendi. *Absoluta prima parte*, secūda pars principalis dialogorū est de dogmatibus pape Io. xxij. Que dividitur in duos tractatus. In primo ponuntur errores eiusdem ac p̱bant' rationibus suis p̱prijs p̱ eundē factis. In secundo vero rōnes soluūt' reprobant' atq3 destruūt' rōnib' et auctoritatib' sctōrū p̱bātes aīas purgatas ante diem iudicij nō videre facialiter deum. *Post secundam partem occurrit* Tertia pars principalis dialogo4, *quae* tractat de gestis diverso4 x̄pstiano4. *Hac pariter absoluta in folio oclxxvi. post tres vacuas paginas* Incipit compendiū errorū Iohānis pape xxij. editum et compilatum a Fratre Guillermo ockam de ordine fratrū minorum. *Huic adcedit* Sūmaria seu epitomata cxxiiii. Capitulorū op̱is xc. dierum M. Guilermi de ockā diligenter collecta; *et deinde* sexti tractatus tertie partis dyalogi magistri Guillermi ocham: quē ideo opus nonaginta dierū nūcupat q' ips' nonaginta dierū spacio cōpleverit: In q̄ de gestis frīs michaelis de cesena more recitatoris subtiliter p̱tractat correspōdēter ad id qd' sposp̄derat se facturū ī sexto tractatu tertie partis dyalogi Proemiū incipit. *Ad calcem hujusmodi tractatus*: Explicitū est opus nonaginta dierū correspondens sexto tractatui dialogi M. Guilhelmi de ocham. Sequūtur libelli fratris michaelis de Cesena. In

Digitized by Google

quib⁹ gesta eius de q̄bus idem Ocham ī preallegato loco se tractaturū promiserat plurima continentur : ut patebit eosdē diligenter lecturis. *Sequuntur I.* Littere recitatorie gesto4 fratris michaelis de Cesena , edite ut in fine earū patebit sd• scriptōe et suffragio henrici de chalbem : frācisci de esculo et Guilhelmi de Ockam et aliorū ei adherentiū ex monacho ad capitulū minorū in parpiniano aut avinione congregādū Anno dñi. M. CCCC XXXI. *II.* Sequuntur littere dep̄catorie fratris Michaelis de Cesena olim ministri generalis fratrū mino4. Ad regē romano4 et principes alemanie. *Volumen terminatur hac nota typographica , et Epigrammate.* Finis quarūdā līrarū sive epl⁹arū Fratris Michaelis de Cesena olim mīstri gñlis ordinis divi et seraphici cōfessoris sctī Francisci. In q̄bus (sicuti etiā in superiori ope nonagīta dierū Guilhelmi de Ockam) plurima de gestis et factis dicti frīs Michaelis continent⁹ , de q̄bus idē Guilhelm⁹ de Ockam se locuturū ī dyalogo suo spospōderat (sic). Cui q̄dem dyalogo p̄ magr̄m Iohēm Trechsel artis imp̄ssorie solertissimum diligenter imp̄sso hmōi additiōes : quāta maxima fieri potuit accuratōe castigate adiuncte sunt Lugduni. Anno dñi M. cccc. xcv. Die xvi. Iulij

Iodoci Badij ascensij ad leōres epigrāma
Hec quoq3 lectores multo indagata labore
Offerimus vestro dogmata iudicio.
Scilicet auctori nihil hic subscribun⁹ (sic) at que
Scripserit an bona sint vestra erit īspicere
Verū impressori debetis multa Iohanni
Trechsel : perspicua q̄ dedit arte premi
Multa quoq3 egregio certū est debere Iohī
Trittemio : Cuius ducimur auspicio.

In folio parvo ..... XIII. C. 22:

—— Quotlibeta. Guillermi hokan. *Is titulus visitur in prima pagina majoribus litteris gallo-francis excusus. In folio secundo recto incipit* Primum Quotlibetum. *In ultimo folio recto ad lineam XI. primae columnae, nota typographica sic legitur :* Expliciunt quotlibeta venerabilis inceptoris Guillermi okan de ordine fratrum minorum. Emendata diligenter per eximium virum Cornelium oudendick artiū magistrum et in sacra pagina licentiatum. Impressaq3 parisii arte magistri petri Rubei impressoris regii. Anno dñi mille.° quadringentesi.° octogesimo septimo. die penultīa mens⁹ februarii. *In sequenti columna* Incipiunt tituli questionum , *et ad calcem primae columnae ultimi folii aversi legitur :* hec quotlibeta reperies ad īt⁹signium rose. In vico novo beate marie parisiens⁹.

In 4°. parvo..... XIII. A. 44.

—— Annotationes super quatuor libros Sententiarum , et conclusiones centilogii theologici. *Characteribus majoribus gallo-francis legitur in prima voluminis pagina :* Tabule ad diversas hujus operis magistri Guilhelmi de ockam sup quattuor libros snīarū ānotatōes et ad cētilogij theologici eiusdem cōclusiones fa-

Digitized by Google

cile repriendas apprime conducibiles. *Postica pagina continet Nuncupatoriam inscriptam* Religiosissimo atq3 doctissimo viro dño Iohāni Tritemio Abbati spanhemēn. decori atq3 p̄sidio suo dulcissimo et in p̄mis venerādo Iodoc⁹ Bad⁹ ascē-sius salutē dicit. *Data* Ex Lugduno galliarū ad sextum idus novēbrias (sic) āni hui⁹ M. CCCC. XCV. *In folio sequenti incipit* Tabula questionū ockā in quattuor lib. snīarū, *et* Tabula conclusionum Centilogij, *quae 23. folia complectuntur. In folio xxv. recto opus initium sumit a titulo, in summitate primae columnae excuso:* Argutissimi atq3 ingeniosissimi tā philosophicarum q̄ theologicarū difficultatum disq⁹sitoris magr̄i Guilhelmi de okam anglici: sup quattuor libros sententiarum subtilissime questiones earūdēq3 decisiones cum quātis maximis fieri potuit labore atq3 solertia correcte: divino ut precor auspicio incoant⁹. Et p̄mo sup ꝑlogū dictorum libro4 etc. etc. *Ad calcem* Questionū in quattuor lib. snīarum *legitur typographica nota hoc pacto:* Hec sunt que M. Guilhelmus de okam super quattuor sententiarū libros scripta reliquit: inter que si qua offendant⁹ discrepantia: danda est venia auctori: qui (veluti ꝑfitet⁹) in diversis locis diversas nūc recitat nunc insequit⁹ opiniones. Porro impressori etiam gr̄e sunt referende qui ea tam fideliter et tam terse: ad optimi maximi salvatoris nostri laudem et studiosorum commoditatē multiplicavit. Impressum est autem hoc opus lugduni ꝑ M. Iohannē trechsel alemānum; virum huius artis solertissimum. Anno domini nostri. M. CCCC. xcv. die vero decima mēsis nouēbris. Laus omnipotenti deo. *Typographi signum rubrum, cujus nomen exprimitur litteris* I. T. *et* Ad Lectores eo4 qui in p̄mis versiculo4 elementis notificātur cōmendatiūcula *latinis distichis expressa adcedunt; hisque subditur* Registrum. *Post albam paginam* Centilogij theologici magistri Guilhelmi de ochā oēm ferme theologiā speculativā sub cētū ɔclusionib⁹ vñ nomē sumpsit: subtilissime cōplectētis: p̄fatio īcipit. *Ad calcem* Centilogij: Finis centilogij theologici. M. Guilhelmi de okam diligenter impressi per M. Iohannem Trechsel alemānum. Lugduni. Anno dñi. M. cccc. xcv. die vero nono novembris.

In folio..... IV. I. 17.

— Exemplar alterum..... IV. I. 18.

— Exemplar tertium in duobus voluminibus..... IV. I. 19-20.

— Exemplar quartum..... IV. I. 21.

— Exemplar quintum Centilogii *tantum, quia seorsim haberi etiam potest*..... IV. I. 22.

— Magistri Guilhelmi de okam sup potestate summi pōtificis octo questionum decisiones. *Laudata verba habentur in prima pagina majoribus litteris gallo-francis impressa. In aversa pagina occurrit Nuncupatoria Epistola, sub epigraphe:* Iodocus Badius Ascensius. F. Marco Alexandreo (sic) de Benevento: celestino4 ordinis divi benedicti observantissimo: artiumq3 bonarum professori inter eos quos nominales vocant peritissimo: salutem dicit. *Data* Ex lugduno ad calendas octobrias (sic) Anno salutis nostre. M. ccccxcvi. *Titulus in summitate primae columnae sequentis folii sic habetur:* Octo questionū sup potestate ac dignitate papali opusculi argutissimi quod. M. Guilhelmo de ockam ascribitur. incipit ipsius auctoris prefatio in qua institutū ac intentū suum explanat. *Opu-*

Digitized by Google

sculo absoluto legitur brevis Peroratio auctoris, *quae terminatur verbis*, Deo gratias. *His subjungitur nota typographica, scilicet:* Impressum est hoc opusculū quāta maxima ꝑ exēplario4 penuria atq3 mendositate fieri potuit diligentia. M. Johānis Trechsel alemāni in civitate Lugdunēn. Anno salut' nr̄e Mccccxcvi. die v̄o octavo octobris. *Adcedit Registrum.*

In folio ..... VI. E. 29.

—— Expositio super totam Artem Veterem, *continens hosce tractatus. I.* Super Porphyrii Praedicabilia; *II.* in Aristotelis praedicamenta; *III.* in libros duos Peryermenias; *una cum* Quaestionibus Alberti parvi de Saxonia. *Prima voluminis pagina haec habet verba:* Expositio aurea et admodum utilis super Artē ueterem edita per uenerabilem inceptorem fratrē Guilielmum de Occham cū questionibus Alberti parvi de Saxonia; *secunda continet Nuncupatoriam, cujus inscriptio:* Joānes Batista Millanus artium liberalium cultor Joānni trechsel achademie nominalium decoratori. S. P. D. *Epistolae subnectitur Epigramma, quod inscribit* Alexāder Mazol⁹ de Bononia Philippi fili⁹ fratri Marco suo opis illustratori S.

Non aurum tibi Marce petis: nitidos ve pyropos.
Nec tibi sardonyches Chrysolithosq3 paras:
Tu magis ad cunctas facientia commoda gentes
Evigilas: et quod posse iuuare putes:
Te duce conspicitur tenebris prius abditus Occham
Optabat studio quem sibi quisq3 suo:
Jure igitur laudes et nomina clara mereris
Nam multis multum conferet iste labor.

Ad calcem operis: Et sic est finis tum expositionū super totam artem ueterem secundum mentem Venerabilis inceptoris fratris Guilielmi de Ocham Doctoris plusquāsubtilis ex ordine fratrum mino4 ueritatū theologica4 magistri cantatissimi ac logicorum acutissimi. sacre schole inuictissimorum nominalium principis. Tum profundissimarum questionem Alberti parui de Saxonia eiusdem schole alumni. Que omnia correxit ac ordinavit frater Marcus de Benevento artium bachalarius sacre religiōis celestinorū sub regula beati Benedicti eidē academie deditissimus. Impensis prudētissimi uiri Benedicti Hectoris bononiensis artis impressorie solertissimi Bononieq3 Impssa sub Anno domini. Mcccclxxxxvi. die uero. xii. Julii. *Sequuntur* Tabula questionum, Registrum hujus operis, *et Typographi signum alibi notatum.*

In folio..... VIII. F. 6.

Laudatur praesens editio a *Warthono* in *Append. ad Caveum, pag. 29.* Vide *Maittairum Tom. 1. pag. 627.*

—— Logicorum acutissimi summa totius logicae Magistri Guilielmi de Occham ex ordine fratrum mino4 uenerabilis inceptoris: in omnium disciplinarum genere doctoris plusq̄ subtilis. *Is titulus habetur in prima pagina, et in secunda legitur Nuncupatoria Epistola, cujus inscriptio:* Frater Marchus de Be-

Digitized by Google

nevento religionis caelestino4 sub regula beati Benedicti inter eos quos noīales uocant minimus Dño Joanni Antonio de Albergatis Bononiensi canonico catedralis ecclesiae Sancti Petri de Boñ. S. P. D. *In folio secundo incipit* Commēdatio logicae Guiliermi de Occham. *Prima columna penultimi folii aversi, ubi opus terminatur, continet notam typographicam sic inscriptam :*

Explicit magna constructio logicae Magistri Guil
lelmi de Hoccam anglici ex ordine Fratrum Mino
rum logicorum acutissimi: Sacre Schole invictissi
morum Nominalium inceptoris in omnium di
sciplinarum genere doctoris plusquam supti-
lis (sic). Quam correxit summa diligentia frater
marcus de Benevento congregationis
celestinorum sub regula beati Benedicti
Qui et etate nostra verā Nominaliū
academiā in Italia suscitauit: quā
infecti gustu ꝑsternebant. Im
pressaq3 est Bononie nō par
vo ere Benedicti Hectoris
Bononiēsis artis imp̄s
sorie uiri solertissimi
simi (sic) Joāne. ij. Ben
tivolo Bononi
am illustran
te. die sexto
Aprilis
i498.

In secunda columna habentur duo Epigrammata, quorum unum Camilli Paleoti Bononiensis Ad Okam, *alter* Constantij Cancelarij Pistoriensis Ad fratrem Marcum operis illuminatorem. *Sequuntur deinde* TABULA, REGISTRUM, *et Typographi signum, satis notum.*

In folio..... ..... VIII. E. 12.

—— Summulae in Phisicam Aristotelis. *Sequentia verba leguntur in prima pagina:* Venerabilis inceptoris fratris Guiliemi (sic) de villa Hoccham Anglie. academie Noīalium Principis Sūmule ī lib. physico4 adsunt. *Epistola Nuncupatoria occupat aversam paginam, sic inscripta:* Frater Marcus Alexandreus de Benevento ordinis Celestinorum Domino Magistro Alexandro de Achillinis Bononiensi artium et medicine doctori optimoq3 philosopho. S. *Opus incipit in sequenti folio, et in ultimo averso, post* Registrum *adest subscriptio, scilicet:* Expliciunt auree sūmule in lib. physicorum fratris Guilielmi de villa Occham Anglie: Academie Nominalium principis. Sacrarum littera4 ꝑfessoris: ex ordine minorum: Correcte vigili studio ac labore venerabilis patris fratris Marci Alexandrei de Beneuēto Cōgregationis Celestino4 Ordinis divi Benedicti artium bac-

Digitized by Google

chalarij. Impresseq3 Bononie impensiȧ Benedicti Hectoris Bononiensis Viri solertissimi. i494. idibus decẽbris. Jo. Bentivolo secũdo merito regnante. *Huic typographicae notae subnexum cernitur signum Typographi. In sequenti folio recto, eoque ultimo habentur duo epigrammata, rotundo charactere excusa; cum tamen opus ipsum impressum sit charactere semi-gallo-franco valde pulchro. Primum Epigramma scribit* Petrus Garaottus de Forlivio Artium et Medicinae cultor Fratri Marco alexandreo de Benevento religionis Caelestino4 ordinis sancti Benedicti Artium Bacchalario achademiae Nominalium imitatori fidelissimo Salutem.

Perpetuos dent Marce dies et uota secundent
Numina : nec precibus pars uacet ulla tuis.
Te duce nanque caput celeberrimus extulit Occham.
Proh pudor : occultus uir fuit iste diu.

Secundum mittit Joannes Franciscus Signorectus Alexandreus, mirādula diuine (sic) philosophiae professor Fratri Marco : qui supra huius operis manifestatori. Salutem.

Qui tantũ in tenebris Gugelmus (sic) steterat Occham
Divini interpres sidus Aristotelis.
Intrepide emunctis in aperto naribus extat
Per te Beneventi gloria Marce tui.
Posterior tanto plaudet gens grata labori.
Tollet et immensum nomen ad astra tuum.
Per te christicolae rediuiuet gloria gentis
Per te Marce uiri fama peremnis erit.

In folio..... VIII. D. 16.

Octavii Fanensis. *Vide* Cleophili Octavii.

Octavianis Guittonis de. Tabula, *sive* Repertorium ad consilia Francisci de Accoltis. *Extant praefixa huic operi. Vide* Accoltis.

Digitized by Google

O D

ODAXII LUDOVICI. Versio latina Tabulae Cebetis. *Vide* Cebetis.

—— Epistolae duae ad Angelum Politianum. *Extant cum* Politiani *operibus, in lib. III.* Epistolarum. *Vide* Politiani.

ODDONIS GERARDI. *Vide* Odonis.

ODONIS GERARDI. Scriptum super lib. X. Ethicorum Aristotelis. Registrum *imprimitur in folio primo averso; Tabula sequitur, quae 33. paginas implet; quibus aliae duae albae adcedunt, exindeque Epistola Nuncupatoria, verbis hujuscemodi subdita:* Reverendissimo patri in cristo fratri Francisco sansoni Brixiano; ordinis minorum Ministro generali celeberrimo simulac (sic) benemerito. Frater Gratius Brixianus eiusdem ordinis minimus cum cōmendatione: Salutem. *Operi praefigitur Prologus, Prologo autem inscriptio, nimirum:* Incipit scriptum super librū ethicorū editum a fratre Geraldo odonis de ordine fratrum minorū Magistro in theologia etc. etc. *In fine haec notata sunt;* Explicit sententia et expositio cū questionib' sup' libros ethico4 Aristotel'. *At post unius lineae spatium* Impressa Brixie ad expensas. Sp. dñi Bonifacij de manerua.... M. cccc. lxxxij. die ultimo aprilis.
In folio..... VIII. E. 8.

Orlandius, et *Maittairus* editionis hujus meminere, sed absque nomine Typographi.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 9.
—— Exemplar tertium..... VIII. D. 35.
—— Exemplar quartum..... VIII. E. 21.
—— Alia editio, *cum textu* Aristotelis. *In prima pagina legitur.* Sententia et Expositio cū qōnibus Geraldi Odonis super libros Ethicorum Aristotelis cum Textu eiusdem. *Secunda pagina vacua est:* Tabula qōnum *postea occurrit, quae primo absolvitur fasciculo. Prologus, et Quaestiones operi praefiguntur, titulusque primo loco habetur:* Incipit scriptum super librū ethicorum editū a fratre Geraldo Odonis de ordine fratrum minorum magistro in theologia etc. etc. *Ad calcem totius voluminis legitur:* Venetiis per Simonem de Luere Impēsis dñi Andree Torresani de Asula. xiiij. mensis Julii. M. D. Registrum *his subjungitur.*
In folio..... VIII. E. 16.

Opus excusum est gallo-francis formis in duabus columnis. Textus majoribus litteris lineas 69. complectentibus; Commentarium minoribus excuditur; et verbum *Gerald* commentario subiicitur in qualibet pagina.

—— Exemplar alterum..... VIII. E. 17.

Digitized by Google

O F

Officium B. M. Virginis, *cum aliis officiis, et precibus.* Officio B. M. V. Kalendarium *praefigitur 15. foliorum, et folio xvi recto rubro colore* Incipit officiū beate marie uirginis secūdum cōsuetudinē romane curie; *et integrum opus desinit* Oratione Sancti anselmi *plagula cxci, eique subjacent haec verba:* Officium beate uirginis impressū venetijs per Nicolaum Jenson gallicum. m. cccc. lxxv. feliciter.
In 32..... XII. B. 84.

Libellus vetustate, aeque ac elegantia, et forma in 32. praestantissimus; rarissimus quoque ob Bibliographorum silentium. Charactere Romano rubro, et nigro ad semi-gallo-francum accedente, impressus est in membranis nitidis, et expolitis, cum figuris depictis, et auro exornatis; absque numeris, signaturis, et custodibus in paginis, quarum quaevis constat lineis 12. Initiales variis coloribus pictae, ac deauratae adjectae sunt in spatiis Miniculatoris industria.

—— Alia editio. *In prima pagina visitur Icon* Adami, et Evae *scutum sustentantium, cum monogrammate, quod litteris* P. P. *nomen Typographi exprimit, et infra* PHILIPPI PIGOUCHET. *Verba haec postmodum leguntur:* Ces presentes heures a l'usaige (sic) de Romme furēt acheuees le xxv. de Feurier. L'an M. CCCC. iiiixx. et dixsept. pour Simon Vostre libraire: demourant a paris a la rue neuue nostre dame. a l'ymaige sainct iehan l'euangeliste. *Secunda pagina continet* Almanach pour xxi. an. *Exinde adcedit Kalendarium, quod excipit opus ab initio* Evangelii *secundum* Joannem. *Volumen terminatur* Oratione *ad Sorores* B. M. V., *cui Miniculator addidit stemma gentilitium Possessoris, scilicet Aquilam bicipitem coronatam.*
In 8.°..... XIII. B. 26.

Exemplar impressum in membranis. Paginae omnes inclusae sunt ornamentis, et iconismis xylographicis; et praeter haec, aliae tabulae ligneae variis coloribus, et auro non ineleganter exornatae opportune occurrunt. Character gallo-francus niger, lineas 26. implet in paginis perfectis. Signaturae in marginibus inferioribus habentur litteris, arabicisque numeris; et in folio primo recto cujusvis fasciculi additur, ut plurimum, littera *t.* Custodes, numeros plagularum, et initiales nullo pacto Typographus adposuit, sed has Miniculator adfabre adpinxit.

—— Alia editio. *Prima pagina tabellam xylographicam offert, in qua praeter varia ornamenta, etiam duo Peregrini cruce signati, qui scutum sustentant, visuntur. Huic subduntur verba:* Incipiunt hore beate marie virginis; *et post spatium trium linearum*: M. D. Jehannot, *quod est nomen Typographi. In postica pagina occurrit* Almanach pour xxi. an. *et cetera, ut in praecedenti editione. Ad calcem post Orationem ad Sorores* B. M. V. *legitur*: Ces presentes heures a l'usage de Rōme furent acheuees le xxvi. iour de aoust. lan. M. CCCC. iiii. xx. et xvii.
In 4.°..... XIII. B. 31.

Digitized by Google

Sine loci indicatione; tamen notum est quod *Dionysius Iannot Parisiis* impressit ab anno 1484. Codex est membranaceus, gallo-franco charactere impressus, qui lineas 26. implet in paginis integris, et quoad tabellas xylographicas, ornamenta paginarum, et caetera in eo contenta, persimilis est praecedenti editioni.

—— Alia editio. *Prima pagina eamdem tabulam oculis intuentium offert, quam in prima editione 1497. vidimus, cum nomine ejusdem Typographi; et cum ipsa adamussim convenit in caeteris. Post orationem ad Sorores B. M. V. adcedit fasciculus, in quo* Psalmi Paenitentiales *gallica versione interpolantur; eodemque idiomate expressa Oratio iis adnectitur; quam excipiunt septem* Orationes S. Gregorii *latinae, quibus absolvitur exemplar nostrum.*
In 8.°..... XIII. A. 8.

Exemplar splendidissime impressum in nitidissimis membranis, cum figuris, et caeteris ornatis eleganter depictis, et auro adfabre ornatis.

—— Alia editio, *cujus licet prima pagina eamdem tabulam xylographicam repraesentet, quam in editione anni 1497. secundo loco notata observavimus, litterae tamen in scutulo impressae sunt* I. P. *e cruce pendentes; et nomen Typographi subjacet, nempe* IEHAN POITEVIN. *Ad calcem:* Ces presentes haeures a lusaige (sic) de Romme furent achevees a paris le viii. iour de mars lan Mil. CCCC iiiixx. xix. pour Jehan poytevin libraire demourant a paris en la rue neufve (sic) nostre dame.
In 8.°..... XIII. B. 27.

Licet pauciora in hac editione contineantur, quam in praecedentibus, et excepta minori libri forma, in reliquis cum editione anni 1497. perfecte convenit; iisdemque tabulis, et figuris est praedita.

—— Alia editio, *cujus priora foliola desunt in nostro exemplari, et opus incipit* ab Initio sancti evangelii secundum Johannem: *Opus terminatur hac Oratione:* Ante portā hierusalem sedebat sanctus petrus: et ecce supuenit dñs iesus: et ait illi. Quid hic iaces petre? Qui respondit. Dñe iaceo febre male. Ait illi iesus. Surge petro (sic) et dimitte hanc febrem. Qui surgēs recta sanitate secutus est eū. Et ait petrus. Obsecro te domine vere et bone vt quicunq3 hec verba devote dixerit febris ei nocere non possit. Ait illi iesus. Fiat sicut petisti. Amen Pr̄ noster. *Post hanc superstitiosam, et ridiculam conclusionem.* Sequitur tabula officiorum in hoc opere contentorum, *quae quidem tabula mutila est in fine.*
In 8.°..... XIII. B. 35.

Codex membranaceus cum ornamentis xylographicis, quae paginas circumdant, et tabulis ligneis. Character romanus rotundus, valdeque elegans, ruber et niger in paginis perfectis complectitur 23 lineas. Signaturae in marginibus inferioribus habentur litteris, arabicisque numeris, et folio primo cuiusvis fasciculi adduntur litterae RO. Custodes, numeros plagularum, et initiales nullo pacto Typographus repraesentavit, sed has Miniculator adjecit auro, ac aliis coloribus. Editio Italica, ut videtur, et fortasse *Venetiis* ex typis *Iohannis Leoviller de Hallis* exarata.

Offredi Apollinaris. Expositio in primum posteriorum Aristotelis cum

Digitized by Google

quaestionibus ejusdem. *Is titulus occurrit in prima pagina. In summitate primae columnae folii secundi recti:* Preclarissimi doctoris Apollinaris Cremonensis in librum primum posteriorum Aristotelis expositio feliciter incipit. *Hoc primo opusculo absoluto, sub eadem signaturarum serie, sed diversa plagularum numeratione* Acutissimi doctoris Apollinaris Cremonensis qōnes sup p̄mū lib4 posterio4 analectico4 Ari cū dei auxilio īcipiūt. *Ad calcem*: Expliciunt questiones clarissimi doctoris Apollinaris cremonēsis super librum primū posteriorū Aristotelis diligentissime correcte atq3 emendate per eximium artiū et medicine doctorem Magistrum Hieronymum surianum filium Domini Magistri Iacobi suriani Ariminensis physici prestantissimi. Impresse vero Venetijs arte Boneti de locatellis bergomensis. impensa nobilis viri Dñi Octaviani scoti ciuis modoetiensis. Anno salutis nostre. i493. i4 kalendas apriles. Ducante inclyto principe Augustino Barbadico. *Post notam typographicam* Incipiunt tituli questionum Apollinaris sup libris posteriorum; *deinde* Registrum, *cui subnectitur signum* Octauiani Scoti.
In folio..... VIII. E. 40.

—— Expositio Apollinari (sic) offredi cremonensis in libros de aīa. ═══ Questiones subtilissime eiusdem super eosdem libros de aīa. *Laudatus titulus habetur in prima pagina, et in secunda* Apollinaris Offredi cremonēsis sua tempestate Illustris et Philosophi et Medici prefatio in libros Arist. De aīa ad Illustrissimū Philippū Mariam Mediolani Ducem etc. etc. feliciter incipit. *In secundo folio* Apollinaris Offredi cremonēsis exp̄o Luculentissima in libros Aristo. de aīa feliciter incipit. *Ad calcem operis:* Et sic est finis qōnis. et oñr totiˢ operis. Impressi Uenetijs per Bonetū Locatellū mandato et expēsis nobilis Uiri Dñi Octauiani Scoti ciuis modoetiensis. i496. quarto idus septembris. Ad laudē oīpotētis dei. Amē. *Sequuntur* Tabula questionum, Registrum, *ac tandem signum Typographi.*
In folio..... VIII. F. 8.

Tam primum, quam secundum opus duplici charactere gallo-franco excusa sunt, qui major est in textu *Aristotelis*, et minor in commentariis.

—— Exemplar alterum..... VIII. G. 18.

—— De primo et ultimo instanti *adversus* Petrum Mantuanum. *Titulus in prima columna opusculi sic legitur:* Illustris philosophi et medici Apollinaris Offredi cremonēsis de primo et ultimo īstanti in defensionem coīs opinionis adversus Petrum Mantuanum feliciter incipit Capl'm. *In fine hujus opusculi legitur:* Explicit scriptū dˢistāti. illustris phiˢ et medici magr̄i Apollinaris Offredi cū suppōnibus eiusdē accuratissime emendātū p̄ eximiū Artiū doctorē magr̄m Ioannem Mariā Mapellū Vincentinū Impr̄ssum p̄ Bonetū Locatellū Ad istantiā Nobilis viri Octaviani Scoti Modoetiēsis. M. CCCC. LXXXXII. XI. kalˢ Maij. *Adcedunt in penultima pagina* Registrum, *et signum Tipographi.*
In 4.° *Extat cum* Mantuano Petro..... VII. B. 31.

—— Exemplar alterum..... VIII. A. 5.

—— Exemplar tertium..... VIII. A. 4.

Digitized by Google

O L

OLDRADI DE LAUDE. *Vide* Laude.

OLIVI PETRI IOHANNIS Provenzalis Ordinis Minorum. Quodlibeta. *Praeit Editoris Monitum* Ad Lectores *in aversa pagina folii primi, et ad calcem legitur:*

Tetrasticum ad Lectorem

Per lege (sic) lector opus Petri sublime Ioannis
Quod summi redolet dogmata Sacra Dei.
Nil nisi catholicum et sanctum sonat iste libellus:
Quis poterit contra cum ratione loqui?

In summitate primae columnae sequentis folii incipiunt: Quodlibeta Petri Ioānis ꝑuēzalis doctoris solēnissimi or. mino4, In qb⁹ pulcherrima novaq3, subtilissime ac periucunde disseruntur. *Ad calcem folii 41. aversi*: Finis Quodlibetorum: *deinde*

Nemo confidat nimium secundis.
Fata regunt finem: spero dii cepta secundent.

Sequitur in sequenti folio 42. Eiusdem impugnatio. xxxvij. articulorum adversus opiniones doctorum quorundam quo4 ipse supprimere voluit. *Adcedunt* Eiusdem defensio et expositio articulorum quorumdam ab infrascriptis magistris damnatorum. *In fine* Defensionis: Datum Nemausi. Anno dñi: Millesimo ducentesimo Octuagesimoquinto. *Sequuntur* Impugnationes aliorum articulorum, *quibus praefigitur Auctoris Epistola, sub inscriptione*: In Christo Iesu valde diligibili et vere dilecto fratri. R. d⁹. camliaco et sociis eius charissimis. Frater. P. Io. olivi maximus peccatorum. *Terminatur verbis*: Vos autē bene valete: optime vivite et deus pacis sit ipse vobiscum. *Deinde*: Datum in monte pessulano Feria iiij. post christi divinissimū pascha. *Opus absolvitur in folio 61. averso, sequenti conclusione*: Non viribus: aut velocitatibus: aut celeritate corpo4 res magne gerūtur: sed snīa et auctoritate. *Alia duo folia occupat* Tabula Quodlibetorum et reliquarum questionum in hoc libro contētarum ex cohordinatione questionum ab ipsomet P. Ioāne facta; *cui subnectitur* Registrum huius operis.
In folio..... II. H. 27.

Sine ulla typographica nota. Opus excusum est duplici columna, charactere gallo-franco minutiori, qui lineas 67. implet in unaquaque columna perfecta. Signaturae, foliorum numeratio, ac custodes suo loco visuntur; in marginibus externis postillae, et citationes habentur; et in superioribus tituli, quaestiones, et quodlibeta notantur. Initiales, ut plurimum, florentes ligno exculptae adparent, aliquae majori forma in spatiis impressae sunt. Typis *Antonii Kubergeri* Norimbergensis ob quamdam characteris, et impressionis similitudinem opus excusum videtur, circa finem saeculi xv.; caeterum de Typographo, impressionis loco, et anno haud hariolari placet. Licet de hoc Auctore ejusque operibus plura *Lucas Waddingus* commentatus sit in *Tom. 2. Annalium ordinis minorum ad annum 1297.* de praesenti tamen editione neque laudatus scriptor, neque alii, qui de re bibliographica diffuse pertractarunt, mentionem faciunt.

Digitized by Google

O N

ONOSANDER ad. Q. Verānium de optimo Imperatore eiusq3 officio p Nicolaum Saguntinū e graeco in latinum traductus. *Is titulus occurrit in prima opusculi pagina. In calce :* Onosandri de optimo Imperatore: eiusq3 officio: p Nicolaum Sagundinū e graeco in latinū Traducti. Finis.
In 4.°..... VIII. B. 11.

Extat praesens opusculum compactum cum aliis quatuor Auctoribus, qui de re militari pertractarunt, scilicet *Vegetio, Sexto Iulio Frontino, Modesto, Aeliano*, quorum opuscula sub una eademque signaturarum serie impressa sunt; incipiendo ab *a* usque ad *y*. In *Onosandro* autem aliae occurrunt signaturae majusculis litteris expressae, ab *A* usque ad *DIII.* pertingentes. Neque huic, neque *Vegetio*, neque *Frontino*, neque *Modesto*, neque *Aeliano* ulla temporis nota adjecta fuit: omnes tamen sunt eodem Romano charactere, minus eleganti *Eucharii Silberi* impressi, uti optime advertunt *Audiffredus pag. 330. Gras. pag. 147.* et *Seemiller pag. 43.*

ONUS MUNDI id est prophetia de malo futuro ipsi mundo superventuro: *in qua continentur aliquae revelationes factae* S. Brigittae. *Praeit breve Anonymi Monitum, de praestantia, et excellentia hujuscemodi opusculi; exinde* Sequitur libellus qui intitulatur Onus Mundi idest prophetia de malo futuro ipsi mundo superuenturo. *Hoc absoluto* Sequuntur festa Sancte Birgitte; *scilicet I.* officium misse in natali Sancte Birgitte; *II.* in festo Canonizationis uel translationis; *III.* in Commemoratione eius. *Post haec* nequitur oratio bona de sancta Birgitta, *cui subnectitur* Registrum.
In 4.° parvo..... XIII. B. 21.

Absque ulla typographica nota: *Audiffredus pag. 272. Denis pag. 203. Maittairus pag. 466. et 358. Orlandus pag. 77.* et *302. Laire pag. 260.* et *Strauss pag. 179.* notant editionem hujusmodi opusculi impressam *Romae Mccccl xxxv. per Eucharium Silber*, et hanc solam editionem hujusce opellae Bibliographi hucusque agnoverunt, uti in evolvendis eorum voluminibus didici. Nostra tamen, quae integra, et perfecta est, caret ea typographica nota, quam laudati Bibliographi referunt; tametsi characteres, quibus extat impressa, videantur *Eucharii Silberi* Romani Typographi; hinc dicendum praesentem editionem, latuisse laudatos Scriptores, et primum a nobis excitatam. Characteres, uti iam innuimus, Romani sunt, et quidem minus elegantes, quibus *Silber* saepe numero utebatur. Lineae 33. numerantur in paginis perfectis, in quibus nec custodes, nec signaturae, nec foliorum numeratio, nec initiales litterae observantur; et earum loco spatia tantummodo occurrunt. Sit, haec editio prior, an posterior editione, quae nota typographica instructa est, non ausim definire. *Maittairus, pag. 467.* et *Fabricius Bibl. med. latin. Tom. III. pag. 280.* affirmant librum hunc nihil aliud esse quam *excerptas Revelationes quasdam ex lib. IV. Revelationum S. Birgittae* cui titulus est, *Onus Mundi.*

Digitized by Google

O P

Oppiani. De piscatu libri V. *e graeco in hexametros versus latinos translati a* Laurentio Lippo. *Praecedit* Vita Oppiani Laurentii Lippii Collensis ad magnificum Virum Laurentium Medicem, *quae desinit in folio primo averso ad lineam xiv. et prorsa oratione conscribitur. Huic adjectum est metricum* Proemium Laurentii Lippii collensis super interpretatione Oppiani ad Magnificum virum Laurentium Medicem. *Adcedunt argumenta, primo totius operis, deinde prioris libri carminibus expressa, sicuti et caeteris aliis libris praefigitur argumentum; postea incipit* Interpretatio Oppiani Laurentii Lippii Collensis ad Magnificum Virum Laurentium Medicem. *Post quintum* Oppiani *librum adjecta sunt* Distica Laurentii Lippii Collensis ad magnificum Virum Laurentium Medicem, *de quibusdam vegetabilibus animalibus, et gemmis. Ad calcem horum duo extant Epigrammata, quorum primum inscribit* Laurentius Petro Carbonello Hispano Regio Secretario; *alterum mittit* Philippus Poscus ad Laurentium Lippium musarum amicum; *et huic idem* Philippus poscus ad lectorem *sequentia verba subdidit:* Laurentius Lippius Collensis Vir utraque lingua apprime eruditus hoc divinū Oppiani opus traduxit Gallus cognomine Bonus impressit: ut esset studiosis litterarum utriusque industria quantulacunque accessio: Quapropter quod Oppianum o lector latinum legis utrisque gratias agas Impressum in Colle oppido Municipio Florētino anno ab hūaitate (sic) Christi. Mcccclxxvii. die xii. Septembris. *Deinde* Registrum huius libri *adcedit.*
In 4.°..... XII. B. 56.

Praecipuum hujus editionis pretium in eius raritate situm esse videtur. Ejus character semi-gallo-francus est, talisque fabricae, ut studiosum a lectione quodammodo deterreat: ni forte id incommodi potius ex nexuum, et abbreviaturarum frequentia, quibus scatet, quam ex defectu typorum ortum habet. Signaturis instructa est, et registro, ex quibus apparet voluminis plagulas esse 64. Si fides habenda foret *Caillio pag. 29.*, *Oppiani* opus non latine tantum hoc anno 1478., sed *Gr.* et *Lat.* aliquot ante annis, scilicet *1471. a Gallo Bono Colle* impressum fuisse existimandum esset. At commentitiam esse ejusmodi editionem, nemo non videt. *Beughem*, ex quo errorem hausisse videtur *Caillius*, tantummodo Latinam editionem anni *1471.* laudat, ac longe verisimile est a Typographo, loco anni *1478.*, qui est annus verus latinae editionis, repositum fuisse *1471. Maittairus* autem ad latinam editionem anni *1478.* subjunxit hanc annotationem: *At de editione Oppiani Halieut. Gr. Lat. in 4.° 1471. Colle per Gallum Bonum, quam Io. de la Caille affert pag. 29. valde addubito.* Nullo autem modo de ejusmodi editione *Gr.Lat.* addubitavit *Orlandius*, qui eam rètulit in utraque sui operis parte: quem tamen una cum *Caillio*, et *Beughemio* errasse ex eo apparet, quod vera editio anni *1478.* cum apud ipsum, tum apud suos magistros desideratur.

Oppii Caii. Epistola ad M. T. Ciceronem, *una cum* L. Cornelio Balbo *scripta. Extat in lib. ix.* Epistolarum Ciceronis. *Vide* Ciceronis.

Oppii Marci. Epistola. *Extat cum* Epistolis Ciceronis ad familiares *in lib. ix. Vide* Ciceronis.

Opuscula varia de jure Civili, et Canonico. *Vide* Ius.

Digitized by Google

O R

Oratio in funere Reverendissimi Cardinalis Spoletani (Bernardi Heruli Narniensis). *Verba, quibus Oratio inchoatur, sunt:* Nolite flere super me, sed super vos flete, et super filios vr̄os. Verba hec redemptoris nostri Luce. xxiii. Capitulo scripta Visum est mihi non alienum etc. etc. *In folio VI. averso, ad lineam quartam terminatur oratio, et post breve spatium legitur:* Habes hic finem orationis que sermoni aggressa est humili conturbatoq3 animo in funere Reverendissimi Cardi. Spoletani.

In 4.° *vide* Orationes variae..... IX. B. 9.

Sine typographica nota, et Auctoris nomine. Obiit hic Cardinalis *Romae III. Non. Aprilis Ann. 1479.* uti scribunt *Ciacconius*, et *Ughellius*; tumulatusque fuit in *Basilica Vaticana.* Oratio excusa est semi-gallo-franco elegantiori charactere, et fortasse impressa ipso anno, quo habita fuit. Cui Typographo adscribenda sit, incertum mihi est.

Orationes Anonymae, *quae in* Margarita Poëtica Alberti de Eyb *reperiuntur; scilicet* de Electione Episcopi vel Praelati = Exhortatio ad Clerum = De Laude Civitatis Bambergae = In laudem clarissimarum feminarum = In desponsatione Richardae et Marchionis Estensis. *Vide* Eyb *Tom. I. hujus Catalogi pag. 285.*

—— Orationes variae, *diversis temporibus, ex diversis typographiis exaratae, quas possidet haec Regia Bibliotheca, notatae reperiuntur in toto hoc Catalogo sub nomine cujusque Auctoris, juxta ordinem alphabeticum.*

Hinc Collectio I..... I. B. 4.
—— Collectio II..... III. B. 19.
—— Collectio III..... IX. B. 9.
—— Collectio IV..... IX. A. 58.
—— Collectio V..... XIII. A. 23.
—— Collectio VI..... XIII. A. 39.
—— Collectio VII..... XIII. A. 40.
—— Collectio VIII..... XIII. A. 42.
—— Collectio IX..... XIII. A. 43.
—— Collectio X..... XIII. A. 51.
—— Collectio XI..... XIII. A. 52.
—— Collectio XII..... XIII. A. 28.
—— Collectio XIII..... XIII. A. 29.

Orbellis Nicolai de, *sive* Dorbelli. Summulae philosophiae rationalis, *seu* Expositio Logicae secundum Scoti doctrinam. *Praeit titulus in principio primae columnae folii primi recti, sic:* Excellentissimi uiri artiū ac sacre theologie p̄fessoris eximii magistri Nicolai Dorbelli de Franciá ordinis mino4 sc̄m doctrinā doctoris subtilis Scoti: logice brevis sed admodū utilis expositio incipit. *Ad calcem post verbum* FINIS, *typographica nota hoc pacto legitur:* Eximij ac peritissimi artiū ac sacre theologie Magistri Nicolai Dorbelli ordinis mino4 p̄clarissi-

Digitized by Google

ma logice expositio: parva q̄dē uolumīe : maxīa vo doctrine copiositate. qd⁹ opus sicut ceteris logice uoluminib⁹ est emēdatius: ita p̄fecto oīb⁹ logice libris uolētib⁹ in dialetica: et precipue sc̄m doctrinā doctoris subtilis erudiri est utilius. Emēdatū est eīm sūma cū diligētia p̄ venerabilē Religiosum fratrem Petrū de Parma ordinis mino4 de obseruantia: et in eadem ciuitate impēsis Damiani de moyllis: et Ioannis Antonij de Montalli: ad studentiū utilitatem eiusdem fratris Petri istātia fideliter impressum. 1482. die ultimo mensis Aprilis.
In 4.° parvo..... VII. B. 31.

Erravit fortasse *Fabricius* in *Bibl. med. et inf. lat. Tom. V. lib. XIII. pag. 109.* qui retulit praesentem editionem ad annum *1483.* quum *Maittairus*, *Orlandius*, caeterique Bibliographi agnoverunt tantummodo editionem anni *1482.* Male insuper *Maittairus* descripsit formam hujusmodi editionis in *folio;* cum ea sit non solum in *4.* sed tam parvo, ut potius in *8.* crederetur; idque magis evincitur, quod quaterniones constant octo foliis. Editio excusa est non ineleganti charactere gallo-franco, qui in columnis duabus, in pagina unaquaque distinctus, implet in utraque lineas 33. Custodes, et foliorum numeri nulli adparent; signaturae vero in inferioribus marginibus habentur. Summa foliorum ad numerum 108. pervenit.

—— Expositio Summularum Logicarum Petri Hispani. *Adcedunt* Passus Francisci de Mayronis super universalia praedicamenta Aristotelis; Quaestiones de tribus principiis rerum naturalium Antonii Andreae; Boneti Formalitates secundum uiam Scoti; Antonii Sirecti Formalitates Moderniores; S. Thomae Fallaciae et tractatus de ente et essentia. *Folium princeps vacat; in secundo recto* Prologus *adest, qui inscriptioni subjacet:* Excellentissimi viri artium ac sacre theologie professoris eximii magistri Nicolai de orbellis de francia ordinis mino4 s'm doctrinam subtilis Scoti: logice brevis: sed admodum utilis super textu magistri Petri hispani expositio incipit. *Integro opere absoluto Typographi industria haec notata occurrunt:* In hoc volumine habes summulam Nicolai de orbellis una cum textu Petri hispani: deinde passus frācisci mayronis: et tria principia Antonij andree et formalitates Boneti et Scoti: nec non fallacias Sancti Thome ac tractatum de ente et essentia. et impressum Venetijs per Bernardinum de choris de Cremona et Simonē de Luero Die 7.° mensis novēbris 1489. *Adcedit* Registrum.
In folio..... VIII. E. 45.

Opus impressum est divisis columnis, cum textu *Petri Hispani* typo majusculo gallo-franco expresso, et inserto *Expositionis* sectionibus. Nullam initialem unciali typo Impressor notavit, sed eas in spatiis quadratis supplevit variis coloribus Miniculator. Character dispescitur in 66. lineas pro quavis integra columna. Signaturae habentur; custodes foliis aversis fasciculorum suturae praecedentibus, et ultimis paginis eorumdem impressi occurrunt; nonnunquam vero illos adponere Typographus neglexit. In superioribus marginibus inscriptiones extant ab initio voluminis ad fasciculum p. inclusive.

—— Exemplar alterum..... VIII. E. 28.

—— Alia editio, *in qua continetur tantummodo* Expositio textus Petri Hispani. *Titulus in summitate primae columnae legitur ut in praecedenti editione, Ad calcem voluminis:* Explicit Logica magistri Nicolai de orbellis vna cum textu Petri hispani feliciter. Impressa Venetijs per Albertinum Vercellensem: die x. Marcii m. cccc. *Sequitur* Registrum.

Digitized by Google

In 4.° parvo..... VII. B. 26.

Typus gallo-francus duplex adparet, et duabus columnis distinctus; minor *Expositionibus* inserviens lineas 46. complectitur in columna integra. In superioribus marginibus inscriptiones adsunt, minime vero numeri foliorum; in inferioribus desunt custodes, sed occurrunt signaturae. Initiales xylographicae florentes sunt.

—— Exemplar alterum..... VII. B. 29.

—— Expositio in Sententiarum libros. *Duo priora folia vacua, in tertio recto habetur titulus majoribus gallo-francis typis excusus hoc pacto:* Eximii doctòris magistri Nicolai de orbellis sup sētēcias cōpendiū putile elegātiora doctoris subtilis dicta sūmatim cōplectēs qd' dudū multis viciatū erroribus castigatissime fuit recognitū. ac nove impressioni Rothomagi cōmēdatum. *In aversa pagina occurrit breve monitum, quo* Lodoicus (sic) Honnonius Neruius, *commendat utilitatem, et operis praestantiam, et ad calcem habetur* Eiusdem lodoici honnonij epigramma. Prologus *incipit in secundo folio, et in fine voluminis legitur:* Explicit quartus sententiarum. M. Nicholai dorbelli sacre theologie professoris ordinis minorū fratrum de observantia nuncupatorū. qui quartus liber (sicut et praecedentes tres) magno fuit labore correctus ab infinitis ferme erroribus atq3 defectibus (ut exemplaria indicant) quibus iampridem aut correcto4 inscitia seu impresso4 incuria fuerat viciatus: Nūc diligentissime in rothomagi civitate impressioni datus studio et opera Magistri Martini morin rothomagi ɔmorātis iuxta prioratum sancti laudi: expensis vero Iohānis alexandri librarii. *In postica pagina, quae ultima est, visitur Bibliopolae stemma, et in inferiori parte characteribus majoribus gallo-francis:* Venundātur Rothomagi in domo Iohannis richardi mercatoris.

In 8.°..... II. B. 2.

Sine nota chronologica. *Martinus Morin Rothomagi* artem typographicam exercuit ab anno *1490* ad *1514.*, sed quamplurimae ejusdem editiones carent anni nota. Praesens nostra editio, quae latuit Bibliographos fere omnes, saltem eos, quos evolvere mihi licuit, spectare videtur, nisi fallor, ad exitum Saeculi XV. Constat integrum hoc opus, gallo-francis elegantissimis typis praestanti chartae impressum, 5o quinternionibus, et duabus plagulis, quae litteris signatae sunt in inferioribus marginibus; custodes vero Typographus praetermisit, aeque ac foliorum numerationem. Lineae 39. ut plurimum, in paginis integris numerantur, aliquando vero 40, et perraro 41. Cuilibet libro adjecta est *Tabula*, et *Ordo quaestionum* in ipso *contentarum.* In superioribus marginibus *distinctiones Quaest.* et *lib.* indicantur; in externis vero citationes, et postillae passim occurrunt. Interpunctionis signa sunt punctum, duo puncta, et lineola recta pro virgula. Initiales vel parvis designantur formis, vel xylographicae floribus insertae adparent.

Oriano Lanfranchi de. Tractatus de Arbitris. *Legitur in summitate primae columnae folii primi recti:* Clarissimi iuriconsulti. D. Lanfranchi de Oriano solēnis utilis quotidianus et praticabilis tractatus d' Arbitris. Additis multis aliis qōnibus clarissimorū doctorū. *Circa medium primae columnae folii xxv. aversi opus absolvitur hac conclusione:* Finis tractatus de Arbitris pexcellētissimū. V. I. monarcam. d. Lanfrancū de Oriano. Additis multis aliis qōnibus et allegōnibus clarissimorum doctorum. *Deinde*, Sequit Tabula questionū et aliorū in pnte Tractatu de Arbitris cōtentorum in qua ultra ea que adita (sic) sunt dicto Tractatui repies nōnullas allegōnes et qōnes. Laus Deo. Tabula *incipit in sequenti columna,*

Digitized by Google

et post tria alia folia occurrit Finis Tabule praescripti Tractatus de Arbitris. d. Lanfranchi: Piscie impressi Anno incarnatōis domini nostri Iesu Christi. M. CCCC. LXXXVI. die Martis. v. Decembris: Impēsis nobiliū iuuenū Bastiani et Raphaelis fratrum et filiorum Ser Iacobi Gerardi de Orlandis de Piscia: Opera uenerabilis religiosi presbyteri Laurentii et Franci fratrum et filiorū Iacobi Cennis Florentinorū: ad laudē et gloriā oīpotentis dei eiusq3 gloriose matris uirgīs Marie et scōrū Iacobi et Sebastiani totiusq3 celestis curie. *His subjectum est* REGISTRUM.

In folio magno..... VII. C. 24.

In *Michaelis Maittairi Annalibus Typographicis* Editionem hanc praestantissimam frustra quaesivi, aeque incognitam nonnullis Bibliographis, qui noverunt solummodo editionem Papiensem anni 1499.

—— Incipit solemnis repetitio famosissimi. vtriusq3 iuris doctoris domini Lanfranci de Oriano de Brixia super c. quoniam contra falsam. de probationibus. *Is titulus occurrit in summitate primae columnae folii primi. Ad calcem operis haec leguntur*: Finiunt repetitiones quedam auree famosissimi vtriusq3 doctoris (sic) dñi Lanfranci de Oriano Brixiēn. v3

Repetitio. C. quoniam contra falsam. de probationibus.
Repetitio de. sepe. de verbo4 signi.
Repetitio de. dispendiosam de iudicijs.
Repetitio rubrice de causa posses. et pro.
Repetitio capitulo4. Raynutius. et Raynaldus de testa.
Repetitio l. admonendi. de iureiurando.
Tractatus de interpretatione statuto4
Repetitio l. centurio de vulga. et pupil. substi.

Que cum sint valde excellentes: et habeant doctrinas et questiones quotridianas (sic) et subtiliter disputatas: Peregrinus Bononiēn. easdem q̄3 emendatissime Venetiis: et accuratissime imprimendas curavit. Anno a natali christiano: quadringentesimo octuagesimonono: post millesimū. nono Kalen. iulij. Augustīo Barbadico inclito principe regnante. *His subnectitur* Registrum, *et deinde*, Hic sequitur tabula per ordinem alphabeti.

In folio magno..... VI. G. 30.

Origenis. Libri VIII. contra Celsum, *Interprete* Christophoro Persona. *In folio primo averso imprimitur Epistola, qua* Theodorus Gazinus Constantinopolita. Xp'oforo p'sona S. P. D. *In secundo recto incipit Nuncupatoria sub Epigraphe*: SIXTO IIII. PONT. MAX. C. P. PRIOR. S. BALBINE: *Haec desinit in eodem folio averso, ad lineam xxvii. Opus a prooemio initium sumit in tertio folio recto, cui praesunt verba*: ORIGENIS PROAEMIUM (sic) CONTRA CELSUM ET IN FIDEI CHRISTIANAE DEFENSIONEM LIBER I. *Notitia typographica ad calcem operis exprimitur hoc pacto*: Origenis contra Celsum finis: quem Christophorus persona Romanus: prior sanctae Balbinae de urbe: latine graeceq3 peritissimus: cū fide e graeco traduxit et emendavit. Ma-

Digitized by Google

gister vero Georgius Herolt de Bamberga Romae impressit. Anno incarnationis domini Millesimo quadringētesimo octogesimo primo: mense Januarii: regnante Sixto quarto pontifice maximo: anno eius decimo. *In ultima pagina extat* Registrum.

In folio ..... I. E. 13.

—— Exemplar alterum ..... I. E. 14.

—— Homiliae duae in cantica Canticorum, *cum ejusdem Praefatione*, S. Hieronymo *Interprete. Adcedit* Commentarium in *eumdem librum*, *quod* S. Hieronymo *in titulo videtur tribui*, *non enim aliud Auctoris nomen refert. Extant cum* Tractatibus, *et* Epistolis S. Hieronymi, *et indicantur in Tabula Vol. I. Vide* Hieronymi.

—— *Eaedem* Homiliae duae, *quarum prior* S. Hieronymi *prologo ad* Damasum, *et* Origenis *praefationi conjungitur; italice*, Matthaeo de Ferraria, *ut videtur*, *Interprete. Extant in editione* Epistolarum *Italica.* Vide Hieronymi, *Tom. 1. hujus catalogi pag.* 385.

Orosii Pauli uiri doctissimi historiarum initium ad Aurelium Augustinum. *Sic incipit opus in folio secundo recto, nam primum est vacuum. Pro coronide hi versus absoluto opere leguntur:*

Ut ipse titulus margine in primo docet.
Orosio nomen mihi est.
Librariorum quicquid erroris fuit.
Exemit Aeneas mihi.
Quod si situm orbis: siqúe nostra ad tempora
Ab orbis ipsa origine.
Quisq tumultus: bellaque: et caedes uelit.
Gladesque nosse: me legat.

Pauli Orosii uiri clarissimi Ad Aurelium Augustinum episcopum et doctorem eximiū libri septimi ac ultimi Finis. Impressi Venetiis: opera et expensis Octaviani scoti Modoetiensis. Anno ab incarnatione domini. M. cccc. lxxxiii. Tertio Kalendas sextilis Joanne Mocenico inclito Venetiarum duce. *Sequitur* REGISTRUM.

In folio ..... XIX. G. 13.

—— Exemplar alterum ..... XIX. G. 14.

—— Alia editio. *In prima pagina legitur*: : : PAULUS : : OROSIUS : : *Incipit opus in folio averso cum inscriptione*: Pauli Orosii uiri doctissimi historiarum initium ad Aurelium Augustinum. *Ad calcem*: Finis. Laus deo; *exinde adparent versus, ut in editione praecedenti: hisce vero nota typographica subditur*: Pauli Orosii viri praeclarissimi historiarum opus absolutū est: q' diligētissime emēdatum Impressum Venetiis per magist4 Christoforum de Pēsis: de Mādello op'a et impensis Octaviani Scoti. Anno ab incarnatiōe dni. M. cccc. lxxxxix. xy. Kalēdas augustas. *Sequuntur Registrum*, et TABULAE LIBRORUM.

In folio ..... XIX. H. 25.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Titulus sic legitur :* PAULI OROSII VIRI DOCTISSIMI HISTORIARUM INITIUM AD AURELIUM AUGUSTINUM. LIBER PRIMUS: *Ad calcem post versus supra relatos, typographica notitia habetur hoc pacto:* Pauli Orosii uiri clarissimi Ad Aurelium Augustinum episcopum et doctorem eximium Libri septimi ac ultimi Finis. Impressi Venetiis: opera et expensis Bernardini Veneti de Vitalibus. Anno ab incarnatione domini. M. CCCCC. Die XII. Mensis Octobris Regnāte Domino Augustino Barbadico. *Huic subnectuntur* Registrum, *et Typographi signum alibi notatum.*

In folio..... XIX. G. 15.

—— Exemplar alterum ..... XIX. G. 16.

—— Alia editio. *Occurrit in aversa pagina folii primi breve Monitum ad Lectorem, hisce versis contentum:*

SCIAS VELIM HUMANISSIME
LECTOR; AENEAM VVLPEM
VICENTINUM PRIOREM SAN
CTE CRUCIS ADIUTORE
LAURENTIO BRIXIENSI HIS
TORIAS PAULI OROSII: QUAE
CONTINENTUR HOC CODICE:
QUAM ACCURATISSIME PO
TUIT: CASTIGASSE: CUI NON
IMPROBANDO SANE LABORI
SI QUID EX INGENIO TUO
VEL MELIUS: VEL APTIUS AD
DENDUM PUTABIS: ID HONO
RE EIUS INTEGRO FACIAS:
OBSECRO: QUOD EST NON
INGRATI ANIMI OFFICIUM.

In sequenti folio opus incipit a titulo sic inscripto : PAULI OROSII VIRI DOCTISSIMI HISTORIARUM INITIUM AD AURELIUM AUGUSTINUM. *Ad calcem :* Bartholomaeus paiellus eques Vicentinus in P. Orosium.

Vt ipse titulus margine in primo docet:
Orosio nomen mihi est.
Librariorum quicquid erroris fuit:
Exemit Aeneas mihi.
Meq̄ imprimendum tradidit non alteri
Hermanne: q̄ soli tibi.
Hermanne nomen huius artis et decus:
Tuaeq̄ laus Coloniae.
Quod si situm orbis: sique nostra ad tempora
Ab orbis ipsa origine.

Digitized by Google

Quisq̄ tumúltus bellaq̄ et caedes vélit
Cladesq̄ nosse : me legat.

In folio parvo..... XII. C. 10.

Licet praesens editio careat nota chronologica, et loci indicatione, tamen *Vicentiae* impressa fuit, ubi *Hermanus Liechtensteyn Coloniensis* commorabatur. *De Bure le Ieune*, in *Bibliographie instructive n.° 435.* de anno impressionis, sic scribit: *Cette édition passe pour avoir été imprimée vers l'année 1475.* Ita pariter post illum autumarunt *Bolongaro - Crevenna Tom. IV. pag. 31. Laire Ind. I. pag. 160.* et *Panzer Tom. 3. pag. 522.* Character est rotundus; nitidusque; absque signaturis, numeris, et custodibus; lineaeque 39. numerantur in paginis integris.

—— Exemplar alterum..... XII. F. 34.

—— Alia editio. *Titulus sic imprimitur in summitate folii primi:* PAULI OROSII VIRI DOCTISSIMI HISTORIARUM INITIUM AD AURELIUM AUGUSTINUM. *In calce extat defectus duorum foliorum.*
In folio parvo..... XII. E. 38.

Liber, licet mutilus in fine, ex ea omnino editione est, quam evulgavit *Leonardus Achates Basileensis* sine loci, et anni indicatione, quam Bibliographi describunt; nempe *Maittairus pag. 757. Bolongaro Crevenna Tom. IV. pag. 31. Mittarellus pag. 306. Rossi pag. 58. Panzer Tom. III. pag. 493. aliique;* quae quidem eorum descriptio huic nostrae editioni apprime consonat. Paginae integrae implendae gratia lineas 38. Typographus iunxit rotundi elegantis characteris. Numerationis, et custodum nullum adposuit marginibus signum: proque initialibus spatia reliquit. Signaturae expressae sunt litteris ab *a* ad *n* cum arabicis numeris. Circa annum vero, et locum impressionis haud exploratum est, et Bibliographi adhuc certant. Nam *Leonardus Achatis Venetiis* primum officinam habebat, ut patet ex editione *Operum S. Athanasii*, et exinde *Vicentiae* impressit. Quum vero editionem Vicentinam *Hermanni* de *Levilapide* haec imitetur, inter Vicentinas referendam esse non dubitamus. Caeterum haec editio magni facienda est, quia uti docet *De Bure* in *Catal. De la Valliere* » *Les editions d'Achates sont fort rares. Il à imprimé tres peu.*

—— Sexagintaq̄nq3 qōnes q̄s Orosius divo Augustino ꝑponit, et Augustinus respondet. *Extant cum* Opere quaestionū divi Augustini.
Vide Augustini..... II. E. 2.

Orphaei Argonautica. *Eiusdem* Hymni. *Adcedunt* PROCLI LYCII Philosophi Hymni, *graece. Incipit opus absolute, absque ulla praefatione ab* Orphaeo. *Adponitur initio utriusque Poëtae ornatus ligneus rubro colore tinctus, et titulus eiusdem coloris:*

ΟΡΦΕΩΣ. ΑΡΓΟΝΑΥ-
ΤΙΚΑ.

Ad haec Argonautica *litteris uncialibus rubris pariter incipiunt. Integro opere absoluto legitur:*

ΤΕΛΟΣ.

Τῷ Θεῷ Δοξα.

His subdita extant verba:

Digitized by Google

Anno ab incarnatione. M. cccc. die xix. Septem
bris. Impressum Florentiae impensa philippi Jũ
tae bibliopolae. Si quos errores in hoc opere
lector īvenies. qui properātes oculos
nostros subterfugerīt eos pro
iudicio tuo emēdabis.
uix fieri pōt ut nō
tales īterveniāt.

In 4.° ..... XII. D. 32.

De accurata descriptione hujuscemodi principis rarissimae editionis alii fuse tractarunt.

ORTUS SANITATIS. *Vide Tom. I. hujus Catalogi pag.* 222. Cubae Joannis.

Digitized by Google

O S

Osmo Nicolai de, *sive* de Auximo. Supplementum Summae Pisanellae *vel* Magistrutiae. *Opus alphabetico ordine digestum est, cui praefigitur brevis prologus huic subjectus titulo:* In nomine dñi nostri Jesu Christi Amen. Incipit liber qui dicit' Supplementum. *In ultima operis sectione* Frater Nicolaus de Osmo *fatetur se opus complevisse* prope Mediolanum in Conventu S. Marie de āgelis nūcupato et ul'gariter sācti āgeli. m.cccc.xliiii. novēbris. xxviii. die Sabbati etc. etc. *Deinde adcedit* Tabula capitulo4, postmodum Tabula abbreviatura4; *quibus omnibus absolutis*, Incipiūt canones penitenciales extracti de vbo adv̄bum de summa frīs Astensis ordinis mino4 titulo xxxi. et hic positi sunt ab auctore supplementi hui'. *Post Canones occurrunt* R'ice libri vi. decretalium, *et in fine earum legitur Epigramma:*

Quē legis īp̄ssus dū stabit ī aere caracter
Dū nō lōga dies l'fera fcā (sic) prement
Candida ꝑpetue nō deerit fama cremone
Phidiacū hīc supat b'tholome' hebur
Cedite chalcogphi millesima ūra figura ē
Archetypas fingit solus at iste notas.

M. cccc. lxxiii. Nicholao. Marcello duce
ueneciarum regnante imp̄ssum fuit h'op'
die ultimo Nouēbris. hora xxii. feliciter.

In folio parvo..... XIII. C. 25.
—— Exemplar alterum..... XIII. D. 6.
—— Exemplar tertium..... V. C. 7.
—— Alia editio *eadem continens, quae in superiori recensita sunt. In calce extat sequens Epigramma:*

Iuris hūt late hec decerpta uolūīa sacri
Pisei artificis nomina parta sui
Queq3 ill' desūt alt' nou' addidit auctor
Semine quo caruit accumulauit ag4.
S3 mathias op' pressit morauus ūtrumq3
Labe repurgatum. crede. volumen emis.

Bonorum omnium largitor uolēte deo
Expletum feliciter Janue x.° Kalendas

Digitized by Google

Julii . Millesimoquadrīgēte°. lij ° quarto (sic)
. per Mathiam morauum de olomunz
et Michaelem de monacho Sotium eius.

Sequuntur in altera columna ultimi folii aversi , in quo habetur subscriptio allata , Constitutiones duae Martini PP. V. *contra* Symoniam , *quibus terminatur volumen.*

In folio parvo..... XIII. E. 18.

Mathias Moravus priusquam Neapolim peteret , praesentem librum impressit *Genuae;* ast loco *Genuae Beughemius* in *Incunab. Typogr. pag. 14.* legit *Gentiae: Caillius* vero , *Hist. de l'Imprimerie pag. 50.* legit *Genzano.* Utramque lectionem in *Origine , e Progressi della Stampa* refert *Orlandius P. 1. pag. 192.* haecque subinde notat : *Quando Gentiae sia Genzano , egli è una Terra sullo stato di Roma , dalla quale tralle altre cose si cava un vino abboccato , del quale in Roma se ne fà molta stima. Verissima annotatio ,* observat eruditissimus *Audiffredus, sed vinosa potius , quam bibliographica.* Nota typographica , pro rei veritate, designat annum *1456.* quia in eo , loco duarum *xx.* adhibitae fuere duae unitates; hinc merito *Maittairus pag. 338.* legit *lxx.* proindeque editio refertur ad annum *1474.*; neque enim annus *1456.* inter Italas editiones locum habere potest. Haec vero editio est summopere rara , et a paucis visa , excusa charactere semi-gallo franco , valde nitido , sine ullo signo typographico in amplissimo margine , quo instructa est. Initiales , nisi Minicularius , qui et distinctionis signa adposuit , rubro , vel caeruleo colore adjecisset , penitus desiderarentur. Prima pagina in littera majori deaurata , floribusque ornata , exhibet iconem cujusdam monachi Ordinis Minorum , qui probabiliter est. *F. Nicolaus de Osimo.*

—— Alia editio. *In folio secundo recto opus incipit , titulo praeeunte :* In nōie dñi nostri Jhesu christi. Amen. Incipit liber qui dicit⁹ Supplementum. *Post tabulam capitum , et* Canones poenitentiales , *primum legitur ,* Laus deo. *ac deinceps istiusmodi nota typographica :*

Impressū ē h⁹ op⁹ Venetijs ꝑ Frāciscū de
Hailbrū. et Nicolaū d⁹ Frākfordia socios
M. CCCC. LXXIIII.

In folio parvo..... V. C. 6.

Haec editio inter elegantes recensenda nullo instructa est custode , aut foliorum numero , aut signatura. Duplex columna extat in unaquaque pagina , et haec amplis marginibus vallata; initiales a Minicularío spatiis earum gratia relictis , insertae fuere. Typi semi-gallo-franci nitidi prelo urgente in quavis integra columna lineas 47. effecerunt : charta Typographi firma est , et albedine conspicua. Plagulis constat volumen 336. si *mss.* numerationi rubricatae fides habenda est.

—— Alia editio , *praecedenti admodum similis ; sed ad calcem post capitum tabulam ,* et Canones poenitentiales *Typographus hoc pacto suam adposuit notam :*

Impresssum ē hoc opus Venetiis ꝑ Fran
ciscum de Hailbrun. et Nicolaū de Franck
fordia sōcios .... M. CCCC. LXXiiii.
Laus deo.

Digitized by Google

In 4.° parvo ..... V. C. 4.

Haec secunda editio, uti jam monuimus, praecedenti similis est, sed margines minus amplos habet, nam charta minoris formae Typotheta usus est. Nulla iidem margines impressione signaturarum, custodum, et numerationis instruuntur. Principes sectionum dictiones majusculis expressae sunt typis; initiales desiderabantur, antequam Minicularius vario colore eas adposuisset in spatiis. Character non absimilis illi, qua editio praecedens excusa est, lineas 47. ut in eadem complectitur. Plagulis 318. calamo numeratis absolvitur opus. Hinc ex duobus exemplis descriptis probatur, quam recte editionem duplicem eiusdem anni, ejusdemque Typographi extare censeant Bibliographi, ut *Denis in Supplem. pag. 34.* observavit.

—— Exemplar alterum..... V. C. 5.

—— Alia editio, *in qua post* Tabulas Capitulo4, et Rubrica4. Incipiunt canones pn̄iales etc. etc. *quibus absolutis legitur nota typographica, his verbis contenta* Impressū est hoc opus Venetiis p̄ Franciscum de Hailhrun: et Nicolaum de Frankfordia Socios: M. CCCC. LXXVI. Laus Deo. *Adcedunt* Consilia Alexandri de Nevo, *quorum titulus:* Primū consiliū dn̄i Alexandri de Nevo Vincentini. iuris vtriusq3. doctoris cōtra iudaeos fenerantes. *Cuilibet* consilio, *nam quatuor sunt, inscriptio praefigitur: Inter secundum, et tertium aliud* Consilium *ejusdem excusum est, quo reprobat* Consilium Angeli de Castro sup̄ articulo: An iudei possint conduci ad fenerādum cū dispēsatiōe pape. *Ad calcem* Consiliorum *occurrit excerptum* Ex litteris reverēdissimi dn̄i Francisci Cardinalis Venetiarū sancte romane ecclesie vicecancellarij et ep̄i tunc Veronensis directivis dn̄is duodecim et q̄nquagīta rei publice Veron̄ deputatis. Datū Rome. i7. novēbris. M. cccc. xli. *Ultima pagina vacua est.*

In folio parvo..... V. C. 8.

—— Exemplar alterum..... V. C. 9.

—— Exemplar tertium ..... V. C. 1.

—— Exemplar quartum ..... V. C. 2.

—— Exemplar quintum ..... V. C. 3.

—— Alia editio, *in qua eadem impressa sunt; nota vero typographica legitur ad operis calcem, scilicet post* consilia Alexandri de Nevo, *et* canones *sic extat* Impressum c̄ hoc opus Venetiis per Franciscū de Hailbrun. et Petrum de Bartua socios. M. CCCC. LXXvii., *deinde* Laus deo. *Nil reperitur in ultima pagina.*

In folio parvo..... V. C. 10.

—— Alia editio, *quae pariter notam typographicam habet post* Consilia Alexandri de Nevo, *et* Canones poenitentiales; *et his verbis profertur:* Impressum est opus hoc Venetiis cura atq3 diligentia M. cccclxxix. die primo Januarii. Laus Deo.

In 4.° parvo..... V. D. 1.

Sine nomine Typographi.

—— Exemplar alterum..... V. D. 12.

—— Alia editio, *eadem continens, quae superius recensitae;* Canones *vero*

Digitized by Google

poenitentiales praecedunt Consilia Alexandri de Nevo; *et ad calcem haec habentur:* Impressum est hoc opusculum Venetiis per Franciscū renner de Hailbrun. M. cccc. lxxxij. Laus deo.

In 8.° ..... V. D. 4.

—— Exemplar alterum ..... V. D. 11.

—— Alia editio, *quae iisdem praedita est operibus, quibus editiones notatae. Ad calcem* Canonum poenitentialium *legitur*: Impressum est hoc opusculum Venetiis per Franciscū renner de Hailbrun. M. cccclxxxiij. Laus deo. *Post duas fere vacuas paginas* Incipiunt Consilia Alexandri de Nevo, *quibus terminatur volumen.*

In 8.° ..... V. D. 3.

—— Exemplar alterum ..... V. D. 5.

—— Exemplar tertium ..... V. D. 10.

—— Alia editio, *quae notitiam typographicam habet ad calcem voluminis, post* Canones poenitentiales, *et* Consilia Alexandri de Nevo; *hinc in summitate primae columnae ultimi folii recti legitur*: Impressum est hoc opus Venetijs: per Paganinum de Paganinis Brixiensem et Georgium de Rivabenis Mantuanum. Anno domini Mcccclxxxv. diei xxviij Martij.

In 8.° ..... V. D. 6.

—— Exemplar alterum ..... V. D. 7.

—— Exemplar tertium ..... V. D. 8.

—— Exemplar quartum ..... V. D. 9.

—— Alia editio, *continens ea omnia, quae in antecedentibus editionibus observavimus. Ad calcem* Canonum poenitentialium *legitur:* Impressum est hoc opusculum Vercellis per Jacobinum de Suico de sancto Germano. M.cccc.lxxxv. die xxvij. octob. *Sequuntur* Consilia Alexandri de Nevo, *quibus clauditur volumen.*

In 8.° ..... V. D. 13.

—— Alia editio, *in qua* Canones poenitentiales *postremum locum obtinent; hinc ad calcem:* Impressum est opus hoc Venetiis cura atq3. diligentia Leonardi Vuild de Ratisbona. M. CCCC. LXxxix. *Deinde*, Laus Deo.

In 4.° ..... V. D. 2.

—— Quadriga Spiritualis, *Italice. Praeit breve Auctoris Praefatio, quae incipit:* (D) ICE LAPOSTOLO QUELLO EL QUALE NON SA cioe le cose necessarie alla salute etc. ete. *quae in eadem pagina terminatur. In postica opus incipit, et primo* DEL SIMBOLO DEGLI APOSTOLI. *Ad calcem operis, legitur:* EXPLICIT OPUS NUMCUPATUM (sic) spūalis quadriga cōpositū ꝑ uenerabilem p̄rem fr̄em Nicolaū de auximo ordīs mino4 de osservantia (sic) īprexu (sic) per magistrum Phedericum de comitibus de Verona ī civitate Esii Anno ab incarnatōe dn̄i nr̄i Jesu Christi M. CCCC. lxxv. sext. Kl's novēbris. *Eodem folio averso incipit Tabula singulorum capitum eiusdem, quae duas alias integras implet plagulas.*

In 4.° ..... XIII. A. 38.

Ex citata Capitum Tabula in calce adposita, liquet summam foliorum esse 177. nam volumen signaturis, numeris, reclamantibus, ac registro caret. Enuntiatur in hac editione Typographi agnomen,

Digitized by Google

quod in editione *Constitutionum Marchiae Anconitanae* supra notata pag. 88., et in *Lectura Baldi de Ubaldis de Perusio*, de qua infra, omnino omittitur: ideoque eam vel ob hanc causam non parvi aestimandam esse putamus. Etsi vero eodem charactere, ac *Constitutiones*, excusa sit, tantis tamen vocum syncopis deformatum utrumque opus est, ut nonnisi post diligentem comparationem, nil plane inter se (ni forte in paucis quibusdam compendiariis notis) differre animadvertimus.

—— Alia editio. *Praefatio in prima pagina huic subiecta est titulo:* IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CRISTI. INCOMENZA EL LIBRO DICTO QUADRIGA SPIRITUALE. *Desinit in aversa pagina, ad lineam* x., *et protinus incipit opus* DE LI. SIMBOLI. DELI. APOSTOLI., *et in folio clxxxxiv. recto, ad lineam xxi. absolvitur, verbis,* Deo Gratias. AMEN. *Ultima pagina alba est, nec Tabula in hac editione habetur.*

In 4.°..... XIII. B. 11.

Sine nota loci, anni, et Typographi. *Morellus in Tom. IV. pag. 31. Bibl. Pinellianae* diffuse vetustam hanc editionem descripsit, eamque etiam memoravit *Denis in Suppl. pag. 647.*, et *Panzer Tom. IV. pag. 182.* ceteri vero Bibliographi ignorarunt. Character, quo volumen impressum est, rotundus, admodum rudis, et lineas 26. occupat in paginis integris, in quibus nec signaturae, nec foliorum numeri, nec custodes visuntur. Pro initialibus spatia reliquit Typographus; nec eas Miniculator supplevit, saltem in nostro exemplari.

—— Compendio di salute. *Opusculum subjectum est titulo, qui rubro colore praefulget in summitate primae paginae, hoc modo:*

IN NOMINE DOMINI NOSTRI YHESU
CRYSTI. INCOMINCIA LO TRACTATEL
LO DICTO COMPENDIO DE SALUTE.
DEL VENERABILE DOCTORE ET MAS
TRO INTOLOGIA (sic) FRATE NICOLAO DE
AUSIMO. DEL ORDENE DE OBSERvantia.

In folio xix. recto, ad lineam xiv. post verba: yhesus gratias, *legitur nota typographica:*

Ad laude del omnipotente Dio: et de la sua madre
Vergiene (sic) Maria: e de la martore (sic) sancta Ktarina (sic):
e finito questo tratatello ditto Compēdio de
salute. Impresso per magistro Gabriel
de Pietro Trevisano. Nel M cccc
lxxix. A di sei Marzo In
Tusculano Lacus Be
naci.

In 4.° parvo..... XIII. A. 46.

Praesens opusculum fugit non solum diligentissimum *Waddingum*, sed etiam *Hyacinthum Sbaraleam* in *Supplemento ad primum*. In operibus horum clarissimorum Scriptorum adnotantur omnia *Nicolai de Osmo* opera, tam latine, quam italice evulgata; hujuscemodi vero opellae mentio non occurrit; raritas proinde ipsius, ejusque impressionis clare elucet, ex silentio Bibliographorum. Hujus voluminis rotundus character elegans chartae firmae impressus est. Lineae 32. in qualibet integra pagina visuntur; signaturae ab *a* ad *c. iii.* cum numeris arabicis plagulis adhaerent; initialesque parvas in spatiis Typographus expressit. *Gabriel de Petro Tarvisinus Venetiis* primum typographiam habuit per annos fere septem, scilicet ab anno 1472. ad 1478. eam postea *Tusculanum*, oppidum agri Brixiensis, iuxta *Lacum, Benacum* advexit; ibique commoratus est ab anno 1479. ad annum 1480.

Digitized by Google

O V

Ovidii Publii Nasonis. Opera omnia, *cum* Responsionibus A. Sabini, *et libris dubiis* de pulice, *et* philomena, *quae omnia duobus voluminibus distinguuntur. Volumen primum exhibet Nuncupatoriam Epistolam, et Praefationem* ad Cicchum Simonetam, *in qua de vita Poëtae disseritur. Epistolae praefigitur inscriptio :* Bonus Accursius Pisanus salutē dicit plurimā Magnifico equiti aurato et sapientissimo ac primo ducali secretaire (sic) Ciccho Simonetae. *In praedicta Epistola Auctor* Bonus Accursius *se opus correxisse adfirmat, et* Libris Metamorphoseos *addidisse, quae* Lactantius Placidus *de hac re conscripsit, scilicet argumenta, seu epitomam, quae revera praefigitur* Fabulis. *Post praefationem* Tabula Fabularum *occurrit, quam excipit* P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBER PRIMUS. *Ad calcem* Metamorphoseos, *seu voluminis primi, haec notantur verba :*

F. I. N. I. S.

BARNABAS CELSANUS VICENTINUS HA
BES HUMANISSIME LECTOR OPERA. P.
OVIDII A NOBIS QUAM ACCURATISSI-
ME POTUIMUS EMENDATA. NEC MINUS
DILIGENTER AB HERMANO LEVILAPI-
DE VICENTIAE IMPRESSA. M. CCCC. LXXX.
PRIDIE IDUS AUG. FELICITER.

Τελος

Volumen secundum, continens cetera Poëtae opera, incipit ab Epistolis, *quibus praefigitur titulus :* P. OVI. NASONIS SVLMONENSIS POETAE CLARISSIMI HEROIDUM ALIVS EPISTOLARVM LIBER VNICUS INCIPIT. *Ad calcem ultimi folii aversi, post verbum* FINIS. *Typographi industria: haec notata fuere :* Finis omnium librorū. P. Ovidii qui extant. eos q̄ accuratissime emendatos a Barnaba Celsano vicētino. īpressit Hermanus Colonīēsis Lichtenstein Vicentiae. M. cccc. lxxx. sex. Id. Maii. Feliciter.
In folio parvo Tom. II..... X. H. 7. 8.

Inter raras editiones Saec. XV. hujusmodi Poëtae, etiam hanc Vicentinam recensent *De Burin Bibl. Instruct. Belles lettr. n.° 2749. Crevenna Tom. III. pag. 213.* aliique. Character, quo excusa cernitur, est rotundus valde elegans, qui in paginis plenis 48. lineas comprehendit. Custodes, et foliorum numeri penitus omittuntur; signaturae vero in primo volumine, post secundum impresso, visuntur litteris A—V. cum arabicis numeris, iique tantum adhaerent primo fasciculo, qui Nuncupatoriam, et Praefationem continet; in secundo vero volumine signaturarum series exhibetur litteris *a—hk 4.* Initiales, ut plurimum, desunt in spatiis, quandoque vero a Miniculatore adjectae sunt. Nonnulli immerito putarunt *Hermannum Lichtenstein*, et *Hermannum Levilapidem* diversos esse Typographos, cum unus idemque sit sub duplici illo agnomine.

Digitized by Google

—— Alia editio, *ejusque prima pars sequentia continet. In primae paginae fronte lignea tabella extat, quae* OVIDIUM *in medio sedentem, ut ex ipsius nomine ibidem expresso patet, et quatuor forsan ejus Expositores pariter sedentes, et scribentes repraesentat. In aversa leguntur* Boni Accursii Pisani *Epistola, qua* salutē dicit plurimā magnifico equiti aurato et sapiētissimo ac prīo ducali secretario Cicho (sic) Simōetae; *brevis Praefatio, ut in editione praecedenti, et vita* Ovidii *ex ipsius scriptis ab* Accursio *desumpta. Istas excipit Index* Fabularum: *quae omnia sex foliis comprehenduntur. In folio septimo* PUBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBER PRIMUS INCIPIT. *Ad calcem libri xv. legitur:* Impressum Venetiis per Cristophorū de Pensis de Mandello. M. cccclxxxxii. die: vii. mensis ianuarii. *His adjectum est* Registrum. *Secunda pars incipit a libro* Heroidum, *cujus titulus:* P. OVI. NASONIS SULMONENSIS POETAE CLARISSIMI HEROIDUM LIBER UNICUS. *Ad calcem huiusmodi secundae partis, ac totius voluminis post verbum* FINIS, *legitur:* Publii Ovidii Nasonis Sulmonensis poetae Clarissimi Opa oīa impressa Venetiis ꝑ Xp̄oforū de Pensis: de Mandello Anno Dñi.M.CCCC.LXXXXVIII. xxiii. kalendas. decembres. Laus Deo. *His adcedit* REGISTRUM, *cui subnectitur charactere subalbido illud* Antonij Seripandi et Amicorū. *In prima pagina ultimi folii notantur* OVIDII OPERA, *contenta in volumine, scilicet:* Fabularum tabula ꝑ ordinem ad modum reptorii = Ovidii vita diligentissime composita = Publii Ovidii Nasonis Metamorphoseos libri xv. cum fabulis ad loca sua positis = Eiusdē heroidū liber unicus: In quo plurimi versus additi ex antiquissimo codice praesertim in epistola Paridis ad Helenam: et in Epistolis Cydipes ad Acontium = Eiusdem Sappho = Sabini eqtis Ro. epistolae tres. S. Vlyssis ad Penelopem. Demophoōtis ad Phyllidē: et Paridis ad Oenonen = Eiusdem Ovidii Amorum libri tres = Eiusdē ad iuuentutē romanā de arte amādi libri. iii = Eiusdem de remedio amoris libri duo = Eiusdem inuectiva in ibin = Eiusdem de morte Germanici epistola cōsolatoria = Eiusdem ad Germanicum Caesarem Fasto4 libri sex = Eiusdem de Tristibus libri quinque = Eiusdem de Ponto libri quattuor = Eiusdem de pulice = Eiusdem de Philomena = De medicamine faciei = Eiusdem de nuce = *Tandem:* LAUS OMNIPOTENTI DEO: ET BEATE VIRGINI MARIAE. FINIS.

In folio parvo..... X. H. 6.

—— Metamorphoses. *Praecedit in primo folio averso Epistola* Boni Accursii Pisani ad magnificum Equitem Cicchum Simonetam. *Sequitur in sequenti folio* Vita Ovidii, *ab ipso* Bono Accursio *conscripta, quae desinit circa initium folii sexti aversi. Post vacuam paginam primam folii septimi, in secunda illud* Ovidii *Epigramma, legitur:*

Orba parente suo quicunq3 uolumina tangis:
His saltem nostra detur in urbe locus.
Quoq3 magis faueas: non haec sunt edita ab ipso.
Sed quasi de domini funere rapta sui.

Digitized by Google

Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit:
Emendaturus si licuisset: eram.

In sequenti folio incipit PUBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBER PRIMUS; *qui quidem titulus cuilibet libro praeponitur, litteris pariter uncialibus. In calce voluminis*: Mediolani Impressum per Magistrum Philippum de Lavagnia Mediolanensem. 1475. die. 5. Junii.
In folio parvo..... XII. G. 22.

Editio valde elegans excusa nitidissimo charactere rotundo, sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris; qui pennicilli ope scripti visuntur in superiori margine, colore rubro: ex iis igitur colligimus volumen constare 185. foliis.

— Alia editio, *cui adcedunt* libri Fastorum, *et* Epistola Consolatoria ad Liviam Augustam. *Opus incipit absolute a titulo, qui praefigitur cuilibet libro etiam uncialibus formis, nempe:* PUBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBER PRIMUS. *Ad calcem:* PUBLII OVIDII NASONIS METAMORPHOSEOS LIBRI QUINTI DECIMI ATQUE ULTIMI FINIS. *Sequitur Epigramma supra notatum,*

Orba parente suo quicunq3 volumina tangis etc. etc.

In sequenti folio incipit PUBLII OVIDII NASONIS FASTORUM LIBER PRIMUS. *Ceteris* Fastorum *libris pari modo inscribitur uncialibus litteris titulus. Absoluto libro sexto, occurrit* PUBLII OVIDII NASONIS POETAE CONSOLATIO AD LIVIAM AUGUSTAM DE MORTE DRUSI NERONIS FILII EIUS QUI IN GERMANIA MORBO PERIIT. *Terminatur Epistola hac conclusione:*

PUBLII OVIDII NASONIS EPISTOLAE
CONSOLATORIAE AD LIVIAM
AUGUSTAM DE MORTE
DRUSI NERONIS FILII
EIUS QUI IN
GERMANIA MORBO PERIIT
Finis.

In folio parvo oblongo..... XII. G. 17.

Editio hujus operis est elegantissima, et quoad omnia sese maxime commendat. Typi sunt romani, iique nitidissimi; charta superbit albedine, firmitate, ac marginum amplitudine. Custodes, signaturae; et paginarum numeri minime occurrunt; initiales vero, quae deerant, a Miniculario auro, variisque coloribus adfabre illitae adparent. Paginam quamlibet occupant versus 43. et totum opus folia 205. complectitur. Hac de editione omnes bibliographicae rei Scriptores altum tenent silentium. *Fabricius* quidem *Tom. I. Bibl. lat. pag.330.* cujusdam editionis sine loci, anni, et Typographi indicio, quam antiquissimam vocitat, meminit; ast an praesens pars quaedam illius sit, an non, adserere haud possum. *Harwood de Class. Script. pag. 243.* aliam *Metamorphoseos* editionem sine anni, loci, et Typographi adnotatione recenset, et ex *Nicolai Jenson* officina *Venetiis* prodiisse suspicatur. Sed praesentem illius partem haud esse, characterum diversitas docet. Forsan nostra editio tantummodo pars omnium *Ovidii* operum est, quae *Antonius Zarotus Mediolani* sine anni nota typis evulgavit: quodque magis opinionem nostram obfirmat, est similitudo characterum;

Digitized by Google

quippe qui comparatione facta cum aliis editionibus hujusmodi Typographi, quibus haec Regia Bibliotheca ditatur, iidem prorsus adparent.

—— Alia editio, *in qua* Metamorphoseos *tantum libri continentur in gallicam prorsam versi, cum argumentis, et allegoriis. In prima pagina maioribus litteris gallo-francis, quae insculptae potius, quam impressae adparent, titulus operis hoc pacto exprimitur:* La bible des poetes, methamorphoze. nouuellemēt imprime a paris. *Postica facies tabulam xylographicam praefert, quae* Saturnum *repraesentat, uti eruitur ex verbis in summitate ejusdem tabulae impressis, ubi legitur:* Du dieu Saturne et de sa figure. Le Prologue *incipit in secundo folio, et terminatur in prima columna aversae paginae, ad lineam xii. Sequitur protinus argumentum primae* Metamorphosis; De la description et image de saturne le premier dieu. *Opus absolvitur circa finem secundae columnae folii cci. recti, ubi legitur:* Cy finist la bible des poetes de metamorphoze. *In altera ejusdem folii pagina* Cōmence la table de ce present liure intitule ouide methamorphoze, *quae decem occupat paginas. In summitate ultimae paginae sequentia habentur verba:* Cy fine (sic) ce present liure intitule Ouide metamorphose translate de latin en francois et nouuellement Imprime a Paris pour Anthoine Verard libraire et Marchant demourant en la dicte uille deuant la rue neufue nostre dame a lenseigne sainct Jehanne leuāgeliste. Ou au palais au premier pillier deuant la chappelle ou len (sic) chante la messe de messeigneurs les presidens. *Huic typographicae notae subditur tabella lignea, quae continet duo scutula, quorum alterum in superiori parte positum, et a duobus angelis sustentatum, Christianissimi Regis Franciae stemma repraesentat, et regia corona ipsi imminet; alterum, primo subjectum, quod duo gryphi sustinent, litteras* A. V. *colligatas inspicienti offert, quae nomen Typographi scilicet* Antonius Verard, *indicant.*
In folio..... X. G. 43.

Sine nota chronologica. De hac editione altum tenent silentium praecipui Gallici Bibliographi, sicut et ceteri alii, quos consulere potui, et tantum in *Catal. Bibl. Regis Franciae Tom. IV. pag.309.* reperi duas hujusmodi operis editiones a Typographo *Antonio Verard Parisiis* excusas, quarum altera anni notam gerit, scilicet 1493; altera destituta est nota chronologica. Sit, necne, haec nostra editio, quae in citato Catalogo notatur sine anno, non ausim dicere; quum ibi minime occurrat perfecta editionis descriptio. Ceterum *Antonius Verard Parisiis* impressit ab anno *1480* ad *1531.* et ex impressionis forma, ac typographica oeconomia colligi potest opus fuisse impressum saeculo xv. desinente, vel saltem xvi. ineunte. Character est gallo-francus parum elegans, imo valde rudis, qui in 40. lineas tributus, singulas columnas, ex duabus, quae paginam componunt, implet. In oris superiorum marginum notantur folia romanis numeris; in marginibus vero inferioribus signaturae indicantur litteris, romanisque notis, minime vero custodes. Pro interpunctionis signis puncta veluti parvae stellae, et virgulae in forma lineolae observantur. Charta firma est nitidissima, et levigata; et in paginis ampli margines supersunt. Praeter litteras initiales, quae florentes ligno exculptae sunt, aliae tabulae xylographicae fabulas repraesentantes, pro re nata occurrunt in toto volumine.

—— Fastorum libri. *Absque Praefatione opus sic incipit:* PUBLII OVIDII NASONIS FASTORUM LIBER PRIMUS; *qui quidem titulus sic excusus,*

Digitized by Google

praefigitur aliis libris. Ad calcem libri sexti: P. ovidii nasonis fasto4 liber sestu et ultimus impressus Mediolani per magistrū Antoniū Zarotū Parmēsem anno domini i477. die primo aprilis.

In folio parvo..... XII. D. 26.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Pauli Marsi. *In folio primo averso imprimitur Praefatio, cum inscriptione:* PAULUS MARSUS PISCINAS POETA CL. GENEROSO JUUENI GEORGIO CORNELIO. M. CORNELII EQUITIS. F. SALUTEM. PRAEFATIO IN FASTOS. *Hanc excipit vita Poëtae ab eodem* Marso *conscripta; et in folio tertio recto opus incipit. Libro unicuique* Fastorum *Praefatio Interpretis praefigitur ad* Georgium Cornelium *pariter directa, et tertii, quinti, ac sexti libri Praefationes metricae sunt. Ad calcem* INTERPRETATIONIS FASTORUM SEQ u ITUR EMENDATIO Q u ORUNDAM LOCORUM: ET ASTRORUM RATIO. *Huic emendationi praefigitur Epistola, qua dicit* PAULUS MARSUS PISCINAS PO. CL. GEORGIO Cornelio M. EQ u. F. Salutē. *Epistola absoluta sequitur* RATIO ASTROLOGIAE. *Adcedunt* Kalendarium, *et* ROBERTI VRSI ARIMINENSIS JURIS CONSULTI EPIGRAMMA AD PAULUM MARSUM PISCINATEM POETAM CLARUM: ET ORATOREM ILLUSTREM. Epigrammati *subnectitur nota typographica in tabella quadrangulari duabus lineis circumscripta, his verbis contenta. In summitate tabellae:*

RELLIGIOSAE

Deinde in medio ejusdem tabellae:

LITTERARIAE SODALITATI VIMINALI
ET UNIVERSAE ACADEMIAE LATINAE
AD VIVENTIUM POSTEROR. Q VSUM
PAV. MARSI. PISCI. POE. ROMANI
FIDELISS. FAST. INTERPRETATIONEM
BAPTISTA TORTIUS A NEOCASTRO
VENETIIS IMPRIMENDAM CURAVIT
ANNO SALUTIS MCCCCLXXXII.
ET A CONSTITUTA SODALITAte AN. IIII.
D. R. CAR. DIVI CLAEMEN (sic) PROTECTOR e
PONT. FIRMAN. ET NESTORE MALVIS

PRAEFECTIS
POMPONIO LAETO. P. ASTREO ET
PAULO MARSO CENSORIB.
IX. CAL. JANUAR.

Ultimum locum obtinet Registrum.

Digitized by Google

In folio..... X. H. 5.

Tam character textus, quam commentariorum rotundus est ; at secundus minor, et in qualibet pagina integra amplectitur 60. lineas.

—— Alia editio, *quae consonat praecedenti editioni. Ad calcem post* REGISTRUM *legitur:* Venetiis per. T. Z. P. Mcccclxxxxii. die xxyii. Octobris.
In folio..... X. H. 10.

Interpretationem siglarum, quae nomen Typographi innuunt, meas vires fateor excedere, neque Bibliographi, quos evolvi, de earum interpretatione solliciti fuere; nam *Maittairus pag.546. Rossi pag. 69. Mittarellus pag. 312. Panzer Tom. III. pag. 329.* qui omnes hanc editionem notarunt, nomen tamen Typographi scripserunt iisdem siglis, quae observantur in allata typographica nota; neque in Catalogo Venetarum editionum occurrit nomen alicujus Typothetae, cujus initialis littera sit T. licet aliae duae posteriores ZANIS DE PORTESIO innuere possint, qui tamen nomen habuit *Bartholomaei*, sicuti videre est in quamplurimis editionibus jam notatis in hoc nostro Catalogo. Characteris structura, et tota typographica oeconomia apprime consonant cum editionibus *Bartholomaei de Zanis de Portesio;* suspicor itaque, aliquem Cognatum *Bartholomaei*, aut Operarium in ipsius typographia hoc opus prelo commisisse. Conjecturam nostram confirmat, quod quamplurimae aliae editiones, praesenti simillimae, hoc eodem anno, scilicet *1492.* Venetiis fuerint excusae, quibus deest nomen Typographi. Ceterum si mavis siglas interpretari per *Typographum Zanis Portesii*, non intercedimus; nobis enim hujusmodi lectio in mentem venit, et opportunissima videtur.

—— Alia editio *cum* Commentariis Antonii Constantii Fanensis. *In facie adversa primi folii legitur Epigramma* Fanensis.

AD POSTEROS

Scripta mihi ī fastos si ꝑua uolumīa quondā
Legeris : haec paucis accipe posteritas.
Nulla mihi ambitio scripsi qd'cunq3 necesse ē
Nec uolui hic magnum texere Aristotelem.
Nec tibi diuorum proauos seriemq3 uerendam
Et uarios artis saepe referre locos :
Purior electro Nasonis uena poëtae
Ne fluat ingratas turbida per salebras
Nanq3 meus tantum potuit creuisse libellus
Vt fieret cuiuis sarcina discipulo.
Qui uolet egregium qui se ostentare beatum
Turgeat : inuentis addere perfacile est.

In folio sequenti habetur AD ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM FEDERICUM DUCEM URBINI montis Feretri et Durantis Comitem imperatorem inuictissimum : ac Sancte Ro. Ecclesie Vexilliferum Antonii Constantii Fanensis prefatio in cōmentarios Fastorum Nasonis, *In fine:* Impressum Rome per Euchariū Silber alias Franck natione Alemanū : ab Anno nostre salutis. M. cccc. lxxxix. die

Digitized by Google

uero ueneris. xxiij. mensis Octobris. *Adcedit alia Epistola* Antonii Constantii Fanensis ad Zagarellum Fanensem, *data* Fani idibus iuniis. M. ccccIxxxii. *Postremo adest* REGISTRUM.
In folio..... X. H. 9.

Sola Typographi subscriptio in hoc opere est charactere gallo-franco grandiori : typus namque textus *Ovidii*, et *commentariorum Fanensis* Romanus est, sed major, et elegantior in textu; minor, minusque elegans in commentariis.

—— Epistolae Heroidum, *cum* Commentariis Antonii Volsci Privernatis: *Adcedunt* Saphus, *et* Ibis *cum* Domitii Calderini Commentariis. *Praemittitur* Epistolis *Nuncupatoria* Heroidum ANTONII VOLSCI PRIVERNATIS AD LUDOVICUM DIAEDUM FRANCISCI FL. (sic) PATRITIUM VENETUM IN HEROIDAS. P. OVIDII NASONIS PELIGNI, *quam excipit* OVIDII VITA *per* ANTONIUM VOLSCUM *conscripta. In folio secundo incipit* PUBLII OVIDII NASONIS EPISTOLARUM HEROIDUM LIBER PRIMUS. *Epistolae absolvuntur hac Commentatoris conclusione :* In heroidas haec habuimus ut ad te q̄ emendatissima mitteremus: quae ut in achademicis. Varro: quoniam indocti: doctiq3 non forēt probaturi: edere non dubitavimus. Cupimus. n. invidi: beniuolique: qualescūque legant: illi ut aliena ex merito si qua est laude rumpantur. Hi vero tecum meis uigiliis et laboribus gratulentur. Finis, *Pagina alba interjecta, incipit* Domitii Calderini *Epistola Nuncupatoria in* Saphum AD FRANCISCUM ARAGONIUM FERDINANDI REGIS NEAP. F. Sapho *absoluto, legitur Epistola Nuncupatoria ejusdem* Domitii Calderini Veronensis commentarioli in Ibin Ovidii ad uirum clarissimum Falconem Sinibaldum ciuem romanum aerariique pontificii custodem. *Terminatur opusculum conclusione :* Publii Ovidii nasonis sulmonensis poetae clarissimi liber in Ibim feliciter explicit. *In pagina prima ultimi folii occurrit conclusio ad* Falconem *; cui subjectum habetur*, Domitii Calderini Veronensis Commentariorum Ovidii in Ibim: Finis. *Deinde :* Venetiis per Baptistam de tortis die. viii. M. cccc. lxxxii.
In folio..... X. II. 5.

Typus praesentis editionis romanus est, et quidem duplex; majusculus, quo *Ovidii* carmina, et minusculus, quo *commentarii* sunt impressi. Hujusmodi editionis tantum *Maittairus* notitiam habuit.

—— Alia editio, *in qua eadem continentur, quae in praecedenti, eamque quodamodo imitatur, paucis exceptis, scilicet :* OVIDII VITA PER ANTONIUM VOLSCUM, *quae extat ad calcem* libri in Ibim, *et nota typographica, quae in hac sic habetur:* Impressum Venetiis per magistrū Andream de palthasicis catharēsem sub anno domini Mcccc. lxxxviii. nono calen. februa. Regnante dn̄o domino Augustino bardadico inclyto ueneto4 principe. Laus deo. *His subnectitur* Registrum huius opusculi.
In folio..... X. A. 23.

—— Alia editio *cum* commentariis Antonii Volsci, *et* Ubertini Crescenti-

Digitized by Google

natis; *cui adcedunt etiam* Saphus Epistola, *et* liber in Ibim *cum* Commentariis Domitii Calderini. *Prima pagina haec verba refert:* EPISTOLAE OVIDII CUM DUOBUS COMMENTIS. *In secundo folio recto imprimitur Epistola Nuncupatoria cum epigraphe:* Ubertinus Clericus Crescentinas Sal. dicit magnifico et splendidissimo Viro Guidoni de sancto georgio Comiti Blandrate et primo Marchionali Camerario et consiliario dignissimo: *Hanc excipit alia* ANTONII Volsci Privernatis ad Ludovicum Diaedum Francisci. fi. patricium Venetū in heroidas. P. Ovidii Nasonis Peligni. *Incipiunt* Epistolae *cum* Commentariis *in folio tertio recto, et ad calcem earum extat breve monitum* Ubertini, *quo se cognomine* Clericum *appellat, et* Commentaria *hujusmodi edidisse fatetur in* Loco Casalis Sancti Evasii anno salutis humāae M. CCCC Lxxxi. Idus Septembris, *quum publici doctoris munere ibidem fungeretur. Adcedunt* Saphus Epistola, *et in* Ibim *cum* commentariis Domitii Calderini, *et Nuncupatoriis Epistolis, quae in praecedentibus duabus editionibus notavimus; et ad calcem integri operis post* VITAM OVIDII PER ANTONIUM VOLSCUM, *et* DOMITII CALDERINI *ad* Falconem *conclusionem, legitur:* Domitii Calderini Veronensis Commentariorum Ovidii in Ibim Laus Deo Finis. *Postmodum in secunda columna ultimae paginae, nam prima vacua est, legitur:* Impressum Venetiis per Bartolomeum Venetum: de ragazonibus. M. cccc. lxxxxii. die uero Novembris decimo. Laus deo. *Subnectitur* REGISTRUM.
In folio..... X. H. 13.

Praeseas editio a *Fabricio*, et *Maittairo* omittitur; et tantummodo memoratur a *Denis in Suppl. pag.* 332.

—— *Eaedem* Epistolae, *italicis octostichis rhythmicis expressae, opera* Dominici a Monticellis. *Titulus rubro charactere impressus, sic habetur in summitate primae paginae*: Incomincia el libro de le Epistole di Ovidio: uulgarigiate (sic) inrima per messere Dominico dà monticiello toschano. et prima comincia il prologo: et inde segue la Epistola la qual Penolope (sic) figliola del Re Icharo mādo ad Vlixe figliolo de Laerte suo marito. Prologo, *qui continet quinque octosticha; et cuivis* epistolae prologus *praefigitur.* Epistolae *terminantur in postica pagina penultimi folii, ad lineam quartam, et protinus subnectitur* Tabula del ordine de le Epistole chi se contengono in questo volume. *In penultima vero pagina occurrit primo* Registro dele carthe, *deinde nota typographica his verbis contenta:*

Finiscono Le Epistole del famosissimo auctore Ovidio in rima per uulgare
Impresse nela cita di Bressa. Per pre (sic) Baptista da Farfengo. Del anno. M. ccccl.
xxxxviiii A di 2. de Octobrio
Valete

56

Digitized by Google

His subnexum est Typographi signum alibi notatum.
In 4.º..... XII. A. 7.

Rarissima editio censetur et quidem, quae deest apud *Argelatum* et *Paitonum*. *Audiffredus in Specim. Hist. Crit. Edit. Ital. Saec. xv.* fatetur se nunquam eam vidisse, eiusque existentiam hausisse ex *Catal. Bibl. Archiatri Natal. Saliceti*, post cujus obitum exemplar, quod in ea extabat, cum plurimis aliis selectissimis libris in Angliam adsportatum est. Typus rotundus est, duabusque columnis distinguitur in paginis, et quaevis columna quinque octosticha continet. Duae primae initiales litterae rubro colore sunt expictae, reliquae xylographicae florentes visuntur. Custodes, et numeratio foliorum desiderantur; signaturarum vero series absolvitur litteris, romanisque numeris.

— Epistola Saphus ad Phaonem, *cum* Commentario Domitii calderini. *Extat cum Operibus* Statii. *Vide* Statii.

— Commentariola domitii Calderini in Ibim Ovidii, absque Poëtae *textu*. *Vide* Calderini.

— De Tristibus cum commento. *Prima pagina sequentia verba refert:* OVIDIUS DE TRISTIBUS CUM COMMENTO. *Secunda Nuncupatoriam Epistolam continet sic inscriptam:* BARTHOLOMAEUS MERULA GENEROSO AC DOCTO ADVLESCENTI (sic) MARCO CLARISSIMI EQ VITIS (sic): SENATORIS AMPLISSIMI: AC REGINAE CYPRI FRATRIS GEORGII CORNELII FILIO SALUTEM. *In secundo folio incipiunt* BARTHOLOMAEI MERULAE IN PRIMUM OVIDII DE TRISTIBUS LIBRUM ENARRATIONES, *quae una cum* Ovidii *textu absolvuntur in folio lxviiii. recto; et post verbum* FINIS *subnectitur signum Typographi. In aversa pagina occurrit primo alia brevis Epistola* Merulae *ad* Marcum, *cui subnexa est typographica nota, scilicet:* Enarrationes in Ovidium de Tristibus diligēter et accurate cōpositas ab Eruditissimo uiro Bartholomaeo Merula īpressit Venetiis Vir diligentissimus et industrius Joannes de Cereto de Tridino alias Tacuinus: Anno salutis. M. cccc. lxxxxix die xxvi. Martii. Augustino Barbadico duce inclyto ac foelicissimo regnante. *Sequitur Privilegium* DD. Consiliariorum, *ne quis per decennium ea commentaria imprimere audeat. Hoc excipit* Pyrrhi pincii Mantuani Carmen, *et exinde aliud* Andreae navagerii Patritii Veneti Carmē; *quibus subnectitur* Registrum hujus operis; *ac tandem visitur Possessoris subscriptio nempe* Antonii Seripandi et Amicorum.
In folio..... X. H. 12.

Praesens editio cum descriptis plurimum convenit. Initiales ligno incisae, ac florentes in toto opere occurrunt; prima autem, quae pariter xylographica est, sed grandior, et venustior, in suo sinu ipsum Poëtam repraesentare videtur.

— Consolatio ad Liviam. *In prima pagina legitur:*

PUBLII OVIDII NASONIS POETAE
CONSOLATIO AD LIVI
AM AUGVSTAM DE
MORTE DRUSII

Digitized by Google

NERONIS
FILII EIUS QUI IN GERMANIA MOR
BO PERIIT.

Quatuor priores versus Epistolae uncialibus etiam formis excusi cernuntur; et ad calcem tantum extat verbum, FINIS.
Extat excusa, et compacta cum Ausonio, Calphurnio, Proba etc.
In folio parvo..... XII. E. 25.

De hac rarissima, et pereleganti editione vide, quae in Tom. I. hujus Catalogi monuimus pag. 140. art. *Calphurnii*, et pag. 287. Art. *Falconiae Probae*.

—— Alia editio, *quam supra notavimus in lib.* Metamorphoseon.. XII.G.17.

—— OVIDIUS DE ARTE AMANDI ET DE REMEDIO AMORIS CUM COMMENTO. *Is titulus occurrit in primo folio recto. In postica pagina legitur Nuncupatoria Epistola sub epigraphe:* BARTHOLOMEUS MERULA: GENEROSO ADOLESCENTI FRANCISCO GEORGII CORNELII EQUITIS ET DECEMVIRI CLARISSIMI FILIO S. S. *In secundo folio recto incipiunt* BARTHOLOMEI MERULAE: IN PRIMUM OVIDII DE ARTE AMANDI LIBRUM ENARRATIONES. *Opere integre absoluto leguntur* MARCI ANTONII ANTIMACHI MANTUANI CARMEN, *et* DOMICII PALLADII SORANI CARMEN; *quibus subnectitur brevis Epistola ejusdem* Merulae *ad* Franciscum Georgium, *quam excipit nota typographica, his verbis contenta:* Enarrationes in Ovidium de Arte Amandi. et de Remedio Amoris Diligenter: et accurate compositas a Bartolomaeo Merula Mantuano. Impressit Venetiis Vir solers et Industrius Ioannes de Tridino alias Tacuinus: Mcccclxxxxiiii. Tertio nonas iulias. Augustino Barbadico Duce Inclyto ac foelicissimo. *Adcedit Privilegium ne quis per decennium* Enarrationes *praedictas imprimere faciat, cui subscribuntur DD. Consiliarii; et ultimo loco visitur Possessoris nomen, nempe* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento. *In ultimo folio recto occurrunt* Registrum hujus operis, *et Typographi signum, satis notum.*
In folio..... X. H. 11.

Consonat praesens editio quoad omnia cum libro *Tristium* supra notata.

—— *Idem opus italicis tristichis rhythmicis expressum. Legitur titulus in summitate primae paginae hoc pacto:*

IL. CLARISSIMO. POETA OVI
DIO. DE. ARTE. AMANDI LI
BRO. PRIMO. COMINZA.

Primum tristichon sic:

Digitized by Google

AMOR. CHE. PER. DOLZE
za il ciel corrieggie
laer la terra si chome a lui piace
et āchora laqua per suo caldo reggie etc. etc.

Ad calcem ultimi folii aversi sequentia verba occurrunt :

CLARISSIMI . POETAE . OVIDII.
DE . ARTE . AMANTI . FINIS.

In 8.°..... XII. A. 37.

Editio sine loci, anni, et Typographi indicio, quam antiquissimam vocitat *Denis in Suppl. pag. 630.* ceteri vero bibliographicae rei Scriptores de ea altum silentium tenent. Typi sunt romani, et quidem nitidissimi; charta quodammodo fusca, compacta tamen, et levigata. Signaturae litteris, arabicisque numeris indicantur; Custodes vero, paginarum numeri, et initiales, quae a Miniculatore suppletae sunt rubro colore, haud visuntur. Constat libellus plagulis 53, quae in pagina qualibet 9. tristicha complectitur.

Digitized by Google

P A

Pacati Latini Depranii. Panegyricus coram Theodosio Magno Augusto dictus. *Extat cum* Panegyrico Plinii, *et aliis* Panegyricis *veteribus. Vide* Plinii.

Pacifici Maximi. *Vide* Maximi Pacifici.

Pacifici Novariensis. *Vide* Novariensis F. Pacifici.

Pacioli Lucae de Burgo S. Sepulchri. Summa Arithmeticae et Geometriae; *italice. Titulus in prima pagina hoc pacto exprimitur majusculis litteris:* Sūma de Arithmetica Geometrica Proportione et Proportionalita. *His verbis subjungitur operis ordo inscriptus*, Continentia de tutta lopera. *Aversae paginae Epistola latina inhaeret, qua* Magnifico Patritio veneto Bergomi pretori designato D. Marco sānuto viro in omni disciplinarum genere peritissimo Frater lucas de burgo sancti sepulchri ordinis minorum et inter. Sa. Theo. professores minimus S. P. D. *Duo Epigrammata Epistolam sequuntur, quorum alterum latinum* Fa. Pompilij ad Lectorem, *alterum italicum, quod Itali Sonetto appellant,* Clarissimi Viri Domini Giorgij. Sūmarippa veronensis patricij ad auctorem; *his adcedit* Registrum. *In folio secundo recto incipit alia Nuncupatoria Epistola italica Auctoris, inscripta* Allo Illmo Principe. Gui. Baldo. Duca de Vrbino, *et hanc excipit ejusdem versio latina, cum epigraphe:* Ad Illustrissimum Principem Gui. Vbaldum Vrbini Ducem Montis feretri: ac durantis Comitem. Grecis latinisq3 litteris Ornatissimum: et Mathematice discipline cultorē ferventissimū: Fratris Luce de Burgo sancti Sepulchri: Ordinis minorum: et sacre Theologie Magistri: In artē Arithmetice: et Geometrie. Epistolā. *Adcedunt* Summaria, *et* Tabula, *et haec omnia octo folia complent. Nonum folium, quo incipit opus, ornamentum ligneum maeandricum in prima facie exhibet, quae tres titulos rubro colore expressos, totidem sectionibus praefixos habet. Ad calcem primae partis, sive* Arithmeticae, *notatum reperi:* Et si sequenti p'ti p'ncipali Geo.^{a} finis decima novembris īpositus fuerit: huic tamen p'ti die vigesima eiusdem īpositus fuit. M.^{o} cccclxliiij. (sic) Per eosdem correctorem et impressorem ut ī fine Geo.^{a} hr^{s}. *Ad calcem secundae partis Tabula extat, qua absoluta, sequentia verba reperiuntur in ultimo folio recto:* Pervenuti (Idio laudato E il Seraphyco Patriarca de sancta poverta. Padre e fondatore del nr'o sacro ordine Meser san Francesco benedetto) al desiderato fine de lo ītēto nostro in questa utilissima op'a cōmēzato. Altro a le vostre laudabili exercitāti carita ī remuneratiōe de tāte fatighe. Lumil servo di q'lle nō dimāda: se nō per lui laltissimo li piacia pregare: che cō quel felici fine che ogni buon xp'iano desidera a se lo chiami. E interim in lo curiculo de q'sta calamitosa vita cō sua gratia lo governi e guidi. E nō māco p' lo degno e R'ndo Piovano de sācto Apostolo de vinegia meser p̄re Ysidero Bagnuoli. Elsimile p' lo M.^{co} et Nobile de la excelsa Repu.^{ca} de vivegia (sic) Patritio e ī le sciētie. Mathematici fondatissimo. E de tutti virtuosi colōna fir-

Digitized by Google

missima Meser Marco Sānuto quōdā M.ci Domini Francisci. Perche mediāte loro aiuto e favore tāta cōmmodita de volumi aluniverso e consequita. Con spesa e diligentia. E opificio del prudente homo Paganino de Paganini da Brescia. Nella excelsa cita de vinegia cō grᵃa del suo excelso Dominio che per anni. x. proximi nullaltro in quella la possi restāpare ne altrove stāpata in quello portarla sotto pena in ditta gratia cōtenuta. Neglianni de nostra Salute M. cccc. lxliiij. (sic) adi 10. de novcbre. Sotto el felicissimo Governo del D. D. de venetiani. Augustino Barbadico Serenissimo Principe di quello. Frater Lucas de Burgo sancti Sepulchri Ordinis minorū. Et sacre theologie humilis professor: suo parvo ingenio ignaris cōpatiens hanc summam Arithmetice et Geometrie Proportionūq3 et pᵃportionalitū (sic) edidit Acīpressoribus (sic) assistens die noctuq3 pro posse manu propria castigavit. *His subnectitur* LAUS DEO, *et* Registrum Geometrie. In folio..... IX. F. 2.

Mendosam notam chronologicam, quae bis legitur in praesenti editione, *Maittairus pag. 587.* et *pag. 454.* interpretatur pro anno 1484. Veram alii Bibliographi eam legunt 1494. Sic enim *Mittarellus pag. 318.* ubi uberior notitia huiuscemodi editionis invenitur; *Baduel. pag. 7. Morellius Tom. IV. pag. 77. Poggio Notizie. pag. 221. Tiraboschius Letterat. Ital. Tom. V. P. 1. lib. 11. n.ro 40. pag. 414.* Hinc Auctor catalogi *De la Biblioth. De Soubise pag. 253.* observat: *L'année doit s'entendre de 1494.; car l'Auteur date au fol. 210. une facture de Marchandise de 1493. Ce livre est fort rare. Maittaire en cite une édition de 1484. Peut être que l'incertitude des chiffres a donné lieu a cette date: rien n'indique dans celle-ci que c'est une réimpression.* Opus exprimitur gallo-francis characteribus, et arabicis numeris, qui in paginis integris 56. lineas complectuntur. Initiales florentes ligno exculptae adparent, quarum nonnullae impressam Auctoris imaginem referunt. Ad haec geometrica Schemata, et Arithmeticae operationes in marginibus externis occurrunt. Signaturae litteris majusculis constant, cum numeris romanis minoribus. In superiorum marginum oris inscriptiones conspiciuntur, nec non et numeri foliorum, custodes tamen omnino desunt.

— Exemplar alterum..... IX. F. 3.
— Exemplar tertium..... IX. F. 4.
— Exemplar quartum..... IX. F. 5.

PADUANENSIS PETRI. *Vide* Abano.

PAËTI. Epistola ad Artaxersem, *latine*, *ex* Rinucii Thettali *versione*. *Extat cum* Hippocratis Epistolis. *Vide* Hippocratis.

PAGANELLI BARTHOLOMAEI. Elegiarum libri III. *Praeit breve Editoris Monitum ad Lectores, quod excipit Index* Elegiarum; *et haec omnia duas occupant plagulas. In folio tertio opusculum initium sumit a titulo:* Bartholomaei Pāganelli Prignani Mutinēsis ad Magnificū equitem Joannē Boiardū Scandiani Caselgrandisq3 comitem Elegia4 liber primus incipit. *Terminatur verbis*, Laus deo; *deinde occurrunt sequentes versus:*

Invidiae saevo securi a dente libelli
Ibitis: haec nunq rodere parva solet

Digitized by Google

Sed si mutato paruos quoq3 laedere morsu
Tentabit: vobis saecula longa dabit.

Typographica nota hoc pacto excuditur:

Impressum
Mutinae p me
Dominicū Rochu
ciolum Anno Salutis
M. ccccIxxxiiii. die. vii.
Octobris Magnificis Domi
nis Nicolao ariosto Praeside
Antonio oldoino Praetore
Francisco musto Quae
store regimen Muti
nae pro divo Her
cule Estensi te
nentibus: et
illam rectissime
aequissimeq3 gubernantibus

In 4.° parvo..... X. B. 50.

Immerito *Maittairus pag. 496.* refert praesentem editionem ad annum *1488.* De hac vero, unica, et sola, et quidem parum obvia, vide *Tiraboschi Tom. IV. pag. 373. Bibl. Modanese.*

PALLADII DOMICI (sic) Sorani Epigrāmaton libelli.

Libellus elegiarum.
Genethliacon urbis Romae
In locutuleium

In te cōvertas oculos: qui despicis omnes:
Et te: dum cunctis detrahis: inspicias.

His verbis, quae in prima voluminis pagina leguntur, subnexum cernitur Typographi signum, satis notum. In aversa pagina occurrit Epistola Nuncupatoria, sub epigraphe: Domicus Palladius Soranus. M. Antonio Sabellico eloquentissimo. Felicitatem. *Ad calcem:* FINIS OPUSCULI. Venetiis p Io. Baptistam de Sessa Mediolanensem. M. CCCC. XCVIII. Die XVI. Mensis Maii. *Adcedunt I. Epigramma, quo dicit* Christ. Pierius Gigas Domico Palladio Sorano suo Salutem. *II. Epistola cum inscriptione:* P. Nardinus Maniacus Poeta Domico Palladio Sorano. S. D. *Huic subnexum est ejusdem Epigramma* Ad eundem. *III.* Pauli Cincii Romani Distichon. *IV. Elegiarum carmen, quod inscribit* Laurentius Cingulus Theatinus Domico Palladio Sorano. *V.* Bernardi Pimae Dal-

Digitized by Google

matae Tetrastichon in laudem Domici Palladii Sorani. *Tandem errata, quae in opusculo occurrunt; et in ultima pagina legitur:* Inspice Lector mitissime in hoc ipso folio paucula errata impresso4 celeritate: quae nos accurate recognovimus. *Aliud Typographi signum, nuperrime a nobis notatum, denuo in hac pagina locum obtinet.*

In 4.° ..... X. B. 13.

—— Exemplar alterum ..... X. B. 27.

Palladii Rutilii Tauri Aemiliani. De re rustica. *Extat cum libris* de re rustica Catonis, *et aliorum. Vide* Scriptores rei rusticae.

Pallavicini Baptistae. Carmen in historiam flendae Crucis D. N. I. C. *Legitur titulus operis:* BAPTISTAE Marchionis palavicini episcopi regiensis ī historiam flendae crucis et funeris domini nostri Iesu xp̄i. Ad eugenium quartū Romanae ecclesiae beatissimū maximūq3 pōtificē carmen. *Ad calcem, post verbum* FINIS, *nota typographica sic habetur:* Impressum Brixiae per. D. presbyterum Baptistam de Farfengo. M. ccccxciii. die xxii. Februarii.

In 4.° ..... X. B. 32.

Palliaresii Rainerii. Rhythmus italicus, *vulgo* Lauda, in S. Catharinam Senensem. *Extat ad calcem operis italici* Catharinae de Providentia divina. *Vide* Catharinae.

Palma Virtutum. *Praecedit Prologus subjectus his verbis:* QUESTA E UNA OPERETA. Laq̄le si chiama palma uirtutum zioe triumpho de uirtude: la quale da Riegola: Forma, et modo a qualunq3 stato: ouer persona nel seculo se sia: a poder uiuere senza peccato mortale nō īpaziando niuno suo honesto e necessario exercitio al vito (sic) pertinente al uestito condecente. *Deinde,* QUI Comēza el prologo dela presēte opereta. *Prologum excipit* la tavola de li capituli del primo libro elquale sia diuiso in capituli. xii. *Ad calcem opusculi extant latinae preces, quibus absolutis,* DEO GRATIAS AMEN: *deinde legitur:* OPUS NICOLAI IENSON GALLICI· M. CCCC. LXXI.

In 4.° parvo ..... XIII. A. 34.

Editio rarissima, iisdem prorsus typis impressa, eademque forma, ac opuscula illa notissima *Decor Puellarum, Gloria Mulierum, Parole devote de l'anima innammorata in Misser Iesu, Luctus Christianorum*: quae omnia ad unam eamdemque seriem pertinent. Satis de hac re disseruimus in Tom. I. hujus Catalogi pag. 340., nec nobis lubet, nec licet plura hic addere.

Palmerani, *vel* Palmerstoni. *Vide* Hibernia Thomae de.

Palmerii Matthaei. Chronicae pars, *qua suppletur* Chronica Eusebii. *Extat cum opere* Eusebii. *Vide* Eusebii.

Palmerii Matthiae Chronicon, *sive* opusculum de temporibus. *Extat cum* Chronicis Eusebii. *Vide* Eusebii.

Digitized by Google

Pammachii. Epistola ad S. Hieronymum, *una cum* Epistola Oceani, *cujus titulus :* Pammachii et Oceani ad Hieronymum commonentium de callida interpretatione Rufini: et mentione illius in praefatione habita, ut se purget: *Extat in vol. 1.* Tractatuum, *et* Epistol. S. Hieronymi. *Vide* Hieronymi.

Pamphili. Amores. *Epigrammata varia latina, quorum pars maxima est sub nomine* Pamphili, *alia* Galateae, alia Anus lenae; *quaedam denique sub nomine* Veneris. *Ad calcem post verbum* FINIS, *legitur:* Impressum Rome per Venerabilem uirū magistrum Eucharium Silber alias franck Anno domini. M. cccc. lxxxvii. Tertio Nonas Septembris.
In 4.° parvo..... XII. A. 54.

Pamphili Eusebii. *Vide* Eusebii.

Pampiniani Magni. Epistola ad Senatum Romanum. Extat *cum* Epistolis *sub* Q. Curtii *nomine confictis. Vide* Curtii.

Panegyrici Veteres anonymi. *Extant cum* Panegyrico Plinii, *et aliorum. Vide* Plinii.

Pannonii Ioannis. Epistola ad Marsilium Ficinum. *Extat inter* Ficini epistolas. *Vide* Ficini.

Pannoniorum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis epistolis. *Vide* Mahummedis.

Panopolitani Nonnii. *Vide* Nonnii Panopolitani.

Panormitae Antonii. *Vide* Beccadelli Antonii.

Panormitani Nicolai. *Vide* Tudeschis Nicolai de.

Panthei Ioannis Antonii. Annotationes ex trium dierum Confabulationibus. *Legitur in prima voluminis pagina:*

Annotationes Ioānis. Antonii Panthei Veronensis ex trium dierum confabulationibus. Ad Andream Bandam Iuriscōsultum: in quo quidē opere eruditus lector multa cognoscet: quae hactenus a doctis uiris desiderata sunt.
De Thermis Caldarianis: quae in agro sunt Veronensi.
Veronae urbis: Agriq3 Veronensis: atq3 Hermolai Barbari episcopi Laudes.
De Plinio4 Patria: et de Secūdo4 familia Veronensi pulcherrima disputatio.
Vitruuii ac Plinii uaria loca plurimaq3 uocabula accuratissime interpretata.
Balneo4 ac Gymnasio4 loca quēadmodū latine dicant' elegātissime describit.
Olei usus in gymnicis: Pulvis palestrita4 Pulvis eruditus geometra4.

Digitized by Google

Aquae mirabiles ex Pausania: et Aristotele: et de Aquis multa.
Aqua noxia in Thessalia ex Seneca: et quare Aquae corrumpantur.
Ferri et nitri natura et uis: Sulphuris natura et medicinae.
Templum Mineruae uentosae. Purgatio terna apud antiquos.
Palus Massiliensium. Paludes admirabiles ex Diodoro.
Fontium et Fluminū origo et generatio: Et quare flumina aliquando siccantur.
Megaliū unguentū apud Aegyptiū et Mendesiū. Amaracinū unguentum quod Cyzicenum: et de aliis unguentis multa.
Remedia ex Caldarianis fontibus. Et quibus modis utimur balneis Caldarianis: et aliis omnibus balneis.
Alexandri Benedicti Veronensis Physici atq3 Oratoris Clarissimi Epistola.

Ad Magnificum atq3 insignem Equitem Dominum Paulum Trivisanum Salodii ac totius Riperiae Praefectum. *Monitum* PANTHEI AD LECTOREM *cum Indice* Annotationum *occurrit in secunda pagina, quod desinit in aversa secundi folii. In tertio folio recto indicantur* Auctores quibus Innituntur Dialogi Annotationes; *et in postica legitur Epistola, qua* JOANNES ANTONIUS PANTHEUS VERONENSIBUS SUIS SALUTEM *dicit. Hanc excipit in folio sexto recto* DIALOGI ARGUMENTUM, *et post vacuam paginam incipiunt* Ex Primi Diei Confabulatione Annotationes. HERMOLAUS . ALEARDUS . PANTHEUS . INTERLOCUTores. *Post* Annotationes, *adcedunt* OBSERVATIONES ANTE BALNEI INGRESSUM, *et* QUID SERVANDUM POST A BALNEIS DIGRESSUM. *Ad calcem:* Annotationum Ioannis Antonii Panthei Veronensis Ex Trium Dierum Confabulationibus. Ad Andream Bandam Iurisconsultum Lignaci Praetorem. Finis. CUM PRIVILEGIO. *Post tres vacuas paginas, sub eadem signaturarum serie occurrit* De Laudibus Veronae Opusculum, *cui praeit Nuncupatoria Epistola, sub inscriptione:* Joannes Antonius Pantheus Veronensis Omnium Sanctorum Archipresbiter ac Canonicus Taruisinus Andreae Bandae Juris humani: Diviniq3 Consultissimo: ac Domus Mercato4 Veronae Praetori: Salutem. *Absoluto opusculo, adcedunt duae Epistolae, quarum altera* Magnifico et Doctissimo uiro Domino Francisco Diedo: Patricio Veneto: artium ac Caesarei Pontificiiq3 Juris Consultissimo: Veronae Praetori Joannes Antonius Pantheus Sacerdos Veronensis: Sal. D. *Data* Veronae. VII. Idus Ianuarias. M. CCCC. LXXXIIII. *Alteram inscribit* Franciscus Diedus Doctor Veronae Praetor Ioanni Antonio Pantheo Sacerdoti Veronensi. *Haec data est etiam* Veronae kal. Martiis. *Adcedunt quorumdam doctissimorum virorum carmina in laudem Auctoris,* M. CCCC. LXXXIIII. *scilicet:*

I. IN LAUDEM OPERIS: ET AUCTORIS CARMEN PER DANTEM Aligerium VERONENSEM.

II. In laudem Operis, et Auctoris Carmen per Augustinum Capellum Veronensem.

III. In eundem Auctorem per eundem Augustinum Capellum.

Digitized by Google

IV. In laudem Operis et Auctoris Carmen per doctissimum. V. Jacobum Comitem Juliarii Veronensem.

V. In laudem operis et Auctoris : per Andreā Bandam iuris utriusq3 consultum.

VI. In Laudem Operis et auctoris per doctissimum utriusq3 linguae Virum et confratrem Virgilium Zavarisium ac urbis Veronae Canzellarium Generalem Benemeritum. *Ad calcem:* Laus Deo: Finis et gloria. *Deinde :* Annotationum Joannis Panthei Veronensis de Balneis Caldarianis: et de Vrbis Veronae Laudibus Finis.

In folio..... X. E. 1.

Apud Bibliographos praecipuos editionem hanc reperire minime potui, et tantummodo notatur in *Bibl. Svaier pag. 13.* et *a Panzer Tom. IV. pag. 171.*, qui eam referunt ad annum 1500. Rotundus, nitidusque est character, et quaevis integra pagina 39 lineas amplectitur. In marginibus superioribus Typographus titulos indicavit, haud vero foliorum numerationem: in externis postillas; et in inferioribus signaturas, et custodes excudit. Litterae initiales aliquando parvis elementis indicantur, aliquando florentes ligno incisae visuntur.

Panziera Vgo. Trattati singolari, *qui sunt numero XIII. Praeunt duo folia, quae continent* Tavola di questo libro di Vgo Panziera Dellordine de frati minori. El quale ha tredici tractati. *In tertio* Incominciano alcuni singulari tractati di frate Vgo Panziera de frati minori. Et in questo primo tractato parla della ꝑfectione. Et in prima di certi suoi stati in generale. Cap. I. *In ultimo folio averso habetur post verbum* AMEN *subscriptio, scilicet* Impresso in Firenze per Antonio Mischomini. M. CCCC. LXXXXII. A di VIII. di Giugno; *Huic subnexum cernitur Typographi signum, alibi notatum.*

In 4.°..... VII. B. 17.

Cl. Morellius Tom. IV. Bibl. Pinell. pag. 19. refert editionem hanc, monetque eam praecessisse editionem *Laurentii de Morgianis eodem anno excusam*, modo a nobis describendam.

— Alia editio. Incominciano alchuni singulari tractati di Vgo Pantiera da Prato dellordine de Frati minori: nuovamēte ricorrepto (sic) di poi che fu stāpato la prima uolta. *Is titulus legitur in summitate primae paginae: deinde habetur subjecta lignea tabella, quae Auctorem forsan scribentem, capite radiato, exprimit. Folium aversum vacat; et in folio secundo recto denuo idem titulus imprimitur ante initium operis, addito titulo primi capitis. Ad calcem operis Epistola ejusdem Auctoris adest, sub praefixa inscriptione, quae verba hujusmodi exhibet:* Questa si e una divota epistola la quale fu mandata alli Spūali fratelli della cōpagnia del Ceppo di Prato. *In fine Epistolae legitur:* Data nelli (sic) parti di Levante dove sicongiunge elmare magiore Doriēte colmare chi viene dal Ponēte Anno Dñi. M. CCC. XII. *Adcedit* Titolo di decta Epistola, *scilicet*, A Salvato Lalberto o Jacopo o Mone ꝑcuratori de Frati minori di Prato sia data. *Deinde* Laus Deo. *Postmodum notavit Excusor in ultimo folio averso:* Finito ellibro di Vgo Pātiera pratese layco de lordine de Frati minori di San Francesco al quale ce agiūto piu che aunaltro che si stampo: Adi. VIII di Giugno:

Digitized by Google

M. CCCC. LXXXXII. El tale Tractatello ch' comincia. A suoi in Christo dilectissimi: Al Capitolo Quartodecimo. Et anchora ce agiunto piu altre cose che non sono in quello primo: *Ultimo loco adest typographica nota, his verbis contenta:* Impresso in Firenze. A. di XV di. Dicembre. M. CCCC. LXXXXII. Per Ser Lorenzo de Morgiani. et Giovanni da Maganza.
In 4.° parvo..... II. D. 20.

—— Exemplar alterum, *in quo adest insuper in principio* Tabula *cum sequenti titulo:* Tavola di questo libro del beato Vgo Pantiera da Prato layco contemplativo dellordine de Frati minori: cioe di san Francesco: el quale ha quattordici Tractati perche seglia giugne un Tractato che mando al Ceppo di Prato nuovamente correpto da poi che fu stampato la prima volta cioe A di VIII. di Giugno. M. CCCC. LXXXXII. *Ad calcem Tabulae legitur* Finis... II. B. 20.

Papiae Grammatici. Glossarium. *Deest in nostro exemplari primum folium, in quo continetur* Elegia Bonini Mombritii ad Lectorem, *quam adfert* Saxius *pag. 565.; hinc opus incipit in secundo folio recto a Praefatione, quae subditur verbis:* PAPIAS FILIIS SALUTEM D. *Hanc sequitur Prologus quidam operi immediate praefixus. Ad calcem extat Auctoris gratiarum actio, vel conclusio, qua imponitur operi* FINIS. *Typographus deinde nomen suum, et editionis notitiam ita indicavit:* Impressum Mediolāi per Dominum de Vespolate Anno domini Mcccclxxvi. die xii. mensis decembris.
In folio majori..... XII. H. 3.

Editio haec omnium princeps, et perrara, cujus rotundi characteres chartae firmissimae impressi, duas in paginis columnas implent; et earum singulae constant lineis 51. Signaturae ab ultimis paginarum lineis admodum distantes apparent, utpote quae in extremitate foliorum impressae visuntur. Custodes, et foliorum numeri desunt; initiales vero parvis elementis in spatiis satis amplis observantur.

—— Alia editio, *Carmen Elegiacum excuditur in primo folio averso, ejusque Auctor* Boninus Mombritius Lectori Sal. D. P. *In secundo folio recto occurrit Praefatio, quae titulum habet:* PAPIAS FILIIS SALUTEM D. *Hanc excipit Prologus, et ad calcem post conclusionem Auctoris, habetur nota typographica his verbis contenta:* Impressum Venetiis per Andream de Bonetis de Papia. Anno domini Mcccclxxxv. Die ultimo Iunii. Ioanne mocenico inclyto Venetia4 principe regnāte. *In ultima pagina legitur* Registrum hujus operis.
In folio..... IX. C. 24.

Penes Bibliographos praecipuos editionem hanc reperire minime potui. Paginae in duabus columnis divisae exhibent in unaquaque integra 56. lineas characteris rotundi, et minuti, sed non parum elegantis. Signaturarum series comprehendit litteras, arabicosque numeros. Numeratio foliorum deest aeque ac custodum impressio: initiales vero parvis litteris indicantur.

—— Exemplar alterum..... IX. C. 25.
—— Exemplar tertium..... IX. C. 26.
—— Alia editio. *Legitur in prima pagina:* PAPIAS VOCABULISTA;

Digitized by Google

in reliquis usque ad finem, ubi notatur typographica subscriptio, cum praecedenti editione convenit, exceptis initialibus, quae in hac ligno exculptae, floribusque ornatae adpàrent. Impressum Venetiis per Philippū de pincis Mantuanum. Anno domini. Mccccxcyi. die xix. Aprilis. Regnante serenissimo Augustino Barbadico. Venetiarum duce felicissimo. Registrum *adcedit.*
In folio..... VII. E. 5.

Papirii. Epistolae, *quarum tres ad* Q. Curtium, *una ad* Senatum Romanum, *et una ad* Fabium Maximum. *Extant cum* Q. Curtii Epistolis. *Vide* Curtii.

Paraldi Guilelmi. Summa aurea de virtutibus et viciis. *Is titulus occurrit in prima pagina; in aversa incipit Tabula, quae duodecim folia occupat. In folio XIII. ipsum opus sequentibus verbis rubro colore expressis inchoatur.* Reverendissimi ac Eximij sacre theologie doctoris frīs Gulielmi paraldi Epi lugdunensis. Ex sacro ordine predicatorum. In Summā suā de virtutibus et vicijs. Prologus feliciter Incipit. *Ad calcem operis legitur:* Ad laudem et honorem domini nostri iesu christi, nec nō matris eius virginis Mariae. Hoc preclarum opus Summa virtutū et vicio4 lris aureis merito scribēndū. Impmi fecerūnt his pulcherrimis littera4 characteribus Angelus et Iacobus de Brittannicis de pallazolo: fratres. In Alma civitate. Brixie die. 24 Decembris. 1494. In quo quidē opere quāta sit adhibita diligētia. Lector facillime dignoscet. *His subnexum est chartarum Registrum.*
In 4.°..... IV. B. 30.
— Exemplar alterum..... II. B. 45.

Paris de Puteo. *Vide* Puteo.

Parmae Bernardi de. Casus super V. lib. Decretalium. *Praeit Prologus titulo huic subjectus:* Incipiunt Casus Celeberrimi ac famosissimi Iuris vtriusq3 doctoris ac monarche dni Bernardi Parmensis canonici ecclesie Bononiēsis: ac mirifici glosatoris decretalium in corpus seu volumē earūdē decretaliū Revisi per me Anthoniū corsectū de Sicilia. iuris vtriusq3 doctorē: iura pontificia in hoc vetustissimo: ac oīum primario gīnasio Bononiensi ordinarie legentem. Incipit plogus in decretales novas Gregorij noni. *Opere absoluto, adcedunt Tabula titulorum, Registrum, ac tandem nota typographica, quae sic extat:* Expliciunt Casus Celeberrimi ac famosissimi Iuris vtriusq3 doctoris ac Monarche domini Bernardi Parmēsis canonici ecclesie Bononiensis: ac mirifici glosatoris decretaliū in corpus seu volumen earundem decretalium. grās referendo infinitas: deo glorioso īmortali: eiusq3 genitrici marie virgini et toti curie triūphāti. Impressum Bononie per Henricum Harlem et iohannem Walbeech socios. Anno. M. cccc. lxxxvij. penultīa die Novembris.
In folio..... VI. E. 10.

Doctissimus *Saxtius* in *Hist. Cll. Archigymn. Bononiens. Professoribus P. 1. Tom. 1. pog. 359.* refert praesentem editionem ad annum MCCCCLXXVII. Sed diligentissimi Scriptoris accurationem in exscribendis titulo, et subscriptione editionis, irritam fecit Amanuensis, vel Typographi incuria, qui in anni notis integram omisit decadem; quum unam tantum Bibliographi agnoscant hujusmodi operis editionem, quae est anni MCCCCLXXVII.

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae extat cum textu* decretalium *excusa. Vide Tom. 1. pag. 357. et seq. hujus Catalogi Art.* Gregorii IX.

—— Casus longi super libro primo decretalium *separati a* glossis, *quibus Auctor illos adjecerat. Extant cum* Lectura Abbatis Panormitani *super eodem primo libro* Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Casus super lib. secundo Decretalium. *Extant impressi in tribus volum.* Lecturae Abbatis Panormitani super lib. II. Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Casus super lib. tertio Decretalium. *Reperiuntur inserti* Lecturae Panormitani *super eodem* lib. Decretalium. *Vide* Tudeschis.

—— Casus super libris quatuor, *et* quinto Decretalium. *Extant impressi cum* Lectura *super iisdem libris* Abbatis Panormitani. *Vide* Tudeschis.

Parmae Civitatis Statuta. *Vide* Statuta.

Parole Devote De lanima Inamorata In Misser Iesu. *Laudata verba extant in Summitate primae paginae. Ad calcem decimi folii recti, post verbum* FINIS, *legitur Typographi nota:* M. CCCC. LXXI. IDUS Aprilis: per Nicolaum Ienson gallicū opusculū hoc feliciter impressū est. *Aversa pagina vacua extat.*

In 4.° parvo..... XIII. A. 34.

De hoc opusculo, ejusque editione satis superque dictum est in articulis supra notatis, scilicet *Palma virtutum*, et Tom. I. pag. 340. art. *Gloria Mulierum;* addere tantummodo lubet, quae de hac editione scripsit Eruditiss. *Morellius Tom. 4. pag. 47. L'operetta è in verso, e tutta consiste in dieci carte stampate: ma ciò è appunto quello, che principalmente rende la medesima di estrema rarità.*

Parrhasii Jani. Commentaria in Valerium maximum. *Extant cum textu* Valerii Maximi, *et aliis* Commentariis. *Vide* Valerii Maximi.

Partici Majoris. Epistolae tres ad Quintianum. *Extant cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Passagerii Rolandini. *Vide* Rudulphini Rolandini.

Passavanti Jacopo. Specchio di vera penitenza. *In primo folio recto habetur figura Salvatoris stantis ante aram, qui sinistra excelsam crucem complectitur, dextera sanguinem in suppositum calicem effundit. Arae circumpositus est egregius ornatus tantum patens, quantum pagina ipsa; supra quem legitur:* Specchio di vera penitenzà. *In parte aversa nil impressum cernitur. In sequenti folio* INCOMINCIA IL PROLAGO (sic) DEL LIBRO appellato Specchio di vera penitentia compilato da Frate Jacopo Passavanti dellordine de frati predicatori; *qui quidem* Prologus *paulo minus quam tria integra occupat*

Digitized by Google

folia. In folio quarto incipit opus ipsum a titulo : Qui sidimostra et comincia illibro della Penitentia : appellato Specchio della vera Penitentia. *Ad calcem penultimi folii recti :* Finito illibro chiamato Specchio della uera penitentia. Impresso in Firenze a di xii. di Marzo. M. cccc. lxxxxv. *Sequitur* Latavola dellibro, *quae tres occupat paginas, in qua indicantur chartae, ubi capitula incipiunt; etsi chartae ipsae numeris notatae haud sint.*

Bolong. Crevenna Tom. 1. pag. 190. principem appellat praesentem editionem, ac raram. Character est rotundus romanus, et valde pulcher; adsunt signaturae; custodes vero aliquando visuntur, aliquando neglecti sunt. Capitales florentes, nec invenustae apparent.

Passione di nostro Signore Gesu Christo. *Vide* Pulci Bernardo.

Patarensium. Epistola ad M. Brutum, Rinucio Thettalo Interprete. *Extat cum* Bruti Epistolis. *Vide* Bruti.

Patricii Francisci. Ecloga De Cristi. (sic) Nativitate Ad Inclitum Poetam Eneam Pontificem Senensem Excellentissimum. *Laudatus titulus habetur in summitate aversae paginae folii primi, ubi opus incipit. Sequuntur Interlocutores.* LICIDUS. MENALCHAS. NUNCIUS. JOSEPH. *Ad calcem :* Finis egloge de christi nativitate de quo sit laus et gloria deo.
In 4.° ..... XII. A. 65.

Sine notis typographicis. Memoratur haec editio a *Denisio pag. 632.* et a *Panzer Tom. IV. pag. 172.* Excusa est satis nitido rotundo charactere, et tota Ecloga concluditur sex paginis impressis.

—— Francisci patritij Episcopi Caietani Oratoris Serenissimi Regis Ferdinandi ad Innocentium octauum Pontificem Summū Oratio.
In 4.° parvo ..... III. B. 19.

Editio foliorum quatuor excusa gallo-franco typo, quam memorant *Audiffredus pag. 266. Denisius*, qui eam refert ad annum 1485., et *Laire pag. 261.*

Patrum Vitae. *Vide* Vitae Patrum.

Pau Hieronymi. Practica Cancellariae Apostolicae. *Deest in nostro exemplari primum folium, et opus incipit a secundo, signato aij. Opere absoluto, post albam paginam,* Sequūtur defectus precedentis practice in curia (sic) imprimentium interpositi suisq3 in locis luculentissime correcti. *Ad calcem voluminis :* Finit practica Cancellarie aplʾice Inventa inter fracmenta (sic) quedā composita per R. p. d. Hieronymū pau. Cathalanū Canonicū Barcinon. iuris utriusq3 doctorē ac sanctissimi in xp̄o patris et dn̄i dn̄i divina p̄videntia Alexandri vi.

Digitized by Google

pōtificis maximi Cubiculariū Cura. R. p. d. Francisci de borgia Canonici Valentiñ Iuris pontificij doctoris sedis apostolicc de numero septenario ꝑthonotarij ac eiusdem sedis thesaurarij generalis predicti dñi Hieronymi familiarissimi impressa Rome per magistros Johannē de Besicken et Sigismundū de Marchsam (sic) ac diligētissime emēdata per venerabilem et providū virum dñm Anthoniū Arnaldū pla. in utroq3 iure baccalariū dignissimū clerīcū Barchinonēn. Anno salutis xp̄iane. M. cccc. xciij. Pontificatus eiusdem Alexandri. vi. pont. Max. Anno secundo.

In 4.° ..... XII. D. 41.

Paveri Fontanae Gabrielis Placentini. In Georgium Merlanum, *seu* Merulam invectiva. *Legitur in principio primae paginae:* AD BERNARDUM IUSTINIANUM EQUITEM AURATUM PATRICIUM SENATOREMQUE UENETUM GABRIELIS PAUERI FONTANAE PLACENTINI MERLANICA PRIMA. *Huic titulo subjecta est Nuncupatoria, quae absolvitur in folio secundo hoc disticho:*

Si tibi dilectus fuero: si carus in omni
Tempore: qua semper te pietate sequar.

In sequenti folio incipit GABRIELIS PAVERI FONTANAE PLACENTINI in Georgium merlanū merulā merlanica prima. *Signatur in calce annus, diesque, quibus hanc Invectivam complevit* Fontana, *nempe:* M. CCCC LXXXI. KALENDIS APRILIBUS., *statim que subjungitur:*

HOC
OPUSCULUM
QUOD EST NON DI
CTUM SED RESPONSUM
JOCIS ATQUE SERIIS REFER
TUM: MEDIOLANI DILIGEN
TER FUIT IMPRESSUM: ANNO
SALUTIS. M CCCC LXXXI. QUIN
TO KALENDAS JUNIAS: QUO QUIDEM
DIE SOLIS FUIT ECLIPSIS NON SINE MA
GNO FONTANAE AUCTORIS DISCRIMI
NE: ET DUX MAXIMUS MAXIMO
DUCI MAHOMETI MAGNI
TURCORUM DO
MINI MORTEM
NUNCIA
VIT

Sequuntur duo ejusdem Auctoris Epigrammata, quorum alterum

Digitized by Google

DOMINO BERNARDO JUSTINIANO

Candidus ad te ivit (*) noster bernarde libellus:
Cum sis et cygnis albior atq3 nive.
Si te non citius celeravit uisere: morbus
Causa fuit: qui me vexat acerba nimis.
Si me dimissum faciat: te saepe revisam:
Et salvere tibi magne patrone feram.

Alter

Georgio merlano nunc merulae

Se tibi pullatus censor merlane recepit:
Cum sis et merula nigrior atque pice.
Si fuit hic tardus: causas ascribito uento:
Qui mihi me tollens nocte diesq3 furit.
Si tamen immitis tandem mitescere discat:
Quam miser indoleas te nocuisse bonis.
Anser enim vindex merulam sic quaq3 sequetur:
Ut nullo valeat moesta sedere loco.
Ni cito corde fleat: merulae jam parce gementi
O christe ommipotens: Tuq3 Philelfe pater.
Tunc merulae dabitur quovis requiescere luco
Vepribus et spinis arboribusq3 suis.

In 4.° ..... X. B. 1.

(*) Sic correctius in nostro exemplari, in aliis mendose legitur: *Venit.*

Pavinis Joannis Francisci de. Tractatus visitationum. *Praeit* PROHEMIUM *titulo hic subjectum*: Tractatus visitationum Reverendi patris domini Johannis francisci de pauinis. Juris utriusq3 et sacre theologie doctoris. et causarum sacri palacii apostolici auditoris. *Prooemium excipit Index quaestionum utriusque tractatus. Adhaerent* sex Extravagantes Bonifacii VIII. *cum* Commento Joannis Monachi Cardinalis, *et* tres Extravagantes Joannis XXII. *cum* Glossis Guillelmi de Monte Lauduno, *cum quibusdam additionibus* Io. Francisci de Pavinis. *In fine:* Expliciunt tractatus uisitationū cū cōmento extrauagant. uas (sic) electiōis benedicti. XII. utiliter editus ꝑ R. p. dnm Johēm franciscum de pauinis cā4 (sic) sacri palacii apostolici auditorē q̄ ītitulat pastoralis ac etiam sex extrauagātes bonifacii octavi cū cōmēto Io. mo. (Monachi) cardīalis. Itē tres extrauagātes Iohīs. XXII. ɔmēto dni guilhelmi de monte lauduno cū quibusdā additiōib' p̄fati dni Iohānis frācisci. Impressus Rome anno iubilei. M. cccc. lxxv. ꝑ uenerabilē ui4 Georgiū laur herbipolē ꝑ salute cleri et ppl'i xp̄iāi. Et ad laudem oīpotent' dei gloriosissiē v̄ginis marie toti'q3 celestis curie triūphāt' qb' se huil'r ɔmēdat. *Registrum adcedit. Sequuntur in volumine alia* XVIII. *folia, quae*

Digitized by Google

aliquot constitutiones continent summorum Pontificum Bonifacii VIII. Benedicti XI. Clementis V. Johannis XXII. *et* Clementis VI. *glossis illustratas, eodemque, vel potius iisdem characteribus impressas, ac praecedentes.*

In folio majori..... XII. I. 40.

—— Exemplar alterum..... VI. D. 24.

—— Collectio Decisionum Rotae Romanae. *Vide Tom. I. hujus Catalogi pag. 240. 241. art.* Decisiones.

—— Relatio circa Canonizationem S. Bonaventurae. *Sequentia verba leguntur in summitate primae pagnae :*

Nec auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq3 dñe.
Relatio. R. P. D. Iohannis Francisci de Pauinis: inter divini et humani iurisconsultos minimi.

Incipit Relatio : Beatissime P. circa canonizationem beati Bonaventurae etc. etc. *Absoluta Relatione verbis* Deo gratias, *sequuntur orationes dicendae* in Missa S. Bonaventurae.

In 4.°..... XIII. A. 20.

Sine notis typographicis. *S. Bonaventura* relatus est in Sanctorum numerum a *Sixto IV. anno 1482.* et *Pavini Relatio*, ad Canonizationem praevia, exhibita fuit hoc eodem anno *Sixto*, et Cardinalibus, uti refert *Lucas Waddingus* in *Annal. Minor. Editione secunda Tom. XIV. pag. 301.* hinc dicendum, vel eo ipso anno, vel in sequenti Relationem praedictam fuisse typis mandatam. *Denis in Suppl. pag. 632. Seemiller Fasci IV. pag. 141.* et *Panzer Tom. IV. pag. 172.* mentionem faciunt hujusmodi editionis, sed de loco, anno, et Typographo nihil innuunt. Character, quo extat excusa, est gallo-francus minutus, et nitidus, qui chartae satis albae, et levigatae impressus implet in paginis integris lineas 40. In amplis marginibus nec signaturae, nec custodes, nec foliorum numeratio observantur; totumque opusculum 22. foliis concluditur.

PAULINA PREDICABILIS. *Vide* Florentini Pauli.

PAULINI et THERASIAE. Epistola ad Sebastianum Eremitam *in ejusdem laudem. Extant inter* Tractatus, *et* Epistolas S. Hieronymi. *Vide* Hieronymi.

PAULI S. Apostoli. Epistolae ad L. Annaeum Senecam, *latine. Extant cum* Senecae *Operibus. Vide* Senecae.

Quae fides habenda sit *Epistolis S. Pauli ad Senecam*, et *Senecae ad S. Paulum*, Eruditi satis superque norunt.

PAULI DE SANCTA MARIA. *Vide* Maria Pauli de Sancta.

PAULI DIACONI. Historiae Romanae lib. VI., *qui* Eutropii Historiae *additi fuere. Extant cum aliis Scriptoribus* Romanae Historiae. *Vide* Scriptores Historiae Augustae.

PAULI DE FAENZA. *Vide* Faenza Pauli.

Digitized by Google

PAULI FLORENTINI. *Vide* Florentini Pauli.

PAULI HIERONYMI. *Vide* Pau Hieronymi.

PAULI PERGULENSIS. *Vide* Pergulensis Pauli.

PAULI PP. II. Bullae, *quibus adcedunt aliae* Johannis papae XXII. Benedicti papae XII. Eugenii IV. Martini V. *Titulus :* Bulla de beneficiis affectis, *quae incipit :* Paul⁹ Episcop⁹ Seruus seruo4 dei. Ad perpetuam rei memoriam etc. *hanc excipit* Johannis pape xxii: constitutio, *cujus initium:* Execrabilis etc: *et haec vicissim excipitur ab alia, quae nuncupatur* Benedicti pape xii. reservatio ad regimen: *alia adcedit* Pauli II. Bulla de casibus reservatis, *cui subditur* Privilegium curialium Eugenii IV. *Sequitur* Bulla Martiniana, *ac tandem ultimo loco* Bulla paulina de alienation (sic) bonorum ecclesiasticorum; *et terminatur his verbis :* Datū rome apud sanctū marcum Anno dn̄ice incarnatōis millesimo quadrigentesimo sexagesimo septīo kal⁹ marcii pontificatus nr̄i Anno quarto.
In 4.° ..... XIII. D. 22.

Editio excusa est charactere semi-gallo-franco medii aevi, qui lineas 29. implet in paginis integris; in quibus nec signaturae, nec custodes. nec foliorum numeri, nec initiales observantur; et totum opusculum concluditur XIV. foliis. Memoratur a *Denis in Suppl. pag. 253.* et *a Mittar. pag. 163.*

PAULI ROMULEI. *Vide* Romulei Pauli.

PAULI SCRIPTORIS, Suevi Wylensis. Ordin. Minor. Lectura, et Explanatio in primum sententiarum Scoti librum. *Desunt in nostro exemplari quatuor priora folia, in quibus praemittitur prolixus Prologus, qui terminatur in folio xxvi. averso. In folio sequenti incipit* Distinctio prima. *In secunda columna folii clxxxiii. recti:* Explicit exacta expositio et subtilis subtilissima4 sententia4 quas doctor subtilis in p̄mū librum suum circa magistrū Petrū Lumbardum in unum ogessit. ordinaria lectura ordinarie facta in ouentu fratrum mino4 in alma vniuersitate Tuivingn̄. ubi et impressa est per huius artis gnarū Magistrū Johannē Ottmar. Anno salut⁹. M. cccc. xcviij. xxiiij. die Martij. *Deinde* sequūtur q̄dam errata in opificio quo4 correctio nō tam faciliter p quēlibet fieri p̄t (dimissis reliquis) vbi loco quorundā alia ponūt⁹. aliqn̄ aliq̄ omitti vel addi significant⁹ ūm q invenitur vbum lege. adde. vel omitte. *Additum est etiam* Inventarium pūctorum huius libri per folia et columnas.
In folio. ..... IV. I. 8.

De libri hujus raritate, vide *Gerdesii Florileg. pag. 257.* ubi per errorem forsan Typothetarum pro anno Mccccxcviii. legitur Mccccxviii. ibique ab aliis etiam *Paulus Scriptor* diversus a *Paulo Sueuo* dicitur. *Jo. Simleri Biblioth. pag. 548. Antonii Possevini Appar. Sac. Tom. III. pag. 27. Jo. Gottfr. Olearii Biblioth. Script. Eccles. P. II. pag. 66. Luc. Waddingi Scriptores Minorum pag. 274.* Vide insuper *Jo. Alb. Fabricii Biblioth. med. et inf. latin. lib. XV. pag. 646.*

PAULI VENETI. *Vide* Veneti Pauli.

Digitized by Google

PAULI VERONENSIS. *Vide* Veronensis Pauli.

PAUSANIAS HISTORICUS. Domitius Calderinus E Graeco traduxit Atticae descriptio. *Laudata verba extant in prima pagina. Opus incipit in secundo folio recto a titulo :* DOMITII Calderini Viri cla. in Pausaniae traductionem. Attica. *Ad calcem :* Pausaniam historicū nobilissimū Domitius Calderinus Veronensis e graeco transferebat. CUM GRATIA, ET PRIVILEGIO. *His verbis subnexa est Possessoris subscriptio, scilicet* Antonj Seripandi ex Iani Parrhasij testamento ; *et notulis mss. eodem subalbido charactere, quo subscriptio ipsa, margines totius voluminis instructi visuntur.*

In 4.° ..... XIX. F. 32.

Sine notis typographicis. Praesentem editionem parum obviam, quamplurimi Bibliographi, uti *Maittairus pag. 667. Crevenna Tom. V. pag. 99. Panzer Tom. III. pag. 441.* partem esse dicunt editionis *Auctorum vetustissimorum*, quos supra notavimus in Art. *Nannii Viterbiensis*, ac proinde excusam *Venetiis per Bernardinum Venetum 1498.* Et licet *Orlandus pag. 380.* eam referat separatam, tanquam diversam, excusam sine loci, anni, et typographi indicio, tamen opinioni priorum libenter adhaeremus ; nam non ovum ovo similius esse poterit, quam altera alteri est. Magnitudo, crassities chartae, una eademque est; characteres iidem; eademque imprimendi oeconomia.

Digitized by Google

P E

Peachhami Joannis Archiepiscopi Cantuariensis. Prospectiva communis. *Praecedit Epistola Nuncupatoria* Facii Cardani, *qui editionem castigavit, quae legitur in aversa pagina folii primi sub epigraphe :* Reverendissimo in Christo patri apostolicoq3 protonotario nec nō equiti aurato et comiti palatino Ambrosio griffo artiū medicīeq3 doctori p̄stātissimo ac theologo p̄itissīo Facius Cardanus. s. d. p. *Terminatur in eadem pagina, et in sequenti folio incipit* Prospectiva coīs. d. Iohānis archiepiscopi Cātuariēsis. fratris ordinis mino4 dcī p̄sau4 (sic) ad unguē castigata p̄ eximiū artiū et medicīe ac iuris utriusq3 doctorē ac mathematicū peritissimū. D. Faciū cardanū mediolanensem ī uenerabili colegio (sic) iuris peritorum Mediolani residentē. *In calce legitur sequens Epigramma, quod prodit Typographi vel Correctoris nomen.*

Optima que fertur uisus pars optima (sic) lector.
Faustis (sic) Corneni clauditur auspitijs.
Quem petrus impressit paruo non aere : libellum
Hunc eme : tu doctum perlege lector opus.
Prima ego sum uirtus : quid me fortunarelinquis.
Impressa est omnis pagina nostra uacat.
Ultima sim miror : quid enim sunt lumina manca
Me sine : et est illis me sine nulla fides.
Et quis aristotelem : sine me cognoscere possit
Scis Dea. cognovi : sed sua causa subest
Magna ratis magno curanda est remige deerat
Nauita nunc Facius talia damna leuet
Hoc cardana uiro gaudet domus omnia nouit
Unus habent nullum secula nostra parem.

In folio..... VIII. A. 38.

Editio sine anno, et loco, per *Petrum Cornenum*, excusa charactere gallo-franco, grandiori in textu, minori in commentariis, utroque tamen satis nitido; absque titulo, numeris paginarum, et custodibus. In marginibus amplissimis apponuntur mathematicae figurae accuratissime impressae, et in nostro exemplari leguntur etiam notulae *mss.* minutissimo charactere subalbido. Cum in Epistola Nuncupatoria asserat *Facius Cardanus* (celeberrimi *Hieronymi Cardani* parens) librum hunc a se emendatum, *primitias* fuisse *laborum* suorum, hinc circa annum octuagesimum secundum saeculi XV., editum fuisse Mediolanensibus typis, autumat *Saxius* in *Historia. Literario-Typographica Mediolanensis, pag. 605.* nam hoc anno scilicet *1482. Facius Cardanus* adscriptus fuit Collegio Nobilium Iurisperitorum *Mediolani.* Etsi vero *Petrus Cornenus*, cui haec editio a *Saxio, Mittarello,* et ab aliis adscribitur, per illa tempora *Mediolani* adlaborarit, proferendis in lucem praeclaris operibus, Typographum eum fuisse hujusmodi editionis ex allato Epigrammate haud pro certo colligi potest; nam nullum ab eo vulgatum codicem sub hoc nomine usquam Bibliographi invenerunt : ac proinde opinamur, hoc verbum *impressit*, usurpatum fuisse ab eodem *Corneno*, hujus poeticae laudis Auctore, ratione metri, cum anno *1481.* ipsum, in libro *Hugonis Benzii*, jam a nobis notato in Tom. 1. hujus Catalogi pag. 68. tantum *Impressionis Correctorem* legamus enunciatum. Laudatus *Mittarellus* in *Append. lib. Saec. XV. pag. 210.* nititur opponere *Corne-*

Digitized by Google

num Erhardo Ratdolt jactanti se primum figuras mathematicas excudisse; obstat *Mittarelli* opinioni annus, quo *Erhardus Ratdolt* impressit *Kalendarium Ioan. de Monte Regio*, jam a nobis relatum in hoc secundo volumine pag.147., ubi mathematica schemata elegantissime excusa fuere anno 1476.

PECKHAMI FRANCISCI. *Vide* Peachhami.

PEDEMONTIUM FRANCISCI DE. Additiones Operibus Mesuae. *Extant cum iisdem Operibus. Vide* Mesuae.

PEDIANI ASCONII. *Vide in Appendice* Asconii.

PEONII AUSONII. *Vide in Appendice* Ausonii.

PERALDI GUILIELMI. *Vide* Paraldi.

PEREGRINATIONES totius terre sancte que a modernis peregrinis uisitatur. Et est sciendū q in illis locis in quibus est signū C ibi est plenaria absolutio scilicet a pena et a culpa. In aliis uero locis in quibus nō est signū C sunt septem annorū et septem quadragenarū de indulgentia. Predicte autem indulgentie concesse fuerūt a sancto Siluestro Papa. ad preces sancti magni Constantini imperatoris: et sancte Helene matris eius. *Huic titulo, excuso in prima pagina, subnexum est opus, quod incipit:* Primo de peregrinationibus yopen usq3 Hierusalē. *Ad calcem:* Expliciunt peregrinationes terre sancte: Venetiis Impresse per Baptistam de Sessa Mediolanensē. M. CCCCXCI. Mensis Maii.
In 8.°..... XIII. D. 51.

Ex Bibliographorum plurimorum silentio, quos consului, hujus opusculi, ejusque editionis raritas patet.

PEREREIS GUILLERMI DE. Sermo habitus Rome in basilica principis apostolo4 per reuerendum patrem dñm Guillermum de Perereis Auditorem apostolicum. super electione futuri pontificis Anno. M. cccclxxxiiij. die Jouis. xxvj. Augusti. *Ad calcem legitur* Finis.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... IX. A. 58.

Editio foliorum IV. excusa gallo-franco charactere, quam notat *Audiffredus pag. 261. in Catal. Hist. Crit. Rom. Edit. Saec. XV.*

—— Exemplar alterum ..... XIII. A. 29.
—— Exemplar tertium..... XIII. A. 49.

PERGAMENORUM. Epistolae v. ad Marcum Brutum, *latine, ex versione* Rinucii Thettali. *Extant cum* Epistolis Bruti. *Vide* Bruti.

—— *Ejusdem* Epistola ad Mahummedem II. *Excuditur cum* Epistolis Mahummedis. *Vide* Mahummedis.

Digitized by Google

Pergulensis Pauli. Logica. *In primo folio recto habetur brevis Praefatio, cujus titulus:* Compendium perclarum ad introductionem iuuenum in facultate Logice per clarum Artiū doctorem ac Theologie professorem Magistrū Paulū pergulensem nuperrime quam faustissime incipit. *Ad calcem:* Explicit logica magistri Pauli pguleñ. brevis et vtilis Finis. *Sequitur I. Elegiacum carmen, quo* Jacobus Sentinus Ricinensis Juuenibus foelicitatem *dicit. II. Epigramma, quo etiam dicit* C. Joannes Lucilius santritter Juvenibus *foelicitatem. Adcedit brevis expositio de sensu composito, et diviso, quae inscribitur, ut ex primis constat verbis,* Petro de Guidonibus. *Hac absoluta, occurrunt alia duo Epigrammata* Jacobi Sentini Ricinensis, *quorum unum* Ad lectorem, *alterum* in Impressoris laudem Erhardi radolt (sic) augustensis, *quod sic legitur:*

Quod frustra iuuenes querebant semper vbiq3
Qd⁹ poterat chartis tingere nemo suis:
Hocce opus impressit mira nunc arte Gyrardus (sic).
Aspersum varijs quas facit aere notis
Candida nunc isti debes studiosa iuuentus:
Debent ingenio quilibet vsq3 suo

Impssū venetijs idib⁹ septembris Anno salutis M.cccclxxxj.
In 4.° parvo..... VIII. A. 18.

Editio haec Bibliographis, quos adii, minime innotuit, et forsan a nobis primum excitatur.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina majoribus gallo-francis typis legitur:* Logica magistri Pauli pergulensis. *In aversa facie occurrit Praefatio, cum titulo, uti in praecedenti editione. Ad calcem* logicae: Explicit logica magistri Pauli pguleñ. brevis et vtilis: nova ac solerti castigatione longe in melius redacta. *Adcedit, uti in editione praecedenti, brevis expositio de sensu composito, et diviso, quae terminatur hac nota typographica:* Impressum Venetiis per Petrum bergomensem de quarengijs. Anno salutis. M. ccccxcviij. octavo Kl⁹as Augusti.
In 4.° parvo..... VIII. A. 6.
—— Dubia. *Extant cum* Rodulphi Strodi consequentiis. *Vide* Strodi.

Periegetae Dionysii. *Vide* Dionysii Afri, *sive* Alexandrini.

Periglis Angeli de. Incipit tractatus de paleis et olivis editus per famosissimū doctissimūq3 virū do. Angelū de periglis de pusio vtriusq3 iuris īterpretē dignissimū ordinarie pusii l⁹gētē. *Is titulus occurrit in summitate primae columnae. Ad calcem post verbum* FINIS, *Typographi cura sequentia verba adjecta leguntur:* Ad honorem et laudem gloriam et exaltationem dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti Gloriosissime matris eiusdem Ihesu Christi Pontificie cesarieq3 legum cultores accipite hoc opus cotidianum utilissimumq3 maxima cū diligentīa. Impressum Urbini per magistrum Henricum de colonia

Digitized by Google

Imperante inclito duce Guido Ubaldo cum Illustri Domino Octaviano Ubaldino in nobili domo gallorum in valle bona anno salutiferi (sic) incarnationis M. cccc. LXXXXIII. die. XV. mensis Maii. *Huic adcedit* Registrum hujus operis. *Extat cum* Tancredo de Corneto.
In folio. . . . . VI. E. 9.

Perleone Giuliano. Canzonieri dicto il perleone del rustico Romano. *Primum folium est album, et in secundo recto occurrit* EXORDIO AL ILLUSTRISSIMO ET VIRTUOSISSIMO. S. LO. S. DON FEDERICO DE ARAGONA. *Exordium duo occupat folia, et in quarto recto opus incipit a* Sonecto Primo Introductorio. *Ad calcem folii recti* ccxlv. *legitur nota typographica hoc pacto:*

FINE : CON LA DIVINA GRATIA : DEL
CANZONIERI : DICTO : IL PERLE
ONE. DEL RUSTICO ROMA
NO : IMPRESSO IN LA CI
TA : DI NAPOLI. PER.
AIOLFO DE CANTO
NO : DA MILANO
ADI. X. DE MAR
TIO M. CCCC.
LXXXXII.
ANNO CHRISTI

In 4.° parvo. . . . . XI. B. 71.

De hac rarissima editione, quae princeps est, vide *De Bure Catal. de la Bibl. de la Valliere Tom. II. pag. 618. Morellus in Catal. Bibl. Pinnelliane Tom. IV. pag. 276. Laire Tom. II. pag. 173. Bolong. Crev. Tom. III. pag. 364. Denis suppl. pag.* 333, aliique.

Perotti Nicolai. Rudimenta Grammatices. *Sequentia verba in operis fronte expressa leguntur:* NICOLAI. PEROTTI. AD PIRRUM. PEROTTUM. NEPOTEM. EX. FRATRE. SUAVISSÍMUM. RUDIMENTA. GRAMATICES. INCIPIUNT. *Tum protinus ipsum opus ab alphabeto, quod primam paginam, et dimidium secundae implet, incipit. In fine occurrunt Auctoris epistolium, et brevis Peroratio ad Nepotem suum, quibus subjecta habetur nota typographica, his verbis contenta:* Regule grāmaticales Reverendissimi patris et domini. Domini Nicolai Perotti Archiepiscopi Sypontini viri doctissimi atq3 eloquētissimi absolute sunt foeliciter. Neapoli impresse per Mathiam Morauum virum singulari ingenio et arte preditum. Registrum libri *huic subnectitur.*
In folio parvo. . . . . XI. A. 19.

Sine nota chronologica. Licet plures hujus operis editiones Bibliographi recenseant, quarum princeps est Romana, excusa ab *Arnoldo Pannartz anno 1473.* de praesenti tamen aût nullam, aut levem

Digitized by Google

ipsi habuerunt notitiam, uno excepto, scilicet *Denis*, qui *in Supplem. pag. 635.* eam refert ad annum 1475. ex quo elucet raritas voluminis. Addendus est noster *Giustiniano* qui *pag. 63.* hanc editionem recensuit, sed nec verbum unum de anno impressionis adposuit. Ex epistola, quae circa finem extat ad *Pyrrhum Perottum* fratris filium directa, patet opus hoc anno salutis 1458. a *Nicolao* conscriptum fuisse *Viterbii*, ut *Apostolus Zenus* iam adseruit in *Tom. I. Dissert. Vos. pag. 72.* Elementa, quae ingeniosissimus Typographus *Morauus* in hoc opere excudendo adhibuit, sunt latinae formae, et in paginis integris lineas 32. occupant. Custodes, signaturas, foliorum numerationem, initialesque litteras prorsus omisit. Totum volumen absolvitur 113. foliis, in quibus notulae mss. minutissimo charactere marginales, et interlineales passim visuntur.

—— Alia editio. *In summitate primae columnae folii primi extat titulus:* Nicolai peroti (sic) ad pirrum perotum nepotem ex fratre suauīssimū rudimēta gramatices īcipiūt. *Ad calcem secundae columnae folii xc1. recti, legitur:* Finito libro sit laus gloria cristo; *exinde*, Sixtus Reissinger. *In aversa pagina habetur typographica notitia characteribus gallo-francis mäjoribus excusa, hoc pacto:* Finiunt Regule Grammaticales Reverendissimi patris et domini. domini Nicolai Peroti Archiepiscopi Sipontini uiri doctissimi atq3 eloquentissimi. Impresse Neapoli per Uenerabilem dominum Sixtum Riessinger Argentinensem Anno Millesimoquadringentesimo septuagesimo sexto Regnante Ferdinando Rege Inuictissimo. *Adcedit* Registrum quinternionum huius libri.
In folio..... XI. C. 13.

Editio admodum rara, quae latuit Bibliographos fere omnes, et primum a nostro *Giustiniano* notata fuit pag. 32.

—— Alia editio, *quae eumdem titulum gerit in fronte, quem in antecedentibus notavimus: ad calcem post verbum.*

: : FINIS : :

haec habentur:

ANNO SAL. M. CCCC: LXXVI.
TARVISII.
FRANCISCUS RHOLANDELLUS
POETA EMENDAVIT:
ET GERARDUS DE FLANDRIA
IMPRESSIT:
DILIGENTISSIME UTERq3 : :

In aversa facie habetur hujus libri registrum. *Sequuntur tria alia foliola, in quibus* de ratione scribendi, *forsan* Georgii Vallae, *opusculum continetur. In fronte folii primi*

PRINCIPIū: QUO UTI POSSUMUS
AD SUMNUM (sic) PONTIFICEM : :

In 4.°..... XII. B. 29.

Editio praestantissima ob antiquitatem, et elegantiam impressionis, quae maximopere commendatur a *Maittairo pag. 364. Bolong. Crevenn. Tom. III. pag. 29.* et a *Morellio Tom. 3. pag. 267.*

Digitized by Google

—— Alia editio, *cujus titulus* NICOLAI Perotti ad Pyrrhum Perottum Nepotem Ex fratre Suauissimum Rudimenta grammatices. *Ad calcem post* Peroratione*m*, *legitur :* Nicolai Perotti Sypontini Ad Perotum (sic) Nepotem Ex fratre Suauissimum Rudimentorum Grammatices. *Deinde :* Impressum Mediolani p Dominicū de Vespolate et Dionysium Palauicinum anno Domini Mccccl*x*xviii. die octauo Aprilis. FINIS. *Ultimo loco legitur, mss. nomen Possessoris, scilicet,* Antonii Seripandi, et Amicorum.

In folio..... X. A. 16.

—— Alia editio. *Extat titulus quatuor lineis inclusus, majusculis litteris impressus, in summitate primae paginae, ut in antecedentibus editionibus. Ad calcem ultimi folii recti :* Nicolai Perotti Sypontini ad Pyrrhū Perottū Nepotem ex Fratre Suauissimum Rudimento rum (sic) Grammatices. Finis. *Post duas vacuas lineas :* Neapoli Impressi p Magistrum Franciscū florentinum. Anno salutis Millesimo quadrīgentesimo septuagesimo nono. Die octava mensis Marcii. Regnante inclito Ferdinando Rege. *In ultima pagina occurrit Registrum.*

In 4.° parvo..... XI. B. 20.

Editio haec, quae a nobis primum excitatur, inter rarissimas locum suum jure optimo tuetur; nec sine causa ita judicamus; latuit enim principes Bibliographos, et ipsum etiam *Giustiniano*, qui nimis fidenter scripsit *in Saggio Storico-Critico sulla tipografia del Regno di Napoli, pag. 66. Francisci Dini Florentini* primum librum *Neapoli* impressum fuisse opus *Franchini Gafori de musica disciplina* anno 1480. Character est romanus valde elegans, ac idem, quo opus laudatu, *Franchini Gafori Dinus* impressit, cujus sedulitas in hoc opere cudendo, non minus typorum quam chartae etiam delectu commendatur; haec enim nitida, et satis compacta, ac leuigata adparet. Paginas marginibus latis spectabiles instruxit lineis 26. Pro initialibus quadrata spatia reliquit Excusor, nec a Miniculatore suppletae visuntur, paucis exceptis. Pro interpunctionis vero signis tammodo adposuit puncta. Custodes, et signaturas, penitus omisit, nec non et foliorum numeros, qui tamen calami ope observantur mss. in ora marginum superiori; itaut si fides iis habenda est, constet volumen 206. foliis impressis. In marginibus externis notulae minutissimo charactere mss. passim observantur : et in fine voluminis adjunctus est eodem charactere *Liber Francisci nigri de dicendi elegantia; seu exgeetica grammatica.*

—— Alia editio, *cujus titulus extat, ut in praecedentibus editionibus, excusus uncialibus litteris in summitate folii primi recti. Ad calcem primae paginae ultimi folii Typographus notavit:* Regule grāmaticales Reverendissimi patris ac dñi. dñi Nicolai Perotti Archiepi Sypontini uiri doctissimi atq3 eloquētissimi absolute sunt foeliciter Neapoli Impresse. Anno salutis. M. cccc. lxxx. Sexto kalendas martias.

In 4.°..... XI. A. 15.

Deest quidem in hac editione Typographi nomen, typis tamen *Matthiae Moravi* eam esse excusam, haud dubitanter asserimus. Nam instituta comparatione cum editione primo loco indicata, ab eodem Excusore impressa, sine nota chronologica, tanta characteris similitudo in utraque observatur licet typographicum artificium sit aliquantulum diversum, ut facile sit primo oculorum intuitu concludere idem praelum ambas impressisse. At quod animum nostrum magis magisque movet sunt interpunctionis signa, scilicet puncta, quae tantummodo in Moravianis editionibus visuntur radiata, quorum inventor, saltem *Neapoli*, fuit ipsa *Moravus*. Latuit editio *Giustiniano*, et nonnullos alios Bibliographos; sed memoratur dumtaxat a *Panzer Tom. II. pag. 160*, qui notitiam ejusdem hausit e *Biblioth. Reg. Paris. Tom. 5. n. 606.*

—— Alia editio. *Titulus, ut in superioribus editionibus. Ad calcem ultimi*

Digitized by Google

folii recti : Nicolai Perotti pōt. Sypontini ad Pyrrhum Perrottum Nepotem ex Fratre Suauissimū Rudimentorum Grāmatices Finis. *Deinde :* Impressum quidem est hoc opus Venetiis mira arte et diligentia Petri Piasii Cremonensis : Bertholomei (sic) Blauii alexandrini : et Andreae Toresani de Asola, Anno domini. M. cccc. lxxx. die decimo septembris. *Aversa pagina est alba.*

In 4.° ..... IX. A. 8.

—— Exemplar alterum..... IX. A. 9.

—— Alia editio, *cui desunt in hoc nostro exemplari octo priora folia, uti indicat* Registrum, *quod postremam voluminis paginam comprehendit, et indicat initium lineae cujusvis primae paginae foliorum suturam praecedentium. Typographica notitia exprimitur hoc pacto :*

Anno salutis. Millesimo. quadrigentesimo. octua
gesimo quinto. Quarto idus septēbris.
Gerardus de Flandria diligē
tissime impressit
Utini
Ieronimo Conta
reno : p Illustrissimo Ueneto
rum Dominio : in Iulii Foro : Locūtenē
te Dignissimo

In 4.° parvo..... IX. A. 11.

Maittairus, et *Denis* editiones referunt, quas *Gerardus Flander excudit Tarvisii*, *Venetiis*, et in Urbe *Austrae*, seu *Astura*; sed nec hujus, nec alterius Vtinensis meminere; ex quo elucet raritas hujusmodi editionis.

—— Alia editio, *quae titulum gerit in summitate primae paginae, charactere gallo-franco excusum :* Nicolai Perotti ad pirrhum Perotthum nepotem ex fratre suauissimum rudimenta Grāmatices incipiunt. *In calce post verbum* Finis, *occurrit Registrum.*

In 4.° parvo ..... IX. A. 10.

Desiderantur in hac editione annus, locus, et nomen Typographi; ejus tamen character Romanus est, et quidem is quo utebatur *Stephanus Plannck*. Typus lineas 30. occupat in qualibet integra pagina. Desunt custodes, signaturae, foliorum numeri, et initiales; quae vero Prooemio adponitur, Miniculatoris industria suppleta fuit. Interpunctionis signa, visuntur scilicet punctum, duo puncta, et interrogationis nota.

—— De metris. *Praemittitur Prooemium, cujus titulus :* NICOLAI PEROTI DE GENERIBUS Metrorum. *Opusculo absoluto, adcedit in eadem pagina alterum ejusdem opusculum* de Horatii Flacci : ac Severini Boetii Metris, *cui praefixa legitur Nuncupatoria epistola, sub epigraphe :* NICOLAUS PEROTUS CELIO PEROTO FRATRI CHARISSIMO S. *Ad calcem, post verbum* FINIS *habetur nota typographica his verbis contenta :* Impresum (sic) Venetiis

Digitized by Google

per Maximū de butricis papiensem. M. cccc. lxxxxi. die uero xviiii. Augusti. *Exinde Possessoris nomen mss. scilicet:* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasii testamento.

In 4.° parvo..... IX. B. 15.

—— Exemplar alterum..... IX. A. 12.

—— Cornucopiae, *seu* Commentariorum linguae latinae opus. *Praemittitur in prima pagina* IOANNIS FRANCISCI PHILOMUSI PISAVRENSIS TETRASTICHON CORNVCOPIAE PEROTTAEI LAUDEM.

Varronis: Nigidiq3 olim monumenta latinam
Ditarunt linguam Romuleosq3 patres
Pro quibus ammissis Perotti (sic) copia raptas.
Omnifero e cornu plena refundit opes..

Sequitur in secundo folio recto alphabeticus verborum Index, terminaturque folio xvi. averso. Epistola, qua Lodovicus Odaxius Patavinus Illustrissimo principi Guido Vrbino duci salutem *dicit, incipit in folio xvii. averso, et folio xviii. ad lineam xvi. absolvitur. Post vacuam paginam adest* PYRRHI PEROTTI IN CORNUCOPIAE: SIVE COMMENTARIOS LINGUAE LATINAE AD ILLUSTREM PRINCIPEM FEDERICUM DUCEM ET ECCLESIASTICI EXERCITUS IMPERATOREM INVICTISSIMUM. PROHOEMIUM. *Hoc excipit brevis* Martialis *vita, deinde opus exordium sumit a titulo rubri coloris:* NICOLAI PEROTTI CORNUCOPIAE: SIVE COMMENTARIORUM LINGUAE LATINAE AD ILLUSTRISS. PRINCI. FEDERICUM URBINI DUCEM: ET ECCLESIASTICI EXERCITUS IMPERATOREM INVICTISSIMUM LIBER PRIMUS DE AMPHITEATRO EPIGRAMMA PRIMUM. *Ad calcem brevior Epistola, vel conclusio* AD FEDERICUM PRINCIPEM *extat, quam excipiunt verba hujusmodi a Typographo adposita:* Nicolai Peroti (sic) Eruditissimi viri Cornucopiae seu comētariorum linguae latinae. Impressum Venetiis per Magistrum Paganinum de paganinis brixiensem Anno domini Mcccc. lxxxviiii. pridie idus maii. FINIS. *Primam ultimi folii paginam chartarum Registrum occupat.*

In folio..... XII. H. 41.

Editio haec omnium princeps creditur, ut *Apostolus Zenus* scribit in *Tom. I. Dissert. Voss. pag. 270.* Character, quo impressum est hoc opus, Romanus, ac nitidus est, qui lineas *59.* occupat in qualibet pagina. Folia, praeter octodecim priora, numeris sunt signata, qui iterantur in postica pagina; signaturae adparent, nulli autem custodes. In marginibus externis vocabula impressa sunt: initiales vel desunt; vel parvis supplentur formis; quae vero Prooemio adponitur, lignea est, floribusque ornata.

—— Exemplar alterum..... X. D. 11.

—— Alia editio, *quae paucis exceptis, quoad typographicum [artificium, et notam typographicam, in reliquis praecedentem imitatur. In fine operis legitur:* Explicit praeclarū opus Nicolai Perotti Eruditissimi uiri Cornucopiae: seu

Digitized by Google

Cōmētario4 linguae latinae: Impressū Venetiis per Bernardinū de Cremona: et Simonē de Luero. xxx. maii. M. CCCC. xc. *Sequitur* Regist4.
In folio..... X. D. 13.

Bibliographi fere omnes referunt editionem anni 1490. excusam *Venetijs per Baptistam de Tortis die 19. Octobris*, sed praesentem, quae praecessit, prorsus ignorarunt; hinc ejus raritas eruitur.

—— Alia editio, *quae praeter operis titulum, qui minoribus litteris exprimitur, in reliquis, ut plurimum, similis est praecedenti. Ad calcem notavit Excusor:* Explicit praeclarū opus Nicolai Perotti Eruditissimi uiri Cornucopiae: seu Cōmētario4 linguae Latinae: Impssum Venetiis p Bernardinum de Coris de Cremona. M. CCCCXCII. Die xxv. Maii. *Post Registrum adest* In prooemiū Plynii Commentariolus, *cui praefigitur inscriptio:* NICOLAI Perotti Ponti. Sypontini in C. Plynii Secūdi prooemium: Cōmētariolus: in quo Ioannem Andream episcopū Alleriensē: duobus et uiginti erroribus taxat. Ad Antonium Moretum; *quo absoluto legitur:* Nicolai Perotti Pont. Sypontini: in C. Plynii prooemiū expositionis Finis.
In folio..... IX. D. 20.

Apostolus Zenus in Tom. 1. Dissert. Voss. pag. 271. observat, perperam in Veteribus editionibus *Commentariolum* hunc *Antonio Moreto* inscriptum fuisse, quum revera ad *Franciscum Guarnerium* direxisset *Perottus*, ut infra videbimus.

—— Alia editio, *quae praecedentes quodammodo imitatur. Opere absoluto sequitur in eadem pagina:* NICOLAI Perotti Ponti. Sypontini in C. Plynii secundi poemiū. Cōmētariolus etc. etc. *Ad calcem hujus:* Explicit praeclarum opus Nicolai Perotti Eruditissimi uiri Cornucopiae seu cōmētariorū linguae latinae. Vna cū cōmētariis seu expositionibus ipsius Nicolai in Caii plynii secundi proemium. Venetiis Impressum per Dionysium de Berthochis de Bononia. Anno ab īcarnatione domini. M. CCCC XCIIII. Quarto idus Maias. Regnante foelicissimo Venetiarum duce Augustino Barbadico. REGISTRUM *accedit, et Typographi signum, scilicet figura elliptica secundum horizontem duobus lineis secta; crux duplex imponitur lineae superiori, tandem littera* D. *nomen scilicet Typographi admodum rudis in inferiori parte figurae adparet.*
In folio..... IX. D. 21.

—— Alia editio. *In primae paginae summitate titulus rubro colore excusus sic legitur:* CORNUCOPIAE EMENDATISSIMUM: IN QuO OPERE MULTA ACCURATISSIME ADDITA MULTAQuE EMENDATA SUNT: *His verbis Carmina subduntur* Ioannis Francisci Philomusi Pisaurensis, Antonii Constantii Fanensis, Marcelli Philoxeni, L. Pontici Tarvisani, *et* Danielis Caietani: *et haec nomina pariter rubro excusa sunt colore. In folio averso inchoatur Tabula, quam sequuntur* Odaxii *Epistola*, Prooemium, *et* Vita Martialis; *postea opus incipit eo titulo, qui est in praecedenti editione. In fine operis adjungitur* Nicolai perrotti in C. Plynii secūdi poemium Cōmētariolus etc. etc. *quo absoluto, sequentia verba leguntur*: Explicit praecla4 opus Nicolai Perotti Eru-

Digitized by Google

ditissimi uiri Cornucopiae seu cōmētario4 linguae latinae. Vna cum commentariis seu expositionibus ipsius Nicolai in Caii plynii secundi prooemium. Venetiis impressum per Philippum de Pinzis Mantuanum. Anno ab incarnatione domini M. CCCCXCIIII. Sexto Cal. Apriles. Regnāte foelicissimo Venetiarum duce Augustino Barbadico. *Sequuntur* Registrum, *et Signum Typographi, quod refert* Orlandius n.ro 44.
In folio..... X. D. 12.

Editionem hanc raram esse censeo propter Bibliographorum silentium.

—— Alia editio. *Prima pagina sequentia verba refert :* Cornucopiae sive linguae latinae commentarii ubi quamplurima loca quae in aliis ante impressis incorrecta leguntur emendata sunt. Multa praeterea quae in iis etiam quos ex archetypo excriptos habuimus mendosa erant emaculavimus.
Graecum quod ita inversum ac depravatum erat ut ne legi quidem posset in suum locum et candorem restitutum est.
Index copiosissimus et nouo ordine quo facillime quodcunqꝫ q̄ritur uocabulum inueniri potest. Notatae n. sunt totius operis singulae semipaginae ac singuli semipaginarum uersus arithmeticis numeris. Et quod operae pretium est margine expedito et uacuo ut possit si quid libuerit in margine ut fieri a doctis assolet, annotari.

Eiusdem Sypontini libellus quo Plinii epistola ad Titum Vespasianum corrigitur cum graeco quod in aliis non habetur.
Cornelii Vitellii in eum ipsum libellum Sypontini Annotationes.

Hoc inveniendorum uocabulorum ordine a nobis nuper invento nō

licet cuiq̄ in Dominio Ill.. S.. V. Hos linguae latinae commentarios
impune imprimere

Postica pagina continet Epistolam, qua Aldus Manutius Romanus Lectori S. *dicit. Hanc excipit in sequenti folio Tabula, sive Glossarium, quinque columnis excusum, et in folio* XXVII. *absolvitur. Sequuntur in folio* XXVIII *errores typographici, eorumque emendationes, et in aliis duobus foliis leguntur Praefationes* Lodovici Odaxii, Pyrrhi Perotti, *et* BREVIS COMMEMORATIO VITAE M. VALERII MARTIALIS: *Opus proinde incipit in folio* XXXI. *a titulo*

Digitized by Google

in superioribus editionibus notato, sed nigris, minoribusque litteris expresso. Ad calcem voluminis post verba: FINIS . LAUS DEO, *occurrit Registrum, et deinde nota typographica:* VENETIIS. IN AEDIBUS ALDI. MENSE IULIO M. ID. Hunc librum non licet cuiq̃ in locis et Dominio Illu. S. V. impune typis excudere.
In folio..... XVII. G. 25.

Integram, exactamque descriptionem hujusmodi rarissimae editionis tradit *Cl. Ant. Aug. Renovard. Annales de l' imprimerie des Aldes Tom. 1. pag. 45.*

—— Commentariolus in C. Plinii Secundi Prooemium, *cum* observationibus Cornelii Vitellii *in eumdem* Commentariolum. *Praefigitur titulus priori opuscilo* NICOLAus pERottus põtifex Sypõtinus: FRAncisco GVARnerio SALUTEM. Vitelli observationes *incipiunt* (c) Ornelius Vitellius parthenio Benacẽsi suo salutem. *Ad calcem opusculi nihil legitur, nisi* FINIS.
In folio..... XI. E. 20.

Rotundus est hujus perexiguae molis libelli character, et in paginis plenioribus occupat 53. lineas. Decem foliis constat cum signaturis A, B numeris romanis minoribus sociatis: desunt custodes, foliorum numeri, et initiales. Editio videtur Veneta. Hujuscemodi opusculi argumentum respicit editionem *Plinii* ab *Andrea Episcopo Aleriensi* curatam, cujus errores *Perottus* detegit, Correctorum inscitiam suggillat, et textum *Plinii* castigare, simulque explicare satagit. *Vitellius* vero *Perotti commentariolum* in trutina ponit, et quaedam in eo laudat, quaedam vero reprobat.

—— Oratio pro receptione Friderici Romanorum Imperatoris ex parte Communis Bononiensis. *Extat cum* Margarita poëtica Alberti de Eyb. *Vide* Eyb.

Persici Epistola ad Q. Curtium. *Extat cum epistolis* Curtii. *Vide* Curtii.

Persii Auli Flacci. Satyrae. *Praefigitur titulus Prologo:* Auli Flacci Persii satyra prima. *Nihil in fine voluminis legitur.*
In 4.° *Extat cum Iuvenale*..... XII. C. 13.

De editionibus *Juvenalis*, et *Persii*, quippe quae notis typographicis destituuntur, aliquid certi pronunciare, res est admodum ardua, et difficilis. Hinc merito *Cl. Thom. Frognall. Dibdin* in *Introduct. of the Greek and Latin Classics Tom. II. pag. 146.* de hoc argumento loquens, sic scripsit: *Severe, if not insuperable, is the task of assigning correct chronological arrangement to the early* DATELESS *editions of Juvenal and Persius. The popularity of these works rendered the editions of them almost innumerable; and next to* TERENCE, *perhaps these writers impose to the hardest task upon Bibliographer in assertaining the correct dates of their impressions.* Hinc *Crevenna* in *Catal.* edito anno 1789. *Tom. III. pag. 160.* hanc editionem *Principem* adpellat, et *Virgilio anni 1470 Vindelini Spirensis* consonam. *De Bure* in *Catal. de la Valliere Tom. II. pag. 102.* cum Jensoniana editione *Decoris Puellarum* eamdem convenire arbitratur. *M. Mass.* hanc hujus operis editionem tertiam fuisse censet, sextam vero idem *cl. Frognall Dibdin* cit. loc. In tanta igitur clarissimorum Bibliographorum discrepantia de anno, loco, et Typographo hujuscemodi editionis, nobis haud licet aliquid certi pronunciare, sed tantumodo non inutile arbitramur de re typographica ejusdem aliqua adjicere, quum ob eius raritatem a paucis sit visa. Impressoris artificium particulatim consideranti, haec notanda occurrunt. Chartae firmae ac levigatae delectus; typus rotundus elegans lineis 32. in pagina quavis distinctus, excepta ultima, quae 33. continet; initiales principes parvae, et signaturarum, custodum, numerorumque plagu-

Digitized by Google

larum praetermissio. Primae litterae versuum unciales ab aliis spatio distant. Totum denique opusculum decem foliis, et una pagina concluditur. Extat excusum, et compactum cum *Juvenale*, de quo satis diximus Tom. 1. pag. 438. et 439.

—— Alia editio, *quae titulum gerit in summitate primae paginae*: AULI PERSII FLACCI SATYRAS PROLOGUS. *Ad calcem Satyrarum legitur*: Mediolani Apud Alexandrum Minutianum.
In folio. *Extat cum* Iuvenale..... ..... XII. F. 28.

Sine nota chronologica. Eruditissimus *Saxius* notitiam hujusmodi rarissimae editionis habuit ex relatione Curatoris *Bibl. S. Mariae Coronatae* Urbis *Mediolani*, in qua praesens editio servatur, simul compacta cum *Ovidio*; ipse autem nunquam eam inspexit. Tam laudatus *Saxius pag. 682.*, quam *Denis pag. 219.* nec non et *Panzer Tom. 2. pag. 53.* referunt hanc editionem ad annum 1486. Typus, quo imprimitur, rotundus, elegantissimusque est, qui lineis 38. distinctus, paginam integram complet. Pro initialibus spatia reliquit Typographus; et primae litterae versuum unciales ab aliis spatio distant; et cuilibet Satyrae titulus praefigitur, pariter uncialibus elementis. Nil in amplis marginibus expressum est, praeter signaturas tantum: nam custodes, et foliorum numeratio desiderantur. Inter primam, et secundam Satyram hujusce exemplaris duo folia absque impressis characteribus a Sutore inserta fuere, quae emendationes plures, et illustrationes ad textum *Persii* continent manu *Iani Parrhasii* conscriptae charactere modo subalbido, modo subrubro. Eodem insuper charactere, minutiori quidem, sed claro et accurato, adjectae sunt notulae interlineales, et ad oram paginarum totius voluminis, et ad calcem legitur illud, *Antonii Seripādi ex Iani Parrhasii testamento.*

—— Alia editio *cum* Commentariis Bartholomaei Fontii. *Prima pagina vacat, secunda continet* BARTHOLOMAEI FONTII PROOEMIUM IN PERSIUM POETAM AD LAURENTIUM MEDICEM, *cui* Satyras Persii a *se interpretatione donatas nuncupat. Incipit in secundo folio recto* AULI FLACCI PERSII POETAE SATYRARUM OPUS, *quo absoluto legitur*: A. Persii Flacci Satyrarum Finis. M. CCCC. LXXX. Venetiis. *Succedunt tum alia Epistola, sic inscripta*: BARTHOLOMAEUS FONTIUS FRANCISCO SAXETTO SALUTEM, *in qua explicantur quaedam mensurarum vocabula, tum* VITA PERSII, *et* Registrum hujus libri.
In folio parvo..... X. G. 16.

Sine Typographi nomine. Prima hujus operis est editio cum *Bartholomaei Fontii Commentariis*, quorum character minor est illo, quo exprimitur textus, et lineas *57.* implet in paginis integris; sed rotundus uterque adparet. In superioribus marginibus nullus extat plagularum numerus; in inferioribus excuduntur signaturae. Custodes omissi fuere, et pro initialibus spatia tantum occurrunt.

—— Alia editio, *cujus aversum folium continet* BARTHOLOMEI FONTII PROOEMIUM IN PERSIUM POETAM AD LAURENTIUM MEDICEM. *Opus incipit in secundo folio recto. Ad calcem post* Vitam Persii, *et* REGISTRUM HUJUS LIBRI *occurrit nota typographica*: Venetiis per Baptistam de tortis M. CCCC. LXXXII. die XIIII. Martii.
In folio parvo..... X. G. 17.

Haec est tertia hujus operis editio, cum *Commentariis Bartholomaei Fontii*, quae bis hoc eodem anno in lucem prodiit *Venetiis.*

Digitized by Google

—— Alia editio. *Primam folii primi paginam* Bartholamei Fontii prooemium in Persium Poetam ad Laurentium Medicum (sic) *occupat. In aversa pagina incipit* Auli flacci Persii poetae Satyrarū opus. *Ad finem sextae, et ultimae Satyrae habetur typographica notitia hoc pacto:* A Persii Flacci Satyrarum Finis. Anno. M. CCCC. LXXXII. Mēsis Decēbris Die: XXIIII. Per me Magistrū Renaldū de Nouimagio Theutonicū Venetiis impressum. *Satyris subjecta legitur* Bartholomei Fontii *Epistola ad* Franciscum Saxettum; *Epistolam excipiunt* Vita Persii, *et* Registrum libri.

In folio parvo..... X. A. 29.

—— Exemplar alterum..... X. D. 23.

—— Alia editio. *Praecedit in folio primo aversō* BARTOLOMEI FONTII PROOEMIUM IN PERSIUM POETAM AD LAURENTIUM MEDICEM; *et in fronte folii secundi recti hic extat titulus:* PAULI (sic) FLACCI PERSII POETAE SATIRARUM OPUS. *Ad calcem occurrunt* REGISTRUM, *et signum Typographorum, qui sequentia verba impresserunt:* Venetiis per Dionysium de bertochis, et Pelegrinum de paschalibus Bononienses. M. CCCC.LXXXIIII. die X Septembris.

In folio..... X. E. 40.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Ioannis Britannici Brixiani, *cujus Nuncupatoria sic inscribitur in folio primo averso:* IOANNES BRITANNICUS BRIXIANUS SENATUI POPULOQ VE (sic) BRIXIANO SALUTEM. *Hanc excipit in sequenti folio recto* VITA PERSII, *et in aversa pagina occurrit ejusdem* Ioannis Britannici *Praefatio de Satyra. Prima Satyra initium sumit in tertio folio recto a titulo:* IOANNIS BRITANNICI BRIXIANI COMMENTARII IN PERSIUM AD SENATUM POPULUMQ VE BRIXIANUM. *Opus absolvitur in folio xxv. recto, et in postica facie Typographus excudit:* Impressum Brixiae per Jacobum Britannicum Brixianum anno domini. M. cccc. lxxxvi. die. xvii. Februarii. *Subnexum est Typographi signum, satis notum.*

In folio parvo..... X. A. 30.

—— Exemplar alterum, *compactum cum* Seneca..... X. F. 1.

—— Alia editio, *cum duobus* Commentariis Ioannis Britannici, *quae praecedunt* Commentariis Bartholomaei Fontii, *quaeque alternatim cum aliis* Britannici *excusa sunt. Praemittuntur operi* Ioannis Britannici *Epistola ad* Senatum Populumque Brixianum, Persii Vita, *tam ab ipso, quam a* Bartholomaeo Fontio *descripta, et Prologus de Satyra. In folio tertio recto incipit* PAULI FLACCI PERSII POETAE SATYRARUM OPUS. Satyris *subnexa est* BARTHOLOMEI FONTII AD SAXETUM *Epistola, ad cujus finem legitur:* Impressum Venetiis per Bernardinum benalium Pergomensem (sic) et Mattheum capcasam Parmensem anno nativitatis domini. M. CCCC. LXXXXI. die. iii. Augusti. *Hanc* Registrum hujus operis *excipit.*

In folio parvo..... X. E. 35.

—— Exemplar alterum..... X. H. 34.

—— Alia editio, *in cujus prima pagina legitur:* Persius cum duobus commentis. *In reliquis praecedenti quodammodo similis. Ad calcem:* Impressum Venetiis per Petrum Io. de quarengis Pergomensem. Anno Domi-

Digitized by Google

ni. M.CCCC.LXXXXV. die. xiii. Aprilis. *Subnexum est* Registrum hujus operis. In folio parvo..... X. G. 32.

—— Alia editio. *In primae paginae fronte tabella extat, quae* Persium, *ejusque duos Expositores sedentes, et scribentes repraesentat, scilicet* Joannem Britannicum, *et* Bartholomaeum Fontium, *ut ex nominibus eorumdem, ibidem capitalibus litteris expressis, patet. Huic tabellae denuo subduntur eorum nomina, hoc pacto:*

Pauli Flacci Persii poetae Satyrarum opus.
Ioannis Britānici Brixiani commentarii: in Persium
ad Senatum populumque Brixianum.
Bartholomei Foncii in Persio commentarii.

In reliquis usque ad finem consonat descriptae praecedenti editioni, exceptis initialibus, quae in hac ligneae florentes adparent; et nota typographica, quae post epistolam ad Saxettum, *sic habetur:* Impraessum Venetiis sumptu Nobilis Viri Domini Octaviani. Scoti civis Modoetiensis: ꝑ Magistrum Antonium de Gusago Brixiēsem Recognitum uero ac castigatum ab eruditissimo uiro Bartholomaeo Merula Mātuano. Regnāte inclyto ac foelicissimo Prīcipe Augustino Barbadico. Anno Domini. 1497. die 28. Septembris. *Registrum sequitur, deinde Typographi signum satis notum.*

In folio parvo..... X. H. 33.

—— Alia editio, *cum tribus commentariis, scilicet* Cornuti, Fontii, *et* Britannici. *In prima pagina extat eadem tabella lignea, de qua in praecedenti editione, mutatis tantum nominibus, quum* Persium, Cornutum, Fontium, *et* Britannicum; *figurae exculptae repraesentent. His subdita sunt verba;*

Persius cum tribus commentariis
Cornuti philosophi eius preceptoris cōmētarii
Joannis Britannici Brixiani comentarii (sic)
Bartolomei Foncii comentarii.

In folio averso Epistola brevis imprimitur, quam inscribit MAGNIFICO ET PRAESTANTI. D. MARINO SANNUTO LEONARDI FILIO PATRIT. VEN. IOANNES TACUINUS TRIDINENSIS. CLIENS. *In folio secundo recto* VITA PAULI (sic) PERSII FLACCI EQUITIS ROMANI PER CORNUTUM PHILOSOPHUM EIUS PRAECEPTOREM FOELICITER INCIPIT. *Hanc excipit alia Epistola, qua* CLARISSIMO DOMINO ANCELO (sic) MARCELLO MAGNIFICO PATRITIO VENETO JOANNES BONARDUS SACERDOS VERONENSIS FOELICITATEM *dicit. Adcedunt Epistola* Britannici *ad* S. P. Q. Brixianum; *eiusdem* Vita Persii, *et altera* Fontii *cum sermone circa* Satyram, *ut* in *praecedenti editione.* Satyris Persii, *et* Commentariis *praefigitur titulus:* PUBLII ANNEI CORNUTI PHYLOSOPHY ANNOTATIONES IN PUBLIUM PERSIUM

Digitized by Google

FLACCUM DISCIPULUM FOELICITER INCIPIUNT. *Post* Bartholomaei Fontii *Epistolam ad* Saxettum *legitur industria Typographi notatum:* Impressum Venetiis sumptu diligentissimi uiri Ioannis de Tridino. Anno a natali christiano M. CCCC. XCIX. Die uero IIII. Mẽsis Novẽbris. Regnante inclyto ac foelicissimo principe Augustino Barbadico. *Deinde*, CUM GRATIA ET PRIVILEGIO. *His subiectum est* Registrum huius operis.
In folio parvo ..... X. G. 15.

—— Explanatio Bartholomaei Fontii in Satyras Persii *sine, textu. Vide Tom. I. hujus Catal. pag. 310. Art.* Fontii.

Personae Christophori. Versio latina e graeco Commentariorum S. Athanasii in Epistolas S. Pauli. *Vide* Athanasii.

—— Versio lib. VIII. Origenis contra Celsum. *Vide* Origenis.

Perusia Angeli de. *Vide* Ubaldis Angeli de.

Perusia Baldi de. *Vide* Ubaldis Baldi de.

Perusia Petri de. *Vide* Ubaldis Petri de.

Perusini F. Fortunati Ord. Min. Consilium Montis Pietatis. *In fronte primae columnae folii primi recti sequentia verba leguntur, majoribus gallofrancis litteris impressa:* In nomine domini Amen. Hec est copia siue trasumptus cuiusdã cõsilii editi super Monte pietatis et prestiti pauperum : cum subscriptionibus multorum famosissimorum theologorum et doctorum iuris canonici et ciuilis: cuius quidem consilii cum subscriptionibus tenor de verbo ad verbum sequit⁹. et ẽ ĩfrascript⁹.: vz̃. Consiliũ Montis pietatis editũ a doctissimo et venerãdo patre. F. fortunato perusino ordinis minorum observantie. *Adcedunt* Apologia Fratris Ludovici de la turre contra ejusdem invectivam: Confutatio Quaestiunculae contra montem Pietatis Philippi de Rotingo. *Ad calcem hujusmodi legitur, post verbum* FINIS, *nota typographica:* Explicit confutatio Venerandi. P. F. Philippi de Rotingo ordinis minorum observantie: ad Reverendissimum dominum. d. electum Mantuanum. In questiunculam aduersarij cuiusdam contra sanctum montem pietatis Mantuanum. Impressum Uenetijs per Petrum de quarẽgiis Bergomensem die vltimo Julii. Anno domini. i498.
In 4.° parvo..... II. D. 7.

Perusini Matheoli. *Vide* Matheoli.

Pisae Quaerela. *Vide* Lamento di Pisa.

Petrarchae Francisci. Sonetti, Canzoni, e Trionfi. *Opus sic incipit:*

Digitized by Google

(V) OI CHASCOLTATE INRI

me sparse il suono
Di quei sospiri ondio nudrival core
Insulmio primo giovenile errore
quandera in parte altro huom da quel chi sono.

Haec Sonettorum pars occupat 136. folia, et in sequenti folio incipit Triumphus amoris *sic :*

(N) EL TEMPO CHE RINNOVA

i miei sospiri
per la dolce memoria di quel giorno
che fu principio a si lunghi martiri
Gia il sole al tauro luno et laltro corno
Scaldava et la fanciulla di titone.
correa gelata al suo usato soggiorno.

Pars autem Triumphorum continetur 36 foliis, quorum ultimum terminatur in prima pagina, ad lineam xvi. et post spatium fere duarum linearum occurrit impressionis annus.

FINIS. M. CCCC. LXX.

Deinde eodem spatio interjecto, legitur :

Que fuerāt multis quōdam confusa tenebris
Petrarce laure metra sacrata sue
Christophori et feruens pariter cyllenia cura
Transcripsit nitido Lucidiora die.
Vtq3 supueniens nequeat corrumpere tēpus
En Vindelinus enea plura dedit.

Postica pagina est alba; deinde sequitur Index alphabeticus Sonettorum, et Capitulorum totius voluminis, septem foliis contentus.

In 4.° ..... XII. D. 22.

Libris rarioribus, qui perdifficiles sunt inventu, merito adnumeratur praesens princeps editio ab omnibus Bibliographis, licet *Maittairus* suspicetur *pag. 296.* praecessisse editionem excusam per *Christophorum Valdarffer*, curante *Bernardino Cyllenio Veronensi.* Etiam *cl. Saxius in Histor. literario-Typogr. Mediolanensis* refert aliam hujus operis editionem sine ulla nota typographica, cujus exemplar adservatur in *Biblioth. Ambrosiana*, quam adscribit alicui Mediolanensi Typographiae, et opinatus est eam fuisse primam. Verum quidquid sit de eorum opinionibus, certum tamen est, Bibliographos caeteros hactenus editionem praesentem, tanquam principem, et originalem agnovisse : quod magis eruitur ex verbis : *quae fuerant multis quondam confusa tenebris,* et aliis, quae in allata subscriptione leguntur, quaeque satis probant hanc fuisse primam; nisi dicere velimus *Vindelinum* mentitum fuisse, quod probabile non videtur, quum facile fore

Digitized by Google

ipsum redargui. In nostro exemplari desunt aliqua epigrammata, seu *Sonetti*, ob nota convicia ad versus Romanam Curiam: hinc in margine folii aversi lvi. legitur charactere mss. perantiquo: *Qui mancano i tre sonetti sospesi, ed altri tre, con il restante della Canzone seguente; forse levati da qualche barbaro idiota distruggitore di si bella edizione.* Typus, quo excuditur opus, rotundus, et elegans est; et is quidem, quo solertissimus *Vindelinus* usus fuit in aliis editionibus: sed non idem linearum numerus extat in paginis, quum prima ipsarum constet 29 lineis, caeterae 28, ratione primi versus, qui litteris capitalibus impressus cernitur. In paginis vero, quibus *Le Canzone* habentur, tunc 30 lineae numerantur. Pagina ubi *Triumphus amoris* incipit, 25 lineas continet, etiam ratione litterarum uncialium, quibus primus versus excusus est; aliae vero 30. Caret signaturis, foliorum numeris, et custodibus. Minicularius initiales litteras omnes adjecit colore rubro, vel caeruleo; et duas principes, ejusdemque margines adfabre coloribus, et auro exornavit.

—— Alia editio. Triumphi Amoris *primum occupant locum, et primi versus sic extant:*

(N) EL TEMPO ch⁹ rinova inie (sic) sospiri
per la dolce memoria diquel giorno.
che fu principio a si lunghi martiri.

Desinunt in folio xli. *recto, ad lineam x. et post spatium fere duarum linearum incipit vita* Petrarche, *soluta oratione italica, sine ulla praefatione, aut titulo. Priora verba sic leguntur.* (P) Etracho (sic) il figliuolo diparenzo cittadino fiorentino disceso dassai antica et honesta famiglia etc. *Terminatur folio* xlv. *averso, ad lineam xv. hac conclusione:* ExplicIunt triumphi et vite Petrarce. *Post album folium incipiunt* Sonetti, *et* Cantilenae, *quae absolvuntur folio* clı. *averso ad lineam xiii, et protinus legitur:* Domini francisci petrarce poete florentini excellentis Sonettorum Cantilenarumq3 Liber finit. *Deinde:* Incipiūt ipsius dicta quedam reperta in quodam Virgilio in Papiensi biblyoteca manu propria scripta. *Haec finiunt in sequenti ultimo folio averso, ad lineam xi. et statim subditur Epigramma:*

Valle locus clausa toto mihi nullus in orbe
Gratior: aut studiis aptior ora meis
Valle puer clausa fueram iuuenemq3 reuersum
Fouit in aprico uallis amena sinu
Valle uir in clausa meliores dulciter annos
Exegi: et vite candida fila mee:
Valle senex clausa supremum ducere tempus
Et clausa cupio te duce ualle mori

Huic adcedit nota typographica hoc pacto excusa.

Qui finisce le canzone et sonecti delpe-
trarcha poeta excellētissiō. facte ī Roma
Nel tēpo del sanctissimo in xp̄o patre et
Signor nr̄o. S. Paulo p̄ ladiuina p̄uidētia

Digitized by Google

papa. ii. et del suo ptificato āno septimo
Nelli anni del nrō signor yhō xpo. M.
CCCC. Lxxi. a di x. diluglio.

In 4.° ..... XII. D. 19.

Rarissimam esse hanc editionem probat silentium *Audiffredi*, et aliorum clarissimorum Bibliographorum. Ea citatur in Catalogo *Cassanensis Ducis pag. 28* cujus exemplar dicitur habere defectum plurium foliorum, et nuperrime recensetur a *Bartholomaeo Gamba*, in nova editione sui operis *Serie dei Testi di lingua Italiana Venez. 1828. pag. 150.* qui simul cum *cl. Marsand* ex Typis *Georgii Laverii* praesentem editionem evulgatam fuisse autumat; perperam autem idem solertissimus *Gamba* scripsit formam voluminis esse in *foglio piccolo*, quum evidentissime adpareat esse in 4. Idem *cl. Marsand* de hac editione loquens, sic ait: *Oltrechè rarissima, è anche preziosa; e in vero che mi sarebbe stata di grande conforto, se negli studj ch'io ho fatto per la edizion mia dell'anno 1820, avessi potuto giovarmene.... Posso qui intanto generalmente rendere certi gli studiosi lettori, che pressochè tutte le vere, e sane lezioni, che in conformità delle tre edizioni, le quali sono state fatte sopra gli scritti autografi del Petrarca, io ho restituite nella edizione mia a' luoghi loro, sono confermate per questa di Roma.* Ex laudatis verbis eruditissimi viri facile est colligere, quod licet Vindeliana editio hujus operis, anni 1470, sit prima, et originalis; ob integritatem tamen textus, juxta mentem Poëtae, haec Romana primatum habeat. Typographus elegantiae editionis intentus, nil eorum praetermisit, quae voti compotem sese facere possent. Characteribus igitur usus est, quibus impressit *S. Ioh. Chrysostomi Homilias in Evang. S. Iohan. latine* anno 1470. *Ioah Bertacchini Repertorium legale an. 1481.* et alia quamplura. Distinxit integras paginas hujus editionis lineis 27 ubi *Triumphi*, et *Cantilenae* habentur; 25 vero lineis paginas *Sonettorum*. Margines lati sunt, qui tamen nec foliorum numerationem, nec signaturas, nec custodes habent. Pro interpunctionis signis, visuntur punctum, duo puncta, et interrogationis punctum. Prima pagina impressa margines exhibet ornatos coloribus, auroque; et stemma gentilitium forsan Possessoris codicis in inferiori ora conspicitur. Pro initialibus spatia relicta fuere; sed Minicularius duas principes, scilicet *Triumphorum*, et *Sonettorum* adfabre auro, aliisque coloribus adpinxit; caeteras supplevit rubro, vel caeruleo, quibus coloribus decorantur initia versuum: ita ut vere splendidum appellari mereatur nostrum exemplar, quod foliis CXCVII. absolvitur.

— Alia editio. *Praeit Tabula totius operis, quae octo folia comprehendit, una cum latina brevi notitia temporis, quo Petrarcha* Laurae *amore captus fuit; et mortis eiusdem* Laurae. *Folium nonum, quo incipit opus, exhibet Epigramma hoc pacto excusum:*

(V) OI CHASCOLTA
TE INRIME SPAR
SE IL SUONO
DI QUEI SOSPI
RI ONDIO NU
TRIVA IL CORE
IN SULMIO PRIMO GIOVE
NIL ERRORE
QUANDO ERA IN PARTE AL
TROHUOMODA QUEL CHI sono
DEL VARIO STILE IN CHIO PI
ANGO ET RAGGIONO

Digitized by Google

FRA LE VANE SPERANZE EL
VAN DOLORE
OVE SIA CHI PER PROVA
INTENDA AMORE
SPERO TROVAR PIETA NON
CHE PERDONO
MA VENGGIO (sic) HOR SICOME
AL POPOL TUTTO
FAVOLA FUI GRAN TEMPO
ONDE SOVENTE
DI ME MEDESMO MECO MI
VERGOGNO.
E DEL MIO VANEGGIAR VER-
GOGNA E IL FRUTTO
AL PENTERSI (sic). EL CONOSCER
CHIARAMENTE
CHE QUANTO PIACE AL MON
DO E BREVE SOGNO

In folio cxlvi recto terminatur prima pars, quae continet Tabulam, Epigrammata, *et* Cantica, *quorum ad calcem legitur:*

FRANCISCI PETRARCAE
POETAE EXCELLENTIS
SIMI RERUM VVL
GARIUM FRAG
MENTA EXPLI
CIUNT

Post vacuam paginam, Triumphi Amoris *incipiunt, quorum prima pagina haec excusa continet:*

(N) EL TEMPO CHE
RINOVA I MIEI
SOSPIRI PER LA
DOLCE MEMO
RIA DI QUEL
GIORNO
CHE FU PRINCIPIO A SI
LUNGHI MARTYRI:
SCALDAVA IL SOL GIA LUN
ET LALTRO CORNO
DEL TAURO: ET LA FAN
CIULLA DI TITONE

Digitized by Google

CORREA GELATA AL SUO
ANTICHO SOGGIORNO
AMOR : LI SDEGNI : EL PIAN
TO. ET LA STAGGIONE
RICONDOCTO MHAVEAN
AL CHI USO LOCO
OVE OGNI FASCIO IL COR
LASSO RIPONE.
I VI FRA LHERBE GIA DEL
PIANGER FIOCO
VINTO DAL SONNO VIDI
UNA GRAN LUCE
ET DENTRO ASSAI DOLOR
CON BREVE GIOCO

Triumphis *absolutis*, *notatur.*

FRANCISCI PETRARCAE
POETAE EXCELLENTIS
SIMI TRIUMPHI
EXPLICIUNT

Vita Poëtae adcedit, quam sequuntur duo epigrammata vulgo, Sonetti, *in ejusdem laudem. In penultima pagina legitur:*

Francisci petrarcae laureati poetae
necnon Secretarii apostolici
benemeriti. Rerum
uulgarium fragmē
ta ex originali
libro extracta
In urbe pa
tavina li
ber abso
lutus est
foelici
ter

BAR. de Valde. patauus. F. F.
Martinus de Septem arboribus Prutenus
M. CCCC. LXXII.
DIE VI. NO
VEN
BIRS (sic).

Digitized by Google

In folio parvo..... XII. C. 25.

Pulcherrimo hujus editionis characteri nitorem chartae conjunxere sollertissimi Typographi, foliorum numeris, custodibus, et signaturis destitutae. Initiales minoribus designantur formis; excepta prima operis littera, quae xylographica est, et rubro colore expicta. Lineae in paginis plenis circiter 30 reperiuntur, et volumen absolvitur foliis 188. Editionem hanc, aeque ac primam, raram adpellat *De Bure*, *Belles-lettres Tom. I.* ubi diligentissime illam expendit, et cum alia *Vindelini Spirensis* anni 1470 contulit. Plura exemplaria ejusdem imperfecta extare dicit; nostrum tamen est integrum, perfectum, et optimae conservationis.

— Alia editio. *Praeeunt septem folia indicis, et ad calcem ejusdem legitur:* EXPLICIT TABULA. IN NOMINE DOMINI : · AMEN : · *Adcedunt duo folia vacua, deinde, x. recto incipiunt* Carmina amoris; *primique versus sic se habent.*

(V) OI CHASCOLTATE IN
RIME SPARSE IL SONO
DI Q VEI (sic) SOSPIRI ON
DIO NUTRIVA IL CORE.

In fine carminum:

FRANCISCI PETRARCAE
POETAE EXCELLEN
TISS. CARMINUM
AMORUM
· : FINIS : ·

Triumphi *protinus incipiunt in sequenti folio, qui absolvuntur hac subscriptione:*

· : DEO Gratias : ·

FRANCISCI PETRARCAE POETAE
EXCELLENTISSIMI TRIUMPHUS
SEXTUS ET VLTIMUS DE
ETERNITATE EXPLICIUNT

Spatio interjecto quatuor linearum occurrit nota typographica:

M. CCCC. LXXIII. NICOLAO MAR
CELLO PRINCIPE REGNANTE IM
PRESSUM FUIT HOC OPUS
FOELICITER IN VENETIIS
· : FINIS : ·

Sequuntur alia quinque folia, quorum primum hunc habet titulum: MEMORABILIA quaedā de laura manu ppria Francisci petrarcae scripta in quodā codice Virgilii in papiensi biblyotheca reperta. *Terminantur verbis:*

Digitized by Google

EXPLICIUNT TRIUMPHI ET
VITA PETRARCE

In folio parvo..... XII. D. 6.

Sine nomine Typographi; sed Bibliographi fere omnes unanimiter tribuunt praesentem elegantissimam editionem *Nicolao Ienson*, uti revera ejus typi edocent. Vide de hac re *Maittairum p. 326, Gaign. Tom. I. pag. 492. Morellium Tom. IV. pag. 344. Laire Ind. I. pag. 309. Bolong. Crev. Tom. III. pag. 25. Cappon. pag. 294. De la Valliere Tom. II. pag. 497.* et *De Bure Belles-lett. Tom. I. pag. 637.* qui exactissimam tradit hujusmodi editionis descriptionem.

—— Alia editio. *Praeit Tabula totius operis, quae sex folia occupat. Folium septimum, quo incipit opus, in priori pagina primum exhibet Epigramma uncialibus litteris cusum, uti observavimus in editione anni 1472, superius recensita, et in marginibus ejusdem paginae ornatum xylographicum adfabre auro et variis aliis coloribus depictum conspicitur. Ad calcem primae partis:*

FRANCISCI PETRARCAE
POETAE EXCELLENTIS
SIMI RERUM VVL
GARIUM FRAG
MENTA EXPLI
CIUNT

Sequuntur protinus Triumphi, *quorum prima pagina uncialibus pariter excuditur formis, ejusque margines eodem xylographico ornatu, eoque expicto, decorantur. Hac secunda parte absoluta legitur:*

FRANCISCI PETRARCAE
POETAE EXCELLENTIS
SIMI TRIUMPHI
EXPLICIUNT

Adcedit vita Poetae, quam excipiunt duo Sonetti, *et in calce secundi sequentia verba excusa sunt:*

Francisci Petrarche Laureatipoete
necnon Secretarii apostolici
benemeriti Rerum
uulgariū fragmēta
ex originali
libro ex
tracta.

Vrbs Basilea mihi nomē ē Leōardus achates:
Anno christi humanati. M. cccc. lxxiiii.
Venet. Duce. Nicol. Marcel.

Digitized by Google

In folio parvo..... XII. C. 19.

Editio splendidissima, et rarissima, quae forsan latuit Bibliographos fere omnes, et primum a nobis excitatur. Nam licet Bibliographi quamplurimi recenseant editionem hujus anni 1474 a *Leonardo Achate* evulgatam, *Expositionibus* tamen *Bernardi Ilicinii* eam praeditam, dicunt; quae quidem *expositiones* haud in paginis nostrae editionis leguntur: quippe textus tantummodo Poëtae in iis visitur. Caeterum dixerim laudatum Typothetam perpauca exemplaria excudisse, in eadem impressione, quae solummodo *Petrarchae* carmina gererent. Si ita res se habet, de loco impressionis Bibliographi in diversas abeunt sententias: *Maittairus* siquidem *pag. 340. Venetiis; Capp. pag. 294* et *Haym pag. 223. Basileae* editionem cusam esse autumant. *Leonardus Achates Venetiis* primum artem typographicam exercuit anno 1472 et 1473 *Patavii* deinde circa finem hujus anni 1473 tandem anno 1474 typographiam *Vincentiam* advexit, ibique commoratus est usque ad annum 1491 hinc laudata editio ad typographiam Vincentinam potius spectare videtur; eo siquidem anno, scilicet 1474. *Leonardus Achates Basileensis* ibidem evulgavit *Vite de Sancti Padri*, et *Dita mundi composto da Fazio degli Uberti*. Impletur quaevis integra pagina hujus voluminis modo 30 modo 32 versibus qui rotundis typis exprimuntur; et nullum habet in marginibus impressum signum. Initialibus pingendis spatia Typographus adsignavit, et nonnunquam parvis formis easdem expressit; quas Miniculario caeruleo colore majores reddidit.

—— Alia editio. *In folio primo averso* Petrarchae *icon adparet, et eadem pagina, quae hujusmodi iconem exhibet, tota coloribus auroque adfabre expicta est. Sequentis folii margines, necnon initiales primae, et secundae partis pereleganter floribus, variis coloribus, auroque a Miniculario illitis, ornatae, editioni pulcherrimae haud parum lenocinantur. Ad calcem primae partis:* Finis libri Francisci Petrarchi (sic) Florentini poete laureati: quem composuit ob amorem Laure: impressi Neapoli Regnante Ferdinando Illustrissimo Sicilie Hierusalē et Hungarie Rege Anno ei⁹ felicis regiminis XVIIII. Ab incarnatione domini. M. CCCC. LXXVII. De mense Marcii. Vicesima eiusdē. Per me Arnoldū de Bruxella. *Sequitur secunda pars, quae terminatur hac subscriptione:* Finiunt Triumphi Francisci Petrarche Poete Laureati inpressi (sic) Neapoli Anno. MCCCC. LXXVII. Die tertia mensis Apprilis (sic) Per Arnoldum de Bruxella. *Adcedunt sex alia folia, in quorum primo recto* Incipiunt dicta quedam reperta in quodam Virgilio in Papiensi bibliotheca manu propria Francisci Petrarche scripta sub hac forma. *In postica facie occurrit breve epistolium, cujus inscriptio:* Hec etiam sunt verba in epistola quadam scripta ad Iacobum de colunna Bomboriensem Episcopum. *In sequenti folio:* Incipit vita Francisci Petrarche Poete Lauriati (sic), *quae absolvitur hac clausula:* Finit vita Francisci Petrarche. *Tandem* Registrum libri hujus *ultimum folium rectum occupat.*
In folio parvo..... XI. A. 13.

Editio splendida, et maxima rara, quippe quae in exteris Catalogis difficile invenitur. In characteris electione sollers admodum Typographus fuit; nam rotundo nitidissimo uti voluit, implevitque ex eo lineas modo 28, modo 30. Custodes, numeri plagularum, et signaturae in nullo hujus voluminis margine reperiuntur. Parvis litteris quandoque notantur initiales, quandoque vero pro eis spatia tantum extant, nec a Miniculatore repleta sunt, paucis tantum exceptis, quae supra indicavimus.

—— Exemplar alterum Triumphi *tantum. Desunt aliqua folia in principio*..... XI. A. 8.

Digitized by Google

—— Alia editio, *in qua* Sonetti et Canzone *sunt cum* Commentariis Francisci Philelphi, *et* Triumphi *cum* Expositionibus Bernardi Ilicini. *Prima pars exhibet in postica pagina folii primi* pRohemio del prestante Oratore et Pocta Messer Francesco Philelpho al Illustrissimo et invictissimo principe Philippo Maria Anglo Duca de Milano circa la interpretatiõe per lui sopra gli sonetti et canzone de Messer Frācesco Petrarcha facta. *Ad calcem post Registrum legitur*; Finisse il commento deli sonetti et canzone del Petrarcha composto per el prestantissimo oratore et poeta messer Francesco Philelpho: Impresso nella inclita citta da Venexia: per Theodorum de Reynsburch et Reynaldum de novimagio Todeschi et compagni. nelli anni del signore. M.cccc.lxxviij. adi. xxx. marzo. *Pagina superest alba, et folium pariter album; et in secundo recto Epistola italica imprimitur sub latina epigraphe:*

(A) D Illustrissimum Mutine Ducem Diuum Borsium Estensem Bernardi Glicini Medicine ac philosophie discipuli ī triūphorum (sic) CL. P. Fra. Petrarce expositio. Incipit. *Epistolam excipit Praefatio sine titulo, cui subditur opus, quod a* Triumpho Amoris *incipit*; *et ad calcem* Triumphorum *extat Interpretis conclusio ad laudatum ducem Mutinae, quam sequitur Registrum; eique subest haec typographica notitia*: Finisse il cōmēto de li triumphi del Petrarcha composto per il p^{s}tantissimo ph^{o} chiamato messer Bernardo da Sena imp^{s}esso nella inclita citta da Venexia p^{r} Theodo$_{4}$ de Reynsburch et Reynaldū de Novimagio compagni. nelli anni del signore. M. cccc. lxxviij. adi. vi. del mese de Febraro.

In folio ..... XI. G. 25.

Praesentem editionem perraram esse adserunt Bibliographi fere omnes, ac praecipue dum ea integra sit, uti nostrum exemplar extat. Suspicor tamen *Triumphos* debere primum locum tenere, quum sint primum impressi. Animadvertendum insuper est in hac editione plures occurrere varietates si cum praecedentibus conferatur. Quum *Philelphus* non omnia exposuerit *Petrarchae* carmina primae partis, haec desinit in epigrammate: *Fiamma dal ciel su le tue treece piova*, quod cv111. epigramma dicitur, et à *Philelpho* in vituperationem Medicеae domus absurde vertitur. Character gallo-francus nitidus ejusdem formae tam in Textu, quam in Expositionibus, et Commentariis adparet, et lineas 51. replet in paginis integris. Custodes, et foliorum numeri desunt, haud vero signaturae. Initiales parvis supplebantur formis, sed Miniculator illas penicillo quandoque adjecit.

—— Alia editio, *in qua eadem occurrunt, quae in praecedenti, sed diverso ordine digesta, quum* Triumphi *sint primo loco positi: Adcedunt insuper in hac editione* Petrarchae *carmina, quae* Philelphus *exponere omisit, cum* Expositione Hieronymi Squarzafici. *In primo folio recto* (A) D Illustrissimū Mutine Ducem Divum Bossium Estensem Bernardi glicini Medicine ac philosophie discipuli in triumphorum Cl. P. Fran. Petrarce expositio Incipit. *Inscriptioni huic eadem subiecta sunt, quae in praecedenti; et ad calcem hujus primae partis sequentia verba legenda occurrunt:* Finisse il cōmento delli triumphi del Petrarcha composto per il prestantissimo philosopho messer Bernardo da monte Alano (sic) da Sena Impresso per Piero Veronese nella inclita citta da Venexia nelli āni del signore. M. cccc. lxxxiiii. a di ultimo de Mazo. (sic) Laus dco FI-

Digitized by Google

NIS. *Pars secunda exorditur praevia inscriptione:* Comencia li Cànzoneti dello Egregio poeta Messer Francesco Petrarcha con la Interprètatione dallo (sic) eximio et excellente poeta Messer Francesco Philelpho allo invictissimo Philippo Maria Duca de Milano. *Ad operis calcem post* Registrum *legitur brevis epistola* Squarzafici Ad Matheum Barocium patricium venetum, *cui Expositionem suam dirigit: ac deinceps Typographus notavit:* Finis dil canzoniero di Franciesco petrarca per maistro Piero cremoneso dicto veroneso impresso in Venesia a di. i8. del meso de augusto. M. ccccIxxxiiii.
In folio..... XI. G. 12.

In hac editione *Hieronymus Squarzaficus* post Epigramma cvIII., quo praecedens concluditur, addit alia cum *Expositionibus*, ac iterum Epigramma citatum exponit, et *Philelphum* confutat. Gallo-francus est character unicae formae tam in *Textu*, quam *Commentariis*, et in paginis integris 59. lineas occupat. Signaturae visuntur, haud vero numeri foliorum, custodes, et initiales, quas Miniculator eleganter adpinxit auro, et aliis coloribus.

—— Alia editio. TABULA *generalis praeit, cui supponitur in folio quinto averso* PROLOGUS, *vel epistola ad* Ducem mutinae Bernardi Ilicinii, *cum reliquis, ut in praecedenti editione. Ad calcem* Triumphorum, *haec verba leguntur:* Finit Petrarcha nuper summa diligētia a reverendo. P. ordinis minorū magistro Gabriele bruno veneto terrae sanctae ministro emendatus anno domini. M. cccc. lxxxxiiii. die. xii. Ianuarii. Registrum hujus operis, *et Tabula* Triumphorum *adcedunt. Secundae parti praefigitur* Prohemio del prestante Oratore et poeta Misser Francescho philelpho al illustrissimo et invictissimo principe Philippo Maria Anglo Duca de Milano circa la interpretazione per lui sopra li sonetti et canzone de misser Francescho petrarcha facta. *Ad calcem post brevem* Squarzaphici *epistolam habetur hoc pacto notitia typographica:* Finisse gli soneti (sic) di Misser Frācescho Petrarcha coreti (sic) et castigati p̄me Hieronymo Centone Padouano. Impressi ī Venetia p̄ Piero de Zohanne di quarēgi Bergamascho. Nel. M. CCCC.LXXXXIIII. Adi. xvii. Zugno (sic). Regnante lo inclito et glo rioso principe Augustino Barbadico. *Adcedit* Registro delli Sonetti.
In folio..... XI. G. 11.

Character rotundus est; at in Commentariis minor, lineasque continens 60. in paginis integris. Cuilibet *Triumpho* praefigitur lignea tabula xylographica, et eorumdem *Triumphorum* superiores margines inscriptionibus ornantur: Initiales notantur parvis formis; custodes raro habentur: foliorum numeri aliquando romanis notis, aliquando arabicis numeris indicantur. Signaturae vero tam in prima, quam in secunda parte visuntur.

—— Alia editio, *quae exceptis rebus ad typographiam pertinentibus, cum praecedenti convenit, ac proinde* Ilicinii, Philelphi, *et* Squarzafici Expositiones *refert. Ad calcem post* Squarzafici *Epistolam, notat Excusor:* Finisse gli Sonetti et Canzonè di Misser Francesco Petrarcha coreti (sic) et castigati per il Basilico Impresso ī. Milano per. Antonio Zaroto Parmense nel. M.CCCC.Lxxxxiiii. A. Di Primo. di Augusto. *Adcedit* Registro delli Sonetti et Canzone.

Digitized by Google

In folio..... XI. G. 28.

Saxius Hist. Typographico-liter. Mediol. An. 1494. pag. 376. de hac editione haec refert: *Iterum hoc anno Mediolani vulgata typis sunt Petrarchae carmina, expositionibus Bernardi Ilicini, Francisci Philelphi, et Hieronymi Squarciafici, manum propitiam admovente Gaspare Vicecomite, cujus labore, et industria effectum est, ut ad puriorem veterum Exemplarium fidem exacta, pristino decori, quem in repetitis incuriosis editionibus amiserant, restituerentur.*

—— Alia editio, *quae cum duabus praecedentibus quamplurimum convenit: Ad calcem primae partis verba ista excudit Impressor:* Finit Petrarca nuper summa diligentia a reverendo. p. ordinis minorum magistro Gabriele bruno ueneto terre sancte ministro emendatus Impressum Venetiis per Bartholomeum de Zanis de Portesio anno domini. i497. die xi. Iulius (sic) *Registrum, et pagina vacua adcedunt. Ad calcem secundae partis:* Finisse li sonetti di Misser Francescho Petrarcha coreti (sic) et castigati per me Hieronymo Cētone Padouano. Impressi in Venetia per Bartholamio de Zani da Portese nel i497. A di 3o Agosto Regnante lo inclito et glorioso principe Augustino Barbadico. FINIS. *Sequitur* REGISTRO.

In folio..... XI. G. 20.

—— Alia editio *cum* Additionibus Nicolai Peransone. *Deest in nostro exemplari primum folium continens, uti discimus ex Maittairo pag. 743 De Bure Catal. Soubise pag. 352. Haym. Tom. 2. pag. 225. Prooemium* Nicolai Peransone altramente Riccio Maschesiano dal monte de sancta Maria in Cassano, *in quo rationem reddit eorum, quae ipse in hac editione addidit; continens insuper ejusdem* Peransone *duo Epigrammata italica in laudem* Petrarchae et Laurae. *Tabulae xylographicae, et reliqua omnia praecedenti editioni consonant. Nostrum* igitur *exemplar incipit in folio secundo recto a* Tabula de li Triumphi, *quam excipiunt* Prologus Ilicini *ad Mutinensem Ducem, cum aliis circa* Petrarchae *vitam et opera a* Peranzone *auctis. In fine primae partis legitur:* Finit Petrarca. Impressum Venetiis per Bartholameum de Zanis de Portesio: Anno domini. M. cccc. die. vi. marci (sic). *Adcedit* Registrum hujus operis. *Secundae parti praefiguntur vacuum folium, et Tabula, et ad calcem desunt* Squarzafici *verba, sed Typographi industria nota typographica legitur hoc pacto:* Finisse li sonetti de Misser Francescho Petrarcha corretti et castigati per me Nicolo Peranzone altramente Riccio Marchesiano li quali sonetti incominciando dal prīcipio insino al sonetto Fiamma dal ciel su le tue trezze piova: sono esposti per el degno poeta Misser Frācescho philelpho et dali indrio (sic) insino qui sonno (sic) exposti per lo spectabile homo Misser Hieronymo Squarciafico Alexandrino. Impressi in Venetia per Bartholomeo de Zani da Portese: nel. M. CCCCC. adi. xxviii. de Aprile: Regnante lo Inclyto et glorioso principe Augustino Barbadico. FINIS. *Sequitur* Registrum hujus operis.

In folio..... XI. G. 15.

—— Alia editio Triumphorum *tantum, cum* Bernardi Ilicinii Expositione. *Praeit Expositoris Prologus cum titulo.* (A) D Illustrissimum Mutinae Ducem Divum Borsium estensem Bernardi glicini Medicinae ac philosophiae discipuli

Digitized by Google

in triumphorum CL. P. Fra. Petrarce expositio Incipit. *Prologo adhaeret opus Commentariis insertum, et ad calcem post verbum* ⁘ FINIS ⁘ *legitur:* BONONIAE IMPRESSUM M. CCCC. Lxxv. DIE. XXVII. MENSIS APRILIS. *Accedit* Tabula, *quae paginas quinque amplectitur.*
In folio..... XI. G. 1.

Editio elegantissima rotundis, nitidissimisque typis, et unico litterarum modulo excusa, tam in *Opere* quam in *Commentariis*. In integris paginis lineae 47. numerantur. Custodes, numeri foliorum, et signaturae in nullo hujus operis margine reperiuntur; et foliis impressis 243. et uno vacuo constat totum volumen.

—— De viris famosis, *Italice. Primum folium rectum refert titulum priuae vitae praefixum, hoc pacto:* INCOMINCIA : IL : LIBRO : DEGLI : HOMINI : FAMOSI : COMPILATO : PER : LO : INCLYTO : POETA : MISER : FRANCISCO : PETRARCA : AD : INSTANCIA : DI : MISER FRANCISCO : DA : CARRARA : SIGNORE : DI : PADUA : COMINCIANDO : A : ROMULO : PRIMO : RE : DI ⁘ ROMA : *Ad calcem vitarum legitur:* ⁘ SOLI : DEO : HONOR : ET : GLORIA ⁘ *Carmen italice, vulgo* Capitoli, *incipit in sequenti folio, ejusque Auctor, et argumentum ita indicantur:* BRIEVE : Racoglimento nel quale Feliciano mostra et scopre la fama de alcuni homini clari posti in questo volume. *Hoc tribus foliis absolvitur, et protinus imprimitur in ultimo folio recto Elenchus vitarum cum titulo:* REPERTORIO : del presente libro ove serano signati icapituli di : XXVI : capitani li facti de quali sono diffusamente descripti per lo inclito poeta miser Francisco petrarca et primo cominzando come qua di sotto apare. *Ex hoc titulo aliquo modo eruitur, quod Elenchus vitarum ob incuriam forsan Sutoris compactus est ad calcem voluminis, quum in principio voluminis extare debuisset. In aversa pagina, quae ultima est, occurrit* REGISTRO ⁘ DE ⁘ TUTTO ⁘ IL ⁘ LIBRO ⁘ *cui subduntur versus:*

ILlustres opere hoc viros perire
Francisci ingenium vetat Petrachae (sic)
Non scripto calamo anseris ve penna
Antiquarius istud aere Felix
Impressit : fuit Innocens Ziletus
Adiutor sociusq3 rure (sic) Polliano
Verona ad lapidem iacente quartum ⁘

Ad latum in eadem recta linea, in qua excusi duo postremi versus fuere, legitur chronologica nota:

⁘ M : C : C : C : C : LXXI ⁘⁘
KL ⁘ OCTOBRIS ⁘

Digitized by Google

In folio..... XII. F. 2.

Franciscus Petrarcha Vitas latine conscripsit a *Romulo* usque ad *L. Fabricium:* reliquas a *Iulio Caesare* ad *Imperatorem Trajanum* supplevit *Lombardus Sirichus* Patavinus, uti eruitur ex editione omnium operum *Francisci Petrarchae Basileae per Henricum Petri ann. 1554. Tom. I. pag. 558.* ubi Praefatio ejusdem *Lombardi Supplemento* praefigitur. In vita *Trajani* qua absolvitur opus, *Lombardus* notam fabulam ibi supponit, *S. Gregorium* orasse pro anima *Trajani*, quare concludit his Dei verbis: *Io ho exaudito la tua oratione, et ho perdonato ad Trajani, la qual cosa Hugo* (intelligit Hugonem Eterianum) *divino Scrittore constantemente afferma con queste parole: Io domando, che non voliati ne vostri cori questa cosa esser falsa o ficta, la quale tuta la Chiesa apruova: chi dubita la misericordia inefabile del nostro redemptore certissimo argomento de la nostra salute per gli umilissimi preghi del sanctissimo padre et pastore havere potuto et voluto dare misericordia al dannato, et spicialmente a lo innocentissimo homo, la cui potentia, justitia, fortezza, pieta et temperancia molto poteron suplire in loco di batesimo, grandissimi meriti de le sue opere. Dunque senza dubio io penso, che Dio consenti legiermente ai preghi de sancto gregorio. Ello principe di serenissima uirtu degnissimamente esser locato tra quelli del cielo et per gratia esser libero se la uirtu gratiosissima ad Dio delle honestissime opere è data ad compensare con li celestiali meriti per la divina extimatione et iusto examino.* Ceterum vitae illustrium virorum suppletae a *Siricho* amplum volumen in folio conficiunt, cujus dimidiam fere partem occupant gesta *Iulii Caesaris* per varias divisiones enarrata. Nomen Interpretis non apponitur in opere, nihilo tamen mius *Cl. Mittarellus* in *Append. Catal. Bibl. Murian. pag. 344.* opinatur post *Ioannem de Augustinis* in vita *Fantini Danduli*, Interpetrem harum vitarum fuisse *Donatum Appenninigenam*, sive de *Casentino*, *Petrarchae* Amicum, discipulumque, et praeceptorem *Nicolai Marchionis Estensis*, inde etiam ipsius *Cancellarium.* Haec enim sunt verba laudati *Iohannis de Augustinis*, quae refert *Cl. Mittarellus: Hoc opus suprascriptum, compilatum per summum Poetam literali sermone dominum Franciscum Petrarcham, et in vulgari sermone reductum per magistrum Donatum de Casentino, ad instantiam requisitionemque magnifici D. D. Nicholai Marchionis Estensis, mihi ..... de Raymundo per egregium, et sapientem virum dominum Paulum Maroceno tunc Saravallis Potestatem eius cancellario. Inceptum M. cccc. iiii. Indictione xii. die vii. mensis januarii.* Versio vero haec italica, cum sit multo abundantior, et nimis libera paraphrasis, admodum distat a latino textu. Haec de opere, ejusque italica versione: nunc pauca quaedam de ejusdem editione, cujus elegantiam, raritatemque celebrant Bibliographi fere omnes. Character rotundus, nitidusque implet paginas lineis 4. Sive numeri foliorum, sive custodes requirantur, a Typographis omissos fuisse quisque deprehendet: fasciculi vero plagularum signati reperiuntur cum pluribus sphalmatibus, et omissionibus. Initiales parvis Typographus expresserat elementis; sed Minicularius, qui principem operis litteram auro, coloribus illitam adpinxit, caeteras majores reddidit colore modo rubro, modo caeruleo. Tandem ornamentum quoddam xylographicum maeandricum, quod integrae paginae circuitum amplectitur, cum spatio ad imaginem pingendam, cuilibet praefigitur vitae.

—— Vite de Pontefici e Imperatori Romani, *cum* Supplemento, *italice.* *In summitate primae columnae folii primi aversi* INCOMINCIA. LA. TAVOLA. DELLA. PRESENTE. OPERA. DI MESSER. FRANCIESCO. PETRARCHA. *quae desinit in secundo folio averso. In tertio folio recto incipit* PROEMIO DI MESSER FRANCESCHO PETRARCHA NEL LIBRO DEGLI IMPERADORI ET PONTEFICI. *Operi vero praefigitur titulus:* INCOMINCIANO. LE. VITE. DEPONTEFICI. ET. IMPERADORIROMANI. COMPOSTE DA MESSER. FRANCESCO PETRARCHA. VITA DI. CAIO. IULIO. CAESARE. DICTATORE. *Post* Gregorii XI. *vitam haec verba excusa habentur:* QUI. FINISCONO. LE. VITE. DE. PONTEFICI ET. IMPERADORI. ROMANI. DA. MESSER. FRANCESCO. PETRARCHA. COMPOSTE ..... SEGUITANO LE. VITE. BRIEVEMENTE. ET CON. DILIGENTIA. IN SINO. NEL. ANNO.

Digitized by Google

M. CCCC. LXXVIII. RACOLTE. *Hoc* Supplementum *ab* Vrbano VI. *incipit, et desinit in* Sixto IV. *Integro opere absoluto legitur primo*: FINISCONO Le vite de Pontefici et imperadori Romani Da Messere Francesco Petrarca in sino a suoi tempi composte. Di· poi con Diligenzia et brevita seghuitate (sic) insino nellanno. M. CCCC. LXX. VIII. *Deinde*, IMPRESSUM. FLORENTIAE. APUD. SANCTUM. JACOBUM. DE RIPOLI. ANNO. DOMINI. M. CCCC. LXX. VIII. In folio..... XII. E. 27.

Prima, et nitidissima editio hujus operis excusa rotundo, et eleganti charactere, cui consonat albedo, et firmitas papyri. Signaturae in inferioribus marginibus occurrunt, sed nullo pacto foliorum numeratio, et custodes visuntur. Initiales minoribus designabantur formis, antequam Minicularius variis coloribus unciales adjecisset; paginae integrae lineis 34. constant; sectionum tituli expressi sunt quadratis elementis. Hoc opus italica lingua conscriptum inter supposita reponunt *Apostolus Zenus* in *Dissert. Voss. Tom. I. pag. 4.* et *Tiraboschius Tom. V. pag. 403.* in notis. *Vitae* quae *Petrarchae* tribuuntur, non praetergrediuntur annum 1371. ut jam supra monuimus; Additamentum vero, cui Auctori tribuendum sit, diligentissimus *Paitonus* se nescire fatetur.

— Liber de remediis utriusque fortunae ad Azonem. *Praecedit Tabula libri primi, qui continet Dialogos 123. et post librum primum apponitur Tabula libri secundi, qui complectitur Dialogos* 133. *Sequitur* Ad magnificum splendidissimumq3 uirum Marchisinum stangham: Ducalem Secretarium Nicolai lucari Cremonensis Epistola, *in cuius fine duobus exemplaribus usum se fuisse narrat, quo* librum ad integram lectionem revocaret. *In quinto folio recto opus initium sumit a titulo:* Francisci Petrarcae poetae oratorisq3 Clarissimi de Remediis utriusq3 fortunae: ad Azonem. Liber primus Incipit. *In fine:* Accipe tandem candidissime lector Divinum Francisci Petrarcae: opus Nicolai lugari īdustria sollerti Nitidissimū: Bernardini. de misintis Papiēsis ac Caesaris Parmensis sociorum diligenti opera. Impressum Cremone. Anno Incarnationis dn̄ice (sic) 1492. dic. 17. mensis Novembris. *Subnectitur Typographorum signum, alibi notatum.*
In folio..... VIII. F. 18.

Editio elegantissima, et prima hujus operis, quae inter praestantiores Saec. XV. jure haberi potest. Vide *Tiraboschium Tom. V. pag. 444.* caeterosque Bibliographos.

— Exemplar alterum..... VIII. D. 32.

— Exemplar tertium..... VIII. C. 4.

— Francisci Pet. Epistole Familiares. *Inscriptio ista in prima pagina folii primi impressa legitur; in aversa occurrit* Sebastiani Manilii *Nuncupatoria, qui Epistolas in octo libros divisas edidit atque emendavit.* Ea quidem *subjacet huic epigraphe*: Sebastianus Manilius Romanus: Dominico Balano Veneto Patritio: Equiti aureato: Philosophiae Doctori: ac Comuni Veneto4 advocatori Salutem plurimā dicit. Ipsam *excipit in aversa folii secundi pagina* INDEX *Epistolarum, qui in postica folii sexti facie termi-*

Digitized by Google

natur. In fronte primae Epistolae titulus sic habetur: AELIMATISSIMI POETAE: ATQuE ORATORIS NON INCULTI: FRANCISCI PETRARCHAE ARETINI EPISTOLARUM DE REBUS FAMILIARIBUS LIBER PRIMUS FOELICI AUSPICIO INCIPIT AD SOCRATEM SVVM. *In aversa folii cvii. pagina:* Impresso in Vrbe Venetiarum operi per Johannem et Gregorium de Gregoriis Fratres foelix imponitur finis. Castigatum est autē qua fieri potuit diligentia a Sebastiano Manilio Romano Civi: Viro haud illitterato. Humanae restauratiónis anno Millesimo. cccc. lxxxxii. Idibus septēbris: Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Principe rempublicam tenente. *His subjectum est* REGISTRUM OPERIS. *In sequenti pagina Typographorum conspicitur symbolum, satis notum.*

In 4.°..... IX. A. 4.

—— De vita Solitaria Opus. *Praecedit in folio primo averso Nuncupatoria Epistola, qua* Divo Lodovico Mediolanēsium Duci Invictissimo. Franciscus Caymus humilis seruus. *dicat hocce* Petrarchae *opus; quod publicum fecerat ex Codice* Acini Caymi *proavi sui. In sequenti folio secundo,* D. F. PE. POE. LAV. DE VITA SOLITAria OPUS: INCIPIT. *Ad calcem:* Francisci Petrarce Poete Laureati. ad Philippum olim Episcopum Caualicensem dehinc patriarcham Jerosolomitanum et demum Cardinalem. Liber de uita solitaria explicit. Impressum Mediolani per Magistrum Vldericū scinzenzeler Anno domini. Mccccl xxxxviii. die. xiii. Augusti. *Cum hoc* Vitae Solitariae *opere extant conjuncta 1.* FRANCISCI Petrarce Poete Laureati Epistola de dispositione vite sue ad Gubernatorem patriae, *eodem characlere, et*

Eiusdem domini Francisci carmina dum laboraret in extremis:

Cuncta uorant anni uolucres. domat omnia tempus:
In domitumq3 cadit matris fortuna uigorq3:
Arentiq3 uires senio dat terga Senectus.

Eiusdem Epitaphium per eum editum.

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa petrarce
Suscipe uirgo parens animam: sate virgine parce.
Fessaq3 iam terris celi requiescat in arce.

FINIS:

In ultimo folio recto occurrunt REGISTRUM, *et Signum Typographi.*

In folio..... VII. A. 23.

—— Opuscula varia. *In primo folio recto occurrit* Librorum Francisci Petrarche Impressorum Annotatio.

De ignorantia suiipsius et multorum. Liber. i.
De ocio religiosorum Liber. i.

Digitized by Google

Itinerarium
Propositum factum coram rege vngarie.
De vita Solitaria. Libri. ii.
De remediis utriusq3 fortune: Libri. ii.
Libri quem secretum siue de conflictu curarū suarum inscripsit. Colloquium trium die4.
De vera sapientia. Dialogi. iiii.
De rebus memorandis. Libri iiii.
Cōtra medicū obiurgātem. Invectiua4.. Li. iiii.
Epistola4 de rebus familiaribus. Libri viii.
Ad quosdam ex illustribus antiquis quasi sui contemporanei forent. Epl'e. v.
Epistolarum sine titulo. Liber i.
Ad karolum q̄rtū Romanorū regem. Epl'a. i.
Septem psalmi penitentiales.
Invectiva contra Gallum,
Epitoma Illustrium virorum ad Franciscum de Chararia.
Eiusdem Epitomatis: post obitū. Francisci Petrarche: Lombardi de Sirico Supplementum.
Benevenuti de Rombaldis Libellus qui Augustalis dicitur.

Ad calcem libri Augustalis *typographica nota extat hoc pacto:* Explicit liber Augustalis: Benevenuti de Rambaldis cum pluribus alijs opusculis Francisci Petrarche Impressis Venetijs (impēsis dñi Andreae Torresani da Asula) per Simonem de luere: Anno Incarnationis Christi. M. ccccj. die. xxvij. Marcij. Feliciter. *Sequitur* Annotatio Principalium sententiarum, *qua absoluta, occurrit in aversa pagina ultimi folii* Registrum.
In folio..... XI. G. 14.
—— Exemplar alterum..... XI. G. 15.
—— Annotatio nonnullorum librorum seu epistolarum Francisci Petrarche.

Vita Petrarche edita per Hieronymum squarzaficum Alexandrinum.
Epistole rerum senilium. C.xxviij. divise in libris. xxviij.
Item epistole. lvij. eiusdem poete: et aliorum.
Africa libri. viiij.
Buccolicum carmen in duodecim eglogas distinctum.
Epistole metrice ad barbatum. lxiij et libri tres.
Testamentum suum.
Privilegium Laureationis sue.

Haec adnotatio habetur in primo folio recto, et in averso extat Registrum *operis, quod incipit in sequenti folio; et ad calcem post* Tabulam, *legitur;* Impressum Venetiis per Simonem de Lucre: impensa domini Andree Torresani de Asula. 17. Junij. 1501.
In folio..... XI. G. 22.

Digitized by Google

Etsi non minus hic codex, quam superior praeferant annum 1501., inter editiones tamen Saeculi XV. nobis placuit eos referre, tum ob eorum raritatem, tum quia eorum impressio incepta fuit praecedenti anno.

— FRANCISCI PETRARCE POETE CLARISSIMI VITA FELICITER INCIPIT. *Huic titulo, in summitate primae paginae excuso, subjecta est vita, nullo praemisso Prooemio, aut Praefatione. Ad calcem legitur tantummodo,* FINIS.
In 4.°..... XII. A. 46.

Sine typographicis indiciis. Ex Bibliographorum, quos consului, silentio, raritas hujusmodi editionis elucet. Excusa est rotundo quidem charactere, sed rudi, et ineleganti, in carta satis fusca, et parum levigata. In qualibet pagina 25. lineae numerantur; et in marginibus satis amplis nec custodes, nec foliorum numeri, nec signaturae, neque initiales visuntur: totum denique opusculum octo foliis impressis concluditur.

Petri Episcopi Patavini. Epistola ad Fratrem Ludovicum de Laturre ordinis minorum Theologum pro approbatione apologiae montis pietatis. *Extat excusa cum opere* F. Fortunati Perusini. *Vide* Perusio Fortunati de.

Petri Episcopi Brixiensis. *Vide* Monte Petri de.

Petri Jacobi. Doctoris legum de Montepessulano. Tractatus brevis de arbitris et arbitratoribus. *Extat excusus cum* Tractatu Juris variorum. *Vide Tom. I. hujus Catalogi pag. 425. Art.* Juris variorum Tract. collectio.

Petroboni Hieronymi. Carmina ad Joannem Bentivolum II. *Praeit Nuncupatoria Epistola cum inscriptione rubro colore impressa, hoc pacto:* HIEronymus Alexandrinus Petrobonus Caesarei ac Pontificii Juris scolasticus Illustrissimo Patriae Patri Johanni Bentivolo secundo. S. D. Plurimam. *Desinit in folio secundo averso, et protinus in folio tertio:* HIeronymi Alexandrini Petroboni Caesarei Juris ac Pontificii scolastici Bentivola foeliciter incipit. *Deinde hac conclusione terminatur:* Bentivolae opus finit impressioni datum anno M.cccclxxxxiiii. quintodecimo Callendas Julias.
In 4.°..... XII. A. 49.

Sine loci, et Typographi indicatione. *Audiffredus Specim. Hist. Crit. Italic. Edit. Saec. xv. pag. 94. Orlandius pag. 113.* et *382. In Catal. dela Valliere Tom. I. pag. 126.* tribuunt praesentem editionem *Platoni de Benedictis Bononiensi* Typographo: quod reuera ipsa characterum forma, et impressionis opificium indicant.

Petro Floriani a S. Bononiensis. Lectura super IX. libro digestorum; Si quadrupes pauperem fecisse etc. etc. et super titulo ad legem Aquiliam. *Opus incipit absque ullo titulo, cujus loco spatium tantum extat, saltem in nostro exemplari. Ad calcem primae columnae ultimi folii recti legitur:* Explicit lectura Famosissimi doctoris et suo tpe monarcha (sic). ll. dni floriani de sancto petro de Bononia super nono libro. ff. seu pādecta4 quā lecturā legit Bononie M. CCCCXLII. et audiebant sub eo quasi omnes doctores legentes Bononie et spe-

Digitized by Google

tialit⁹ dñs Ang⁹ de aretio. Et est nouissima lectura utilissīa sup dictis ti. in practica et theorica. *Post spatium trium linearum in principio secundae columnae, ubi desinit laudata conclusio, typographica nota hoc pacto habetur:*

Anno. M. CCCC. septuagesīo prīo
Petrus trota l regis rector in scicilia (sic)
Neapol⁹ residens l tunc tempis regens
Miles strēnu⁹ l legū docto⁹ bñ dingnus (sic).
Hoc opus ꝑpr̄iis l fecit īp⁹mere expēsis
Aīose hec illa l ꝑclamat mente pia
Sixtus riesinger l huius operis magister.

Post spatium duarum linearum, charactere gallo franco majori denuo nomen Typographi visitur, scilicet, Sixtus Riessinger.
In folio majori..... XI. D. 9.

Editio infrequens, incognita, rara. Meminerunt quidem eiusdem *Seemiller 1. pag. 30. Denis pag. 9.* et *Panzer Tom. 11. pag. 151.* sed ita meminerunt, ut fere credas ipsos praesentem editionem nunquam habuisse, aut vidisse. Character rotundus, et elegans in lineas 54. dispescitur, si columnam quamvis ex duabus, quibus instructae sunt paginae, respicias. In marginibus peramplis nullatenus adparent custodes, signaturae, et foliorum numeri; et pro initialibus spatia tantum habentur. Charta, qua nulla praestantior, albedine, et firmitate maximopere commendatur.

— Lectura super tit. de legatis, et fideicommiss. *In aversa pagina folii primi occurrit Nuncupatoria* Ad reverendissimum in Christo patrem et dominū. d. Rapha. sancti Georgii Diaconum Cardinalem et sanctissimi dñi Pape Camerarium Hieronymi da scō Petro vtriusq3 iuris doctoris Bononieñ. epistola. *Titulus rubro colore impressus in fronte operis, quod in secundo folio recto initium sumit, sic habetur:* Incipit lectura aurea famosissimi vtriusq3 iuris interpretis domini Floriani de sancto Petro Bononiensis super titulum de legatis et fideicō. primo edita in lucem nouiter per me pronepotem suum Hieronymū de sancto Petro doctorem iuris vtriusq3 ac solertissime et diligenter impressa per Ugonem de Rugeriis in vetustissimo Bononiensi gymnasio. Anno a salute christiana. M. cccc. xcij. *Ad calcem post verba* LAUS DEO FINIS, *occurrit typographica notitia, scilicet:* Explicit aurea lectura famosissimi vtriusq3 iuris interpretis Floriani de sancto petro Impressa in inclita et regia civitate Bonoñ. per accuratissimum impressorem Ugonem de rugeriis sub diuo ac illustri principe et domino. d. Joanne v.° Bentivolo sfortia vicecomite de aragonia armorum ducali gubernatore generali dignissimo. Anno salutis christiane. Mccccl xxxxij. die vero. xvij. Septembris. *Huic subnectuntur* Registrum, *et Typographi signum. Post tres vacuas paginas, sub alia signaturarum serie, sed eodem charactere, et typographico opificio, eademque papyri qualitate accedit alia lectura, cujus titulus, pariter rubro colore excusus, sic habetur:* Clarissimi et praestantissimi iurisconsulti dñi Floriani de Sācto Petro bononiēsis lectura peregrina et rarissima super. x.° li.° ff.° 4. a proprio originali eiusdem Floriani extracta: et per eundem edita Bononie anno domini M. cccc. xxxvi.

Digitized by Google

Post spatium duarum linearum Incipit liber x. finium regundorū. Rīica. *Opus terminatur hac conclusione* : Finitur lectura aurea illustris et consumatissimi iuris utriusque monarce. d. Floriani de sancto Petro bononiēsis super. x. li. flo4. ī trib⁹ titulis. s. finium regun. famil. hercis. et cōi dividūdo. Cujus quidem operis dignitatem et iustissimā emendationem quicunq3 consideret haūd sane mentis erit si habere negligat. *Post vacuam paginam, in ultimo folio recto visitur Registrum.*

In folio majori..... VII. C. 33.

* Petronii Arbitri Satyrici Fragmenta Quae Extant. *Is titulus occurrit in fronte folii primi recti. Ad calcem post verbum* Τελος, *typographica nota sic habetur* : Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum De Vitalibus Anno domini. M. cccc. xcix. die. xxiii. Mensjs Julii.

In 4.°..... IX. A. 31.

Omnium prima *Petronii Arbitri* editio, et parum obvia. Plurimae in ea lacunae, et majoris partis defectus cernitur, ita ut fragmentum potius, quam liber exhibeatur; quaedam tamen loca sincerius praefert, quam secutae deinde editiones. Sic *Burmannus* in *Praefatione* ad edit. *Petronii. Ea habet multas lacunas, multas vero probas lectiones.*

—— Exemplar alterum..... XII. A. 43.

—— Alia duo Exemplaria, *quae extant cum* Dione Chrysostomo de Ilio non Capto a Francisco Philelpho *latine verso. Vide Tom. 1. hujus catalogi pag. 249.*

—— Alia editio, *quae extat cum* Panegyricis veteribus, *quorum princeps est ille* Plinii; *de quo mox. Vide* Plinii.

Quum editionem hanc Mediolanensem *Arvood* post *Saxium* referat ad annum circiter 1482, miror cur inter editiones *Petroniani fragmenti* hanc omittat, ac veluti primam tribuat anno 1499., de qua facta est mentio supra. Aliam item Mediolanensem, quae non extat apud *Saxium*, *Maittairus* refert *Tom. 1. pag. 374.* hac antiquiorem, anni scilicet 1476. cum *Panegyricis* pariter, neé non cum opere *Dyctis Cretensis.* Hoc idem docet etiam *Cl. Frognall Dibdin, Introduction to the Greek, and Latin Classics Tom. 11. pag. 174,* qui ex auctoritate Editionis Bipontinae, et *Panzerii Tom. 1v. pag. 15.* sic scribit: *Bibliographers had generally imagined, that the edition of 1499. was the first of Petronius Arbiter; but it appears that there is en edition of this writer at the end of Pliny's Panegyric of Trajan, printed at the above period* (1476.), *and which reader will find specified in proper order.* Verum de existentia hujusmodi editionis anni 1476. dubitat *Cl. De Bure Belles lettres Tom. 1. pag. 184.*, qui potius censet praesentem editionem, notis typographicis destitutam, fuisse excusam circa annum 1482 in aliqua Mediolanensi officina.

Petrucii Friderici Senensis. Disputationes, Quaestiones, et Consilia. *Praecedit Prologus in folio secundo recto, nam primum est album, cujus initium:* (D) OMINI nostri ihesu christi nomine eiusq3 matris sanctissime Marie V̄ginis gloriose suffragijs īvocatis. Incipiūt questiones disputate. Consilia reddita ad consultationes responsa interdum allegando sed ut plurimum consulēdo ac collationes habite cū iuris vtriusq3 doctoribus ꝑ do. fredericum de petrucijs de Senis decretorum doctorē in diversis studijs et maxīe perusino. *Ad calcem* : Hic finiunt Consilia cum eorum tabula Excellētissimi decretorum doctoris domini Fre-

Digitized by Google

derici petrucij Senensis diligentissime reuisa per eximium legum doctorem dominū Bernardinum pasturinum de pontremulo Impressioniq3 dedite Senis per Henricū Harlē et Iohannem valbeeck Socios. Anno salutis. Mcccclxxxviij. Die decimoquinto Januari. *Huic subjecta cernuntur* Registrum, *et Typographorum signum ; et post vacuam paginam occurrit* Tabula super disputationibus questionibus et consilijs domini frederici petrucij de Senis per titulos decretalium; *quae quidem* Tabula *quinque folia, et primam ultimi folii recti columnam occupat. Ad calcem ejusdem :* Explicit Tabula super disputationibus questionib' et Consilijs domini Friderici de Petrucijs de Senis decretorum excellentissimi doctoris. Laus deo.

In folio..... VII. E. 1.

Editio oppido rara, quam celebrant *Denis Suppl. pag. 254. Seemiller III. pag. 93. Gras. pag. 111. Hupfauer pag. 103.* Licet characteres, quibus excusa cernitur, semi-gallo-franci sint; adeo tamen nitidi, et elegantes visuntur, ut non parum legentium oculos alliciant. Charta aliquantulum fusca, sed compacta, et optime levigata. Ambae columnae paginarum singillatim sumptae lineas 60. ostendunt et in peramplis marginibus exceptis signaturis, quae litteris, arabicisque numeris instructae sunt, custodes, foliorum numeri, ac initiales omnino desiderantur.

— Exemplar alterum..... VI. C. 14.

Digitized by Google

P H

PHALARIDIS Tyranni Agrigentini. Epistolae, *graece. Extant in Collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

—— *Eaedem latine ex versione* Francisci Aretini, *sive* de Accoltis. *Prooemii titulus sic habetur :*

. JHESUS .

FRANCISCI ARHETINI IN
PHALARIDIS TYRANNI AGRI
GENTINI EPISTULAS PROHE
MIUM.

Hoc in folio quarto averso absolvitur ad lineam sextam, eique subnectuntur Epistolae, *ad quarum calcem legitur :*

In laudem scriptoris epigramma.

Qui modo notus erat nulli : pēitusq3 latebat
Nunc Phalaris doctum protulit ecce caput
Flādria quē genuit priūs nāq3 aere girardus
Tarvisii hoc rarum lisa notauit opus.

. M. CCCC. LXXI. .
: TARVISII :
. FINIS .

In 4.° parvo..... XII. B. 63.

Praesens editio a *Laire Ind. t. pag. 249.* princeps adpellatur. Immerito quidem, nam princeps hujusmodi operis editio est *Mediolanensis*, ab *Antonio Zaroto* impressa circa annum 1470. vel *Parisiensis* hoc eodem anno per *Udalricum Gering*, et *Mart. Crantz*, vel *Romana* excusa ab *Udalrico Gallo*, quam *Audiffredus pag. 43.* refert ad eundem annum 1470. et obiter memorans hanc *Tarvisinam Epistolarum Phalaridis* editionem, haud magni faciendam esse observat Typographi ostentationem, qui primum se opus impressisse dicit in citato epigrammate.

—— Alia editio, *cujus titulus in summitate primae paginae :*

Francisci Aretini in phalaridis tiranni
agrigētini epl^{s}as ad illustrem principem
Malatestam Nouellum de Malatestis.

PROHEMIUM

Incipit :

(V) ELLEM MALA'TESTA.
novelle Princeps Illustris.

Digitized by Google

In folio. liv. recto, ad lineam viii. opus terminatur hac conclusione pòst verba

VALE FOELICITER

Phalaridis Tyranni Agrigentini
Epistole ad Illustrem principem
Malatestam. Per Franciscum
Aretinum translate. Foeliciter
Absoluta (sic) sunt. A. M. CCCC. Lxxv.

Huic subnexum est regist4 qnterno4 pntis opusculi.

In 8.°..... XII. B. 76.

Praesens editio quae loci, et Impressoris notitia destituitur ab *Audiffredo pag. 403.* refertur ad *Ioh. Reynardum de Eningen;* qui *Romae* impressit ab anno *1473.* ad *1476.* Est enim haec editio, ipse ait, eodem Romano charactere, quo laudatus Typographus Reynardus hoc eodem anno *1475. Romae* impressit *Aristotelis Problemata* a *Theodoro Gaza* latine facta. Caret numeris, signaturis, custodibus, et initialibus, pro quibus spatia tantum extant.

—— Alia editio; *Titulus sic habetur in fronte folii primi recti:*

. JHESUS .

FRANCISCI ARHETINI IN PHALARIDIS TYRANNI AGRIGENTINI EPISTULAS PROEMIUM

Incipit:

(V) ELLEM Malatesta nouelle princeps etc.

Ad calcem:

In Sancto Vrsio uincē. district.
Johannes de reno Impressit.
Anno Domini.
M. CCCC. LXXV.
FINIS.

In 4.°..... IX. A. 42.

Editio elegantissima, qualem describit *De Burius n.° 4112.*

—— Alia editio, *quae titulum gerit in fronte:*

. IESUS .

FRANCISCI ARHETINI IN PHALARIDIS TYRANNI AGRIGENTINI EPISTOLAS PROEMIUM

Digitized by Google

Ad calcem notitia typographica sic habetur: Anno dñi. M. CCCC LXXXI. VI. Idus. Mar. Venetiis.

In 4.° ..... XII. A. 74.

—— Alia editio. *Titulus, qui praecedit, sic inscribitur:*

Francisci Aretini in phalaridis tirāni
agrigētini epistolas ad illustrē prin
cipē Malate stānouellum (sic) Dⁿ Malatestis.

PROHEMIUM

quod terminatur in aversa pagina folii tertii, ad lineam quartam: Hoc excipiunt protinus Epistolae, *quarum ad calcem ista legitur subscriptio*

Phalaridis Tirāni Agrigētini Eplᵉ ad Illu
strē principē Malatestā. Per Frāciscū. Are
tinū translate. Feliciter absoluta (sic) sunt.

In 4.° ..... XII. A. 39.

Absque notis typographicis. Character rotundus 30. lineas in paginis plenioribus complectitur, ut in aliquot expertus sum. Foliis 41. absolvitur opus, absque ullo signo exculpto in marginibus, et spatia visuntur initialium loco. Editio haec cum nulla convenit ex iis, quas refert *Audiffredus* inter Romanas editiones, sed reperitur in *Catalog. de la Valliere Tom. II. pag. 747. n.4429.* ubi nihil de Typographo, ac de loco, et anno impressionis.

—— Alia editio. *Titulus in fronte primae paginae, sic:*

FRANCISCI ARRETINI IN PHALARIDIS TYRANNI
AGRIGENTINI EPISTOLAS PROEMIUM

Ad calcem:

Epistolarum Phalaridis a Francisco Arretino
e graeco in Latinum traductarum FINIS.

In 4.° parvo ..... IX. A. 41.

Si mihi de Typographo, impressionis loco, et tempore hariolari placeret, dicerem praesentem editionem ex aliqua Veneta typographia evulgatam fuisse circa exitum Saeculi XV. Ipsa vere fugit Bibliographos fere omnes. Nullus custos, aut numerus paginarum margines occupat hujus libelli rotundo typo excusi, qui plenlores paginas implet lineis 39. Scapi signantur litteris, Romanisque notis; et pro initialibus aliquando in spatiis, parva elementa visuntur; aliquando ibi omnino vacua relicta sunt. Totum denique opusculum foliis concluditur 24.

—— Eaedem, *ex latina* Arretini *Versione italice traductae a* Bartholomaeo Fontio *Praecedit.*

Digitized by Google

PROEMIO DI BARTHOLOMEO PHON TIO A FRANCESCO BARONCINI NEL LA TRADUCTIONE DELLE EPISTO LE DI PHALARI

Ad calcem: LAUS . DEO . FINIS . *exindeque legitur:* Impresso in Firenze per Ser Francescho bonacorsi et: per Antonio di Francesco uenetiano nelanno. M. CCCC LXXX VIII. A di xvii. di maggio.
In 4.° parvo..... XII. A. 38.

PAMPHILI EUSEBII. *Vide* Eusebii Pamphili.

PHARETRAE. Auctoritates, et dicta Philosophorum. *Vide* Repertorium dictorum Philosophorum.

PHILARETI. De pulsibus, *latine. Extat cum* Hippocratis Aphorismis. *Vide* Hippocratis.

PHILELPHI FRANCISCI. Satyrarum opus, *quod complectitur* Decades *decem, seu* Satyras *centum, quarum quaelibet centum hexametris absolvitur. Opus initium sumit a titulo in fronte folii primi recti, sic excuso:* FRANCISCI PHILELFI HECATOSTICHON PRIMA DECAS; *deinde,* HECATOSTICHA. PRIMA. *In fine* Satyrarum *legitur:*

FRANCISCUS PHILELFUS HUIC SA
TYRARUM OPERI ESTREMAM MA
NUM MEDIOLANI IMPOSUIT. DIE
MARTIS. KAL. DECEMBRIBUS ANNO
A NATALI CHRISTIANO M. CCCC
XLVIIII.

Epigramma subnexum est hiisce Satyris, *quod inscribit* Calliphilus Bernardinus Robiatinus in Francisci Philelphi Poetae praeceptoris sui Satyras. *Ad calcem* Epigrammatis, *nota typographica habetur, sequentibus verbis contenta:* Impressae Mediolani Galeacio Maria Sphortia Invictissimo duce Quinto florente: per Christophorum Valdarpher Ratisponensem huius eximiae artis imprimendi consumatissimum Magistrium (sic): Anno a natali Christiano Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto: Idibus Novembribus. *In ultima pagina occurrit* Registrum huius operis.
In folio parvo..... XII. D. 11.

Editio princeps, et rarissima, excusa optimo, nitidissimoque charactere romano, qui in charta firma, et alba occupat liueas 35. iu paginis quibusvis plenis. Custodibus, foliorum numeris, et signaturis prorsus destituitur, et initiales occurrentes, non nisi parvis litteris exhibentur in spatiis.

—— Fabulae, *latinis versibus hexametris, et pentametris expressae. Fa-*

Digitized by Google

bulae sunt xxxii. et opus incipit absolute a Fabula *prima, cujus titulus est:* De tp̄e et sene et puero mox senescente. Fabula *xxvi. notabilis est, quod non figmentum, sed veram historiam refert: titulus est:* De spectabili dn̄o xp̄ofo-ro d^{o} Aliprādis et Reuerendissimo dn̄o Antistite Nouariēsi: *Desinunt in ultima linea penultimi folii aversi; et in prioris paginae sequentis summitate, hae duae lineae impressae occurrunt:*

Expliciunt fabule clarissimi poete Philelphi
Facte Venecijs expensis. M. C. i48o.

In 4.° parvo..... XII. B. 39.

Opusculum rarissimum, teste *Maittaire*, qui *Tom. i. pag. 776.* de eo mentionem facit, sed ejusdem notitiam hausit ex Biblioth. *Hobend.*, neque nos illud invenimus in pluribus, quos evolvimus, catalogis. Characteres gallo franci sunt, sed nitidi, et litterarum lineae cuivis paginae adhaerentes numero sunt 3o. nisi ob frequentia congrua intervalla pauciores adponere Typographo necesse fuerit. Signaturae, custodes, numerique plagularum desunt; initiales parvis typis expressae videntur, sed non raro omissae fuere: foliis denique 24. absolvitur libellus.

—— Epistolae, *quae inchoantur praevio titulo:* FRANCISCI PHILELFI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS. *Deinde:* FRANCISCUS PHILELFUS LEONARDO IUSTINIANO SALUTEM PLURIMAM DICIT. *Ad calcem post verbum* Finis *leguntur verba:* Epistolarum Francisci Philelphi libri sexdecim: Impressi Venetiis studio et diligentia magistri Ioannis rubei expliciunt anno a natali christiano. M. cccc. lxxxxii. Ianuarii. *Sequitur Registrum.*
In folio..... XI. E. 21.

—— Alia editio, *quae omnino consonat cum praecedente, excepta nota chronologica;* Epistolarum Francisci Philelphi libri sexdecim: Impressi Venetiis studio et diligentia magistri Ioannis rubei expliciunt. anno a natali christiāo. M. occc. lxxxviii. die. xxviii. Ianuarii. *Adcedit Registrum.*
In folio..... X. A. 26.

—— Exemplar alterum..... XI. E. 25.

—— Alia editio. *cuius prima pagina sequentia verba refert:* EPISTOLAE FAMILIARES DOMINI FRANCISCI PHILELPHI. *In secundo folio recto incipit* FRANCISCI PHILELPHI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS. *Ad calcem post verbum* FINIS *legitur:* Expliciunt Epistolae Francisci philelphi in quibus continent^{9}. xvi. Libri. Magna cum diligentia maximoq3 studio Venetiis impressae per Mattheum Capcasam Parmensem iussu et expensis nobilis uiri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis: Anno ab incarnatione Domini. M. CCCC LXXXXV. die uero. xxi mensis Julii Regnante Inclito Domino Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe. *In penultima pagina habentur* Registrum huius operis, *et signum Typographi satis notum.*
In folio..... X. D. 19.

—— Exemplar alterum..... XI. E. 14.

—— Alia editio. *Folium primum titulum habet in fronte, hoc pacto:* FRANCISCI PHILELFI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS. *Huic generali ti-*

Digitized by Google

tulo subnectitur alter primae Epistolae, *scilicet*, FRANCISCUS PHILELFUS LEONARDO JUSTINIANO SALUTEM PLURIMAM DICIT. *Ad calcem* Epistolarum *tantum legitur* Finis.

In folio parvo..... XI. G. 27.

Sine notis typographicis. Nitida editio, cuius character rotundus, elegantissimusque lineis 37. distinctus paginam integram complet. Nil in marginibus satis amplis expressum visitur, praeter custodes, utpote numeratione foliorum, et signaturis destitutis. Initiales parvis litteris sunt expressae, et totum opus constat foliis 246. Praesentem editionem iisdem typis excusam esse, quibus *Vindelinus de Spira Venetiis anno 1471.* impressit *Plutarchi Apophthegmata Laconica*, de quibus mox dicemus, observavit *Denis* in *Supplem. pag. 639.* In *Catalog. Ducis de la Valliere* princeps editio adpellatur, et ab *Ioanne de Spira* circa annum *1472.* excusam fuisse Auctor censet.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 48.

—— Orationes, *et alia opuscula. In prima pagina occurrit Epistola Nuncupatoria, sub epigraphe:* FRANCISCUS PHILELFUS LODOVICO MARIAE SPHORciae barhi duci: ac ducali primario locumtenenti sal. pl. d. *Epistolam excipit Index operum hujus voluminis, praeeunte titulo:* Francisci philelfi eq̄tis aurati: laureatiq3 poetae et oratoris: ac philosophi clarissimi or̄ones: et nōnulla alia op̄a: in q̄bus omne bene dicendi genus: omnesq3 artis rhetorice partes: ac diuinae philosophorum: et theologorū sententiae comperiuntur. *Adducto titulo protinus subjicitur operum omnium Elenchus, quae si recte numeravimus, sunt num. xxviii., et in vii. classes distribuuntur, quarum prima complectitur v.* Orationes funebres; *secunda vii.* Orationes nuptiales; *tertia viii.* Orationes diversas; *quarta* Consolationem ad Iacobum Antonium Marcellum; *quinta* Versionem latinam Rhetorices Aristotelis, *cum Epistola Nuncupatoria ad* Alphonsum Cardinalem; *sexta*, Apophthegmata Plutarchi *a* Philelpho *latine versa*, *cum Epistolis Nuncupatoriis ad* Philippum Mariam Mediolani Ducem, *et ad* Nicolaum v. Pont. Max.; *Septima opuscula continet miscellanea quatuor, scilicet* Epistolam ad Fredericum Cornelium de legibus; Epistolam Consolatoriam ad Petrum iustinum nepotem suum de obitu Alfinae matris dilectissimae; Instructionem bene viuendi, *italica lingua scriptam ad* Illu. principem philibertum; Introductorium Galeni *latine traductum a* Georgio Valla, *ad* Iacobum Antiquarium ducalem Secretarium. *Ad calcem:* Impressum Brixiae per Iacobum Britannicum die. xvii. Iunii. M. cccclxxxviii. *His subnectuntur* Registrum orationum Francisci philelfi, et aliorum operum in hoc volumine contento4, *et signum Typographi.*

In 4.°..... IX. B. 1.

—— Exemplar alterum..... IX. B. 2.

—— Exemplar tertium..... IX. B. 3.

—— Alia editio, *opera eadem continens. In prima pagina legitur:* Orationes Philelphi cum aliis opusculis. *Ad calcem primum* FINIS, *deinde haec legitur notitia typographica.* Impressum Venetiis per Philippum de Pinzis Mantuanum Anno Domini. M. cccc. lxxxxii. Die xiiii. Octobris. *Sequitur* Registrum orationum Francisci Philelphi et aliorum operum quae in hoc volumine continentur.

In folio..... XI. F. 12.

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae cum praecedenti omnino consonat: Ad calcem:* Impressum Venetiis per Philippum de Pinzis Mantuanum. Anno Domini. M.ccccxcvi. primo kal'. Junii. *Adcedit* Registrum orationum Francisci Philelphi et aliorum operum quae in hoc uolumine continentur.
In folio..... XI. E. 7.

—— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba refert:* ORATIONES FRANCISCI PHILELPHI CUM QUIBUSDAM ALIIS EIUSDEM OPERIBUS. *Secunda pagina continet Epistolam, qua* FRANCISCUS PHILELFUS LODOVICO MARIAE SPHORTIAE BARHI DUCI AC DUCALI PRIMARIO LOCUMTENENTI SAL. P. D. *In sequenti folio incipit* FRANCISCI Philelfi equitis aurati laureatiq3 poetae: et oratoris: ac philosophi clarissimi: Orationum ac alio4 quorūdam operum brevis atque ordinata Annotatio. *Sequitur proinde,* FUNEBRIUM ORATIONUM ANNOTATIO = NUPTIALIUM ORATIONUM ANNOTATIO = DIVERSARUM ORATIONUM ANNOTATIO = ALIORUM EIUSDEM FRANCISCI PHILELFI OPERUM ANNOTATIO. *Haec sunt:* Praefatio in traductionem praeceptorum Rhetorices Aristotelis etc. *Eiusdem* Praefatio ad Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolanensium in traductionem Apophthegmatum Plutarchi ad Traianum Caesarem. *Eiusdem* Praefatio ad Micolaum (sic) quintum P. M. in traductionem Apophthegmatum Laconicorum Plutarchi. *Eiusdem* In annotationem legum apud ueteres scriptores crebrius commemoratarum: ad Fredericum Cornelium Epistola: cum earundem legum subiectione. *His additur:* FINIS ANNOTATIONUM. *Opus incipit in folio tertio recto, a titulo:* Francisci Philelfi eqtis aurati laureatiq3 poetae et oratoris: ac philosophi clarissimi: Orationes: cū quorūdam aliorū operum subiunctione: in quibus omne bene dicēdi genus: omesq3 artis rhetoricae partes: ac diuinae philosophorum et theologorum sententiae comperiuntur: foeliciter incipiunt. *Ad calcem legitur tantummodo* Τελος.
In 4.° parvo..... IX. B. 4.

Sine notis typographicis. Character rotundus in qualibet integra pagina 40 lineas complectitur ad summum. Margines externi nomina, et argumenta excusa praeferunt; superiores, nomen Auctoris, et titulos uncialibus litteris impressos exhibent; inferiores signaturas referunt litteris, arabicisque numeris instructas; custodes vero, et foliorum numeri desunt; initiales tandem parvis supplentur elementis. Editio veneta, uti videtur; eius mentionem fecerunt *Panzer Tom. IV. pag. 176.* et *Gras pag. 250.*

—— Exercitatiunculae *latine, et italice. Verba, quae in summitate primae paginae impressa occurrunt, haec sunt:* LEGANT AVIDE. Et ediscant diligenter omnes adolescentuli eloquentiae cupidi hoc excrcitatiuncula4 genus Francisci filelfi poetae nostri saeculi non obscuri excogitatum industria: quo duce non solum latinae linguae flosculos decerpent: ue4 etiam ipsius linguae uernaculae: quod non ab re fuerit: elegantiam sibi comparabunt: quoniam utroque mirifice poetam nostrum pollere doctorum ambigit nemo. *Ad calcem ultimi folii recti post verbum* FINIS, *legitur:* Impressum per Antoniū Zarotū Parmensem Anno domini. M. cccc. lxxxxiii. x. Februarii. *In ultima pagina extat* Petri Salii uercellensis carmen in Francisci Filelfi de traco res (sic).

Digitized by Google

In 4.° parvo.....IX. B. 5.

Editionem hanc neque in *Saxii Historia Typographica litteraria Mediol.*, neque in Annalibus Typographicis, neque apud Scriptores, qui *Philelphi* opera, et editiones recensuere, adnotatam reperi; ac proinde ejus raritas quam maxime eruitur.

—— De Jesu Christi Sacerdotio, Epistola ad Sixtum IV. *Titulus in fronte operis sic legitur*: Franciscus Philelphus S. D. P. Sixto. iiii. Pont. Maximo. *In cujus fine sic scribit* Philelphus: Hec sunt pr̄ beatissime q̄ de sacerdotio xp̄i Jesu apud grecos scripta: et a gravissimis illis optimisque viris quos duodecī antea numerauerā: in cōmentariū inter res memoratu dignissimas redacta reperi. Qua ipsa de re quid iudicandū observandūqʒ sit tue sāctitatis incōparabilisqʒ sapientie fuerit et decernere et iubere. Vale Rome kal^{s}. Marcijs. Anno a natali xp̄iano. M. cccclxxvi. Finis.

In 4.° parvo. *Vide* Orationes variae..... XIII. A. 40.

Est opusculum plagularum quatuor, charactere gallo-franco excusum, cujus mentionem facit *Audifredus pag. 215.*

—— Alia editio, *cujus titulus hoc pacto excuditur:*

Pranciscus philelfus. Sal. di. pl.
Sixto quarto pontifici maximo.

Ad calcem: Vale Rome kl^{s}is marciis Anno a natali xp̄iano Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

In 4.° parvo..... XII. A. 52.

Praesens editio foliorum sex impressa est charactere rotundo quidem, sed rudiusculo, et inaequali. Etsi nullum sit dubium, quin *Romae* excusa fuerit, et quidem ante Saeculi XV. finem; de ejus tamen Typographo nihil omnino pronuntiabo. Num haec editio antiquior sit praecedenti, et utrum sit illa, quam ex *Bibliotheca Dalmanniana*, ceu rarissimam laudat *Freytagius* in *Analectis litterariis pag. 681.* incompertum mihi est.

—— Consolatio ad Jacobum Antonium Marcellum de obitu Valerii filii sui. *In fronte folii primi recti:* FRANCISCI PHILELFI AD JACOBUM ANTONIUM MARCELLUM. PATRICIUM VENETUM. ET EQuITEM AURATUM DE OBITU VALERII FILII CONSOLATIO *Ad operis calcem:* Impressum Romae kalendis Januarii. M. cccclxxv.

In 4.°..... XII. D. 4.

Sine nomine Typographi. Eruditissimus *Audiffredus pag. 173.* retulit praesentem editionem ex auctoritate *P. Laire*, qui eam prodiisse adseruerat ex officina *Ioannis Philippi de Lignamine*; sed quum ille oculis subjectam minime habuerit, iudicium proferre non est ausus. Nobis vero illam intuentibus videtur admodum distare character ab eo, quo *Ioannes Philippus* usus fuit.

—— Odae Francisci Philelfi. *Haec verba habentur in priori pagina. In sequenti folio recto incipit* Francisci Philelfi praefatio in libros carminum ad Franciscum Sphortiam mediolanensium quartum ducem inclytum. *Ad calcem operis legitur:* Impressit hoc opus Angelus Britannicus. die. iiii. Iulii. M. cccclxxxxvii.

Digitized by Google

In 4.° parvo..... XII. A. 66.

Sine loci indicatione; sed *Brixiae* editio prodiit, ubi laudatus Typographus degebat.

—— Conviviorum *libri duo. Praecedit Elenchus errorum, qui per totum volumen irrepserant, cum emendationibus. Hunc excipit in folio quarto Epistola, qua* Io. Franciscus Marlianus Francisco Philelfo sal. d. Pl. *data* Ex Ticino kalendis Sextilibus. M. cccc. lxxvii. *Folium quintum occupat Epistola* Leonardi iustiniani, *qui* Francisco philelfo suo salutē *dicit; eaque subscripta est* Venetiis quinto kall. Januarii. Mccccxliii. *Incipit deinde* Francisci Philelfi ad Thomam Thebaldum Mediolanense Conuiuium primum. *Huic Auctor opus dicavit; siquidem in fine Praefationis ita scribit:* in hoc ipse curriculo ut in aliis alias consuevi: uersari uolui hoc tempore: ubi quantū ualuerim: tu qui non minus apud omnes ingenii praestātia et iudicandi grauitate uales: q̄ et auctoritate et gratia apud Philippum Mariam Anglum: et regum omniū et principū decus: ac lumen: facile iudicabis etc. *Opus per Dialogum confectum est, in quo sunt* Collucutores. Rembaldus. Landrianus. Aenicius. Thebaldus. Metellus. Pilicio. Ferusinus. Alphonsus. *Absoluto primo* Conuiuio, *sequitur* Francisci Philelphi. Ad Thomam Thebaldum Mediolanense Conuiuium Secundum. *Inducuntur* Collucutores. Triulcius. Thebaldus. Aloysius. Corradinus. Torellus. Guarnerius. Tertius. Axeretus. Muzanus. Lancellottus. Franchinus. *Ad calcem* Conuiuiorum *legitur tantummodo* FINIS.

In 4.°..... XII. A. 77.

Sine loco, anno, ac Typographo. Ex subscriptione epistolae *Leonardi Iustiniani* ad *Philelphum, Saxius* deducit, quo tempore ipse Philelphus haec *Convivia* exarauerit, cum nempe primo in urbem *Venetiarum* commigrasset; idque etiam clarius eruitur ex Praefatione ejusdem ad *Thomam Thebaldum*. Ex Epistola vero *Ioan. Francisci Marliani*, jam memorata, data *Ticini Mccccl.xxvii*, idem *Saxius pag. 614.* statuit annum, quo in lucem prodiit *Mediolani* praesens editio, scilicet circa annum 1478. et huic opinioni assentitur *Maittairus pag. 754.* necnon *Rossi pag. 74.* et *Bolongaro-Crevenna Tom. iii. pag. 78.* Paginae lineis constant 28. rotundi politi characteris, et in amplis marginibus externis nomina Collocutorum impressa sunt. Signaturae litteris, et aliquando romanis notis, aliquando arabicis numeris indicantur; nullo autem pacto custodes, foliorum numeri; initiales vero ubi occurrunt, minoribus typis repraesentantur.

—— Versio vitarum Plutarchi *e graeco, scilicet* Galbae, Othonis, *et* Thesei. *Extant cum aliis* Plutarchi vitis. *Vide* Plutarchi.

—— Versio latina Cyropaediae Xenophontis. *Vide* Xenophontis.

—— Versio latina Epistolae Basilii Magni de vita solitaria. *Vide* Basilii.

—— Apophthegmata laconica Plutarchi, *latine reddita cum Praefatione ad* Nicolaum v. *Vide* Plutarchi.

—— Versio latina Apophthegmatum Plutarchi, *cum Praefationibus ad* Philippum Mariam Mediolani Ducem, *et ad* Nicolaum V. Pont. Max. *Vide supra* Orationes, et opuscula.

—— Commentaria italica in Carmina Francisci Petrarchae. *Extant cum* Petrarchae *textu. Vide* Petrarchae.

—— Versio latina Dionis Chrysostomi de Ilio non capto. *Vide* Dionis.

Digitized by Google

PHILELPHI MARII. Praccepta Rhetorices, *seu* Novum Epistolarium. *Adest in primo folio Auctoris Praefatio, cui verba praecedunt:* Marii philelfi artium et utriusq3 iuris doctoris equitis aurati et poetae laureati ad religiosissimum patrem sapientemq3 theologum Lodouicum Mondellum mediolanensem ex seraphico minorum ordine praefatio in nouum epistolariū. *Opus protinus excipit praefationem, eoque absoluto legitur* Finis foelix; *exindeque Epigramma septem distichorum, quorum ultimum:*

Omnia debemus Mario pro munere tanto:
Multum Mondello: quo duce uiuit opus.

Elenchus rerum, seu tabula eorum, quae in volumine continentur, adcedit, et post verba Finis tabuae (sic), *occurrit sequens impressionis notitia:* Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum pachel et Vldericum scinczenzeller allamanos anno domini. M. cccc. lxxxiiii. tertio calēdas maias. Dñō Gaspare chalcographis asistente (sic). REGISTRUM OPERIS *paginam postremam occupat.*
In 4.° parvo..... IX. B. 38.

—— Alia editio. *In folio primo averso incipit Editoris Epistola, sub inscriptione:* Ludovicus Mondellus ordinis minorum doctorq3 theologus Octaviano Vbaldino merchatelli domino: illustrissimi ducis urbini Germano dignissimo: doctorumq3 uirorum Patrono. S. P. D. *Data* Parisiis tertio calēdas. Maii. Milesimo quadrīgētesimo octavogesimo prīo. Vbaldini *responsum subiicitur huic Epistolae, cum Epigraphe:* Octauianus ubaldinus fratri Lodovico Mondello doctori theologo. S. P. D. *scriptum* Vrbini. tertio Nonas Julii. M. cccclxxxi. *Sequitur in folio quinto recto* Marii Philelphi Praefatio, etc., *ut in praecedenti editione, cui adamussim consonat, excepta nota typographica, quae in hac sic habetur:* Impressum Mediolani per Magistrum Vldericum scinczenzeller allamanum anno domini M. cccc. lxxxvii. Die xv. Decembris.
In 4.°..... IX. B. 25.

—— Alia editio, *quae incipit* a Lodovici Mondelli *Epistola, quam sequuntur* Ubaldini *responsio, epigramma,* (*quod in praecedentibus editionibus extat ad calcem*) *Tabula, et Praefatio* Philelphi; *et opere absoluto Typographus sequentia verba notavit:* FINIS. Epistole Marii Philelfi summopere emendate: ac Felsinae magna diligentia atq3 anxietate per me Bacilerium de Bacileriis Ciuem eiusdem urbis Impressae Anno dñi. Mccccclxxxyiiii. *Et post unius lineae spatium,* Laus Deo omnipotenti. *Signum Typographi adcedit, scilicet circulus coronatus, cum cruce duplici, et litteris* B. B. *quae nomen Excusoris indicant.*
In 4.° parvo..... IX. B. 45.

—— Alia editio, *quae consonat praecedenti, exceptis verbis, in primo folio recto impressis in hac editione, scilicet,* EPISTOLAE MARII PHILELPHI; *et in aversa pagina* Lodovici Mondelli *Epistola incipit, cum caeteris, ut in praecedenti. In ultimo folio recto* FINIS *operi imponitur, quod haec pro coronide verba excusa refert:* Epistole Marii Pphilelphi (sic) sūmope emēdate: ac Venctie magna diligētia atq3 anxietate (sic) p me Joannō de Cereto: alias Tacui-

Digitized by Google

nū de Tridino Regnante inclito duce Augustin⁹ Barbadico āno dñi. Mccccxcii. die. xx. octobris. Laus Deo Omnipotenti. *Registrum postea visitur.*
In 4.° parvo..... IX. B. 7.
—— Exemplar alterum..... IX. B. 8.

Philetici Martini. Expositiones variarum Ciceronis Epistolarum, *quarum contextus affertur in volumine. Praemittitur Nuncupatoria Epistola sic inscripta:* PHILETICUS DIVO PRINCIPI SUO JOANNI COLUMNAE Cardinali S. P. D. *quae terminatur in postica pagina folii secundi, ad lineam sextam, et protinus incipit* ARGUMENTUM *operis, in cujus fine duae habentur ejusdem* Philetici *invectivae in* Corruptores latinitatis ; *ad quarum calcem adjunctum est Epigramma, quod scribit* Homerus Podianus Philethico. Sl⁹.

Quid quereris? quos tā saevo Philethice plectro.
Insequeris geminae spesq3 decusq3 lyrae.
Incassum rigido scindis cur littus aratro?
Docta quoq3 in Zephyros dicta ferenda iacis?
Ignorant uitio pressi quid deniq3 perdant:
Cordaq3 submersit stollida crassus adeps.
Siste praecor calamos: atq3 hac re te exime cura.
Nobilis in muscas non furit ore leo.
Et tibi Socraticus laeso succurrat asellus:
Exemplo poteris tu satis esse tibi.
Vexato totiens dictis quid uerba latrantū.
Improba quid famae cōminuere: refer.
Pulchram sume chelim: docto quoq3 pollice cordas. (sic)
Percute: et ad cantus pellice saxa tuos.
Praebebunt aures nullo obstrepente Quirites.
Virgilioq3 parem te tua roma colet.

Huic subnectitur Registrum hujus libri, *ad cujus calcem legitur:* Et sic est finis.
In 4.° parvo..... IX. A. 34.

Absque typographicis notis. Editionem inter antiquiores ab *Euchario Silber Romae* excusas refert Eruditiss. *Audiffredus* in *Catal. Edit. Rom. Saec. xv. pag. 401.* Typus est minus elegans, et in paginis perfectis implet 33. lineas. Ex Registro foliorum colligitur voluminis folia esse 176., quae signaturis, numeris, et custodibus carent; praeterea spatia omnia, in quibus Graeci quidpiam inscribendum fuisset, vacua relicta fuere.

—— Exemplar alterum..... IX. A. 35.
—— Commentaria in Epistolas Ciceronis ad familiares. *Extant cum* Ciceronis *textu. Vide* Ciceronis.
—— Commentaria in Catonem Majorem, *sive de* Senectute Ciceronis. *Extant cum* Ciceronis textu.

Digitized by Google

Philippi Bononiensis Cardinalis. Constitutiones. *Extant cum* Constitutionibus Marchiae Anconitanae. *Vide* Marchiae Anconitanae.

Philippi Clerici. Versio latina ex arabico libelli Aristotelis de secretis Secretorum. *Vide* Aristotelis.

De hoc spurio *Aristotelis* foetu, vide *Bibliothecam Graecam Fabricii: lib. III. pag. 167.* et *168.*

Philippi Regis. Epistolae duae, *quarum altera ad* Olympiadem, *altera ad* Aristotelem, *graece. Extant excusae in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum..... XVII. G. 56.

Philonis. Breviarium de temporibus, *latine, cum* Commentariis Nanii Viterbiensis. *Vide* Nanii.

Opus hoc suppositum fuisse a *Nannio*, et *Philoni* adscriptum eruditi censent cum *Fabricio*, in *Bibliotheca graeca lib. IV. pag. 116.*

—— *Ejusdem* de mundo, *graece. Extat hoc opus in vol. III. Operum* Aristotelis. *Vide* Aristotelis.

Philosophorum dicta. *Vide* Repertorium dictorum philosophorum. VII. B. 46.

Philoponi Joannis. Vita Aristotelis, *graece. Extat in Vol. III. Operum* Aristotelis.

Philostrati. Epistolae, *graece. Extant in Collectione* Aldina. *Vide* Epistolae Variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Philothei Monachi. Carmen encomiastichon de vita, et moribus divi Bernardi Abbatis Claravallensis. *Extat cum opusculis* S. Bernardi. *Vide* S. Bernardi.

Phocae Grammatici. De nomine, et verbo; de Orthographia; de Aspiratione; Epitoma Prisciani. *Vide* Grammatici Veteres.

—— *Hoc idem opus extat excusum cum* Apuleio. *Vide* Apuleii.. IX. B. 75.
Vide insuper Veronensis Guarini.

Phocylidis Viri Sapientissimi. Moralia. *Vide* Lascaris grammatica.

—— Poema admonitorium, *graece. Extat cum* Eclogis Theocriti, *et aliorum Scriptorum. Vide* Theocriti.

Phosphori Lucii. Epistolae, *quarum una ad* Alexandrum Cortesium, *et duae ad* Angelum Politianum. *Extant in lib. III.* Epistolarum Politiani, *cum ejusdem operibus. Vide* Politiani.

Phraotae Indorum Regis. Epistola, *graece. Extat in collectione Aldina. Vide* Epistolae Variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Digitized by Google

P I

Piattino Piatti. *Vide* Plati Platini.

Picardi Marci. Oratio Coniugalis, *et* Carmina *varia. In aversa pagina folii primi profertur Italicum Epigramma, vulgo Sonetto, quod inscribit* Ad Comitem Aloysium Paracletum. M. Picardus. *In folio secundo recto incipit* M. Picardi Brixiani. in Margaritā Paracletam: Comitemq3 Galeacium Thienaeum. Coniugalis Oratio. *Hac absoluta, sequuntur Auctoris carmina varia in laudem Nuptorum; et deinde subiungitur* Thomae Fernuli *commendatio in opusculum, cui subnectitur Typographi subscriptio, scilicet* D. p̄sbyter Baptista de Farfengo. Impressit Laus Deo.
In 4.°..... X. B. 32.

Licet anni nota, et loci indicatio haud appareant in citato opusculo, *Brixiae* tamen ipsum fuisse excusum, ex eo cruitur, quod *Farfengus* ibidem impressit ab anno *1490.* ad *99.*; et insuper quod eodem charactere, eademque oeconomia typographica fuit impressum *Carmen Baptistae Pallavicini in historiam flendae Crucis, et funeris domini nostri Jesu Christi*, de quo facta est mentio superius pag. 128. et cum quo extat excusum, et compactum, immo ad calcem hujus secundi opusculi, legitur: *Impressum Brixiae per D. presbyterum Baptistam de Farfengo. M. cccc xciii. die xxii. Februarii.* Haec vero duo opuscula fugerunt Bibliographos fere omnes.

Picciolpassis Francisci de. Epistola ad Aeneam Silvium Piccolhomineum. *Extat cum* Aeneae Silvii Epistolis. *Vide* Piccolhominei.

Piccolhominei Aeneae Silvii. (Pii II. P. M.) Abbreviatio decadum Flavii Blondi. *Titulus operis in summitate primae paginae sic extat excusus:* ABBREVIATIO PII PONT. MAX. SUPRA DECADES BLONDI AB INCLINATIONE IMPERII USQuE AD TEMPORA JOHANNIS VIGESIMI TERTII. PONT. MAX. *Opere absoluto legitur:*

XX. LIBER FINIT FOELICITER
D. D. L. D. S. P. V. Anno MCCCCLXXXI.

In folio parvo..... XII. E. 12.

Sine loci, et Typographi distincta notitia. *Audiffredus pag. 248.* confutat opinionem *P. Laire*, qui editionem hanc Romanam iudicaverat; additque, quod sicut *Maittairius, Orlandius, Mittarellus*, aliique Bibliographi, eidem nullum locum assignant, nec Typographum nominant, ita et ipse sine erroris periculo nec alicui Typographo adscribere eam potest, nec quoad locum aliquid certi pronuntiare audet. In externis marginibus nomina, et argumenta excusa sunt eodem rotundo charactere, quo exprimitur opus. In paginis integris lineas 32. enumeramus. Desunt initiales, custodes, signaturae, et numeri foliorum, quae suut 156.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 11.
—— Exemplar tertium..... XX. F. 12.
—— Alia editio. *Praeit titulus:* ABBREVIATIO PII PONT. MAX. SUPRA DECADES BLONDI AB INCLINATIONE IMPERII USQUE AD TEM-

Digitized by Google

PORA JOANNIS VIGESIMI TERTII PONT. MAX. *Ad calcem nil aliud legitur, nisi* XX. LIBER FINIT FOELICITER.
In folio ..... XX. F. 7.

Editio haec omnino convenit cum descripta in Tom. 1. pag. 95. *Decadum Flavii Blondi* editione, cum qua extat compacta, in cujus *calce* legitur: *Finis historiarum Blondi q̄ morte p̄ventus nō cōplevit: cū t̄n interī romā instauratam trib⁹ libris. Italiam illustratam libris. viii. Et Romam triumphātem libris. x. absolverit. Impressarū Venetiis per Thomam Alexandrinum anno salutis. M. cccc. lxxx. iiii. iiii. kalendas iulii.*

—— Exemplar alterum ..... XX. F. 8.
—— Exemplar tertium ..... XX. F. 9.
—— Epistolae in Cardinalatu editae. *Titulus sic extat:*

Aenee Silvij. Piccolominei qui et Pius secundus fuit Epistole in Cardinalatu edite Lege foeliciter.

Ad calcem:

Finiunt Epistole Anee Silvii Piccolominei qui et Pius secundus fuit in Cardinalatu edite.

Sequitur Registrum huius libri, *undecim lineis contentum.*
In 4.° parvo ..... XII. A. 34.
—— Alia editio, *cujus titulus hoc pacto legitur:*

Aenee Silvii Picolominei qui et Pius se cūdus fuit Epistole in Cardinalatu edite Lege foeliciter.

Ad calcem:

Finiūt epistolae Ance Silvii piccolominei qui et Pius secundus fuit in Cardinalatu edite.

In 4.° parvo ..... IX. A. 47.

Prima editio excusa est charactere gallo-franco, incerti Typographi; sine signaturis, numeris, et custodibus; et ex Registro, quod occurrit in ultimo folio averso, colligitur ejus folia esse 64., quorum primum vacat. Alia editio est charactere rotundo minus eleganti *Stephani Planckii*; constatque ex foliis 85, cum signaturis, sed sine numeris, et custodibus. Harum duarum editionum mentionem facit *Audiffredus* in *Catal. Hist. Crit. Rom. Edit. Saec. xv. pag. 404.*

—— Epistolae, et Orationes in Pontificatu scriptae. *Primum folium deest in nostro exemplari, et opus incipit a folio secundo recto, sub titulo:* EPISTOLA SIVE ORATIO PII IN CONVENtu Mantuano. *Deinde:* PII SECUNDI PONT. MAX. DE CONVENTU MANTUANO EPISTOLA SIVE ORATIO PRIMA. *Ad*

Digitized by Google

calcem: Has Pii Secundi pont. Max. epistolas q̄ diligentissime castigatas Antonius Zarothus impressit opera et impendio Ioannis petri novariensis. Anno domini. M. ccccIxxxyii. Octobris (*omisso die mensis*). *Duo sequuntur folia, quae exhibent titulos Epistolarum, et Registrum signaturarum.*
In folio parvo..... X. A. 6.

Sine loci indicatione; sed *Mediolano* tribuenda est editio, ubi *Zarotus* artem typographicam exercuit. Vide *Saxium pag. 582.* qui docet praesentem editionem esse novam impressionem editionis ejusdem Typographi excusae anno 1473.

—— Epistola ad Machumedem Turcorum principem, *cujus titulus inscribitur:*

PII SECUNDI PONTIFICIS MAXIMI: AD ILLUSTREM MAHUMETEM TURCORū IMPERATOREM
: : EPISTOLA : :

Terminatur in postica pagina folii LVI. *et post verba*

: : FINIS : :
: : LAUS : : DEO : :

Spatio interjecto septem linearum, typographica nota legitur hoc pacto.

: : M : : CCCC : : lxxv : :
: : XII : : Augusti : :
: : G : : F : :
: : Tarvisii : :

In 4.° parvo..... IX. A. 50.

Editio luculentis typis excusa a *Gerardo de Lisa de Flandria, qui Tarvisii* artem typographicam exercuit.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 33.
—— Alia editio, *sub hoc titulo:*

Pius Papa Secundus eloquentissimus: qui obiit Anno. M. CCCC. LXIIII. in Ancona dum proficisci proposuerit contra Turcos: composuit. etc. *Adcedit in fine Epistola* Morbisani *ad eundem, cum hac epigraphe:* Incipit Epistola Morbisani magni Turci

missa ad Pium papam secundum; *qua absoluta occurrit* Registrum.
In 4.° parvo..... IX. A. 47.

Digitized by Google

Excusus est hic libellus eodem charactere Romano *Stephani Plannckii*, quo excusa est secunda editio *Epistolarum in Cardinalatu* scriptarum, superius memorata, cum qua extat pariter compacta. Folia in summa sunt 48. cum signaturis, et Registro.

—— Alia editio, *quae extat in collectione Epistolarum familiarium*, et Epistolarum *variorum ad ipsum* Aeneam.

—— Epistolae Familiares. *In folio primo recto typis majoribus gallo-francis legitur:* Epistole Enee silvij ; *et in eodem averso adest* Preconisatio (sic) Enee silvii poete laureati. *In sequenti folio incipiunt* Epistolae *numero 433. una cum Oratione latina metrica in laudem* B. M. V., *quam Epistolis addere curavit Impressor; idemque post Orationem laudatam excudit haec verba:* Pii. ii puntificicis (sic) maximi cui ante summū episcopatum primum quidem imperiali secretario : tādem episcopó deinde cardinali senen̄. Eneas siluius nomen erat : familiares epistole ad diversos in q̄druplici vite eius statu transmisse. Impensis Anthonii koberger Nurembergę impresse. finiunt. xvi. kal^{s} Junii. Anno salutis christianae etc. etc. M. cccc xcvi. *Sequitur* NUMERUS ET ORDO EPISTOLARUM IN OPERE CONTENTARUM, *in cujus fine legitur:* Finis tabule.
In 4.° parvo..... IX. A. 48.

Bibliographi recensent praesentem editionem inter maxime completas; plura enim in ea opuscula extant, praeter *epistolas*, plures item epistolae aliorum, tum ad Aeneam, tum ad varios.

—— Exemplar alterum..... ..... IX. A. 49.

—— Epistola in vitam, et Canonizationem S. Catharinae Senensis, *et* carmina *in laudem ejusdem. Extant cum opere ejusdem* Catharinae de providentia divina. *Vide* Catharinae.

—— Bulla circa personas Ecclesiasticas ad sacros ordines illegitime promotas. *Extat cum* Tractatu S. Antonini de excommunicationibus. *Vide* Antonini.

—— Prima pars Historiarum rerum ubique gestarum. *In folio primo:* PII. II. PONTIFICIS. MAXIMI. HISTORIARUM RERUM VBIQUE GESTARUM CUM LOCORUM DESCRIPTIONE NON FINITA ASIA MINOR INCIPIT. *In fine:* Pii. ii. Ponti. maximi historie rerum ubique gestarū prima pars finitur: et impressioni Venetiis dedita : per Johannem de colonia sociumq3 eius Johannem manthen de Gherretzem anno millesimo: cccclxxvii. *In ultima pagina extat* Registrum.
In folio..... XIX. G. 9.

Editio valde elegans, sed frequens in ea est paginarum in lineis inaequalitas.

—— Historia rerum gestarum per Germaniam, et Europam sub Friderico III. *Extat cum* Chronico Norimbergensi Hartmanni Schedelis. *Vide* Schedelis.

—— Tractatus pulcherrimus Enee Siluii.. Sive Pii Pape II. de curialium miseria feliciter Incipit. *Is titulus extat in summitate folii primi. Ad calcem:* Libellus Enee Siluii De curialium miseriis Finit. Anno Salutis M CCCC LXXV.

Digitized by Google

In 4.° parvo..... IX. A. 54.

Editio haec illa videtur, quam retulit *Maittairus Tom. 1. pag. 347.* et quae a *Laire Tom. 1. pag. 392.* datur *Schurenero de Bopardia*, sed ab *Audiffredo in Supplemento pag. 47. Bartholomaeo Guldinbeckio* vindicatur. Character est rotundus, qui 29. lineas implet in paginis integris, absque initialibus, custodibus, signaturis, et foliorum numeris.

—— Exemplar alterum..... VI. B. 18.

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte libelli:* Tractatus pulcherrimus Enee Siluij: sive Pij pape. ij. de curialium miseria feliciter incipit. *Ad calcem post verbum* Finis, *extat* Registrum.

In 4.° parvo..... IX. A. 53.

Editio est impressa charactere gallo-franco *Stephani Plannchii* sine signaturis, numeris, custodibus, et initialibus; ac totus libellus concluditur XVI. foliis. Memoratur ab *Audiffredo pag. 377.*

—— Alia editio, *quae extat in collectione* Epistolarum familiarium. IX. A. 48. *et* 49.

—— Dialogorum libellus de quodam somnio suo ficto non vero. *Titulus in fronte primae paginae sic extat:* Enee Siluii Piccolomel (sic) Qui et Pius Secundus fuit: Dialogus Incipit foeliciter. *Huic subnectuntur duae Auctoris Epistolae, quarum altera ad* Joannem Carvaial. Card. Hispanum, *data* ex Vrbe Pridie Kl^{s} Junias, *sine anni nota; et occupat primum folium rectum. Altera habetur in eodem averso, ad eumdem Cardinalem, quae incipit:* Medicorum ut aiunt sententia est haud parum intendere somniis oportere quod etc. etc. *haecque illa est, quae ipsi libello praemissa fuerat, cum primo ad eundem Cardinalem ex Germania libellum misit. Ad calcem folii l^{xxx}. recti ex Typographi industria sequentia verba excusa leguntur:* Praesens Liber Impressus est Rome per Magistrum Johannem Schurener de Bopardia. Anno Jubilei et a Nativitate dñi M. CCCC. LXXV. Die XI. mensis Septēbris. Sedēte Sixto Papa Quarto Anno eius Quinto. *Huic subnectitur illud* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento.

In folio parvo..... X. A. 12.

—— Exemplar alterum..... XIX. G. 10.

—— Sompnium (sic) Enee Siluii de fortuna Incipit. *Is titulus occurrit in fronte folii primi; deinde opus incipit hoc modo:* (Ae) Neas Silvius. S. P. D. dño Procopio de siabēstein militi lrato et p̄stanti. Noct (sic) p̄terita priusq3 me quieti cōmitterē multa mecū de te locutus sum mirabarq3 tuis virtutibus non dari locū ɔuenientē ꝗa licet acceptus sis Mesari nō tamen ut par eēt efferri te video etc. *Sic autem desinit:* Tu vale et ꝗd hec sibi velint sagaci tuo ingenio discute mihiq3 ap̄i. Ite4 vale mel meum olus Epicuri ac Pictagore ligumen (sic). Ex vuienna (sic) VI. kl^{s} Junias Anno. M CCCC XLIIII.

In 4.° parvo..... XII. A. 34.

Editio est plagularum 8. charactere latino *Guldinbeckii* impressa, sine paginarum numeris, custodibus, signaturis, et initialibus. Vide *Audiffredum pag. 377.*

Digitized by Google

—— Alia editio. In 4.° parvo ..... IX. A. 53.

Sine notis typographicis. Typus est gallo-francus rudiusculus *Stephani Plannckii*. Paginae impressae sunt XI., in quibus signaturae, numeri plagularum, custodes, et initiales minime apparent.

—— Exemplar alterum, *quod extat in collectione Epistolarum, et Orationum*..... XIII. A. 28.

—— Pii. ii. Pontificis maximi de captione urbis Constantinopolitane tractatulus incipit. *Ad calcem tantummodo legitur:* Finis.
In 4.° parvo..... IX. A. 53.

Editio paginarum 5. excusa eodem *Stephani Plannchii* charactere gallo-franco, quem in praecedenti editione notavimus.

—— Oratio de Constantinopolitana clade. *Extat cum* Epistolis familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Dialogus contra Bohemos, et Thaboritas. *Extat cum* Epistolis Familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Descriptio urbis Viennensis. *Extat cum* Epistolis familiaribus. IX. A. 48. et 49.

—— Oratio habita in Conventu Mantuano anno 1459. *Extat cum* Epistolis familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Bulla de profectione in Turcas. *Extat cum* Epistolis familiaribus. IX. A. 48. et 49

—— Oratio coram Pontifice, et Cardinalibus circa profectionem in Turcas. *Extat cum* Epistolis familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Excommunicatio Gregorii Heymburg. *Extat cum* Epistolis familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Absolutio Wratislaviensium et Nampssaviensium ab juramento praestito Georgio de Bolibrat Regi Bohemiae. *Extat cum* Epistolis familiaribus.
..... IX. A. 48. et 49.

—— Vindicta inlatae violentiae, quam de se extorsit Lucretia Romana. *Extat cum* Epistolis familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Tractatus de educatione liberorum. *Extat cum* Epistolis familiaribus..... IX. A. 48. et 49.

—— Oratio ENEE SILVII epi Senensis: coram Calixto papa tertio de obedientia Frederici tertii inpatoris m. cccc. lv.
In 4.° parvo..... IX. A. 58.

Eruditissimus *Audiffredus* in *Catal. Hist. Crit. Roman. edit. Saec. xv. pag. 422.* huius meminit editionis, et recte observat, quod *Moguntiae* quidem, ubi anno *1454.* impressa fuit *Bulla Indulgentiarum Nicolai v.* cujus et hodie nonnulla extant exemplaria, imprimi potuit etiam haec Oratio eodem anno, quo habita fuit, scilicet 1455, non autem *Romae*, aut *Sublaci*, quo decem tantum post annos advecta fuit typographia. Editio, quae hic laudatur, est eodem charactere ac *C. Iulii Caesaris Oratio Vesantione habita*, de qua facta est mentio in Tom. 1. hujus Catalogi pag 138., adeoque anno IX. Sixti IV., quo *Stephanus Plannck Romae* imprimere coepit; anterior esse non potest. Constat haec oratio ex VI. foliis, quorum postremum omnino vacat. Caret signaturis, foliorum numeris, et custodibus.

Digitized by Google

—— Alia editio, *quae extat cum* Epistolis familiaribus ... IX. A. 48. 49.

—— Oratio Enee silvii poete clarissimi habita in florentissimo gymenasio (sic) Senarum foeliciter incipit. *Ad calcem:* Explicit Oratio Ence silvii poete clarissimi habita in florentissimo gymnasio Sena4. Anno 1482. Die 23 ianu.
In 4.° parvo. *Vide* Orationes Variae..... ..... XIII. A. 40.

Editio excusa est quodam gallo-franco charactere, quem in nulla Romana editione hactenus observasse memini; forsan ex typographaco *Reynardi de Enyngen* prodiit, sed haud pro certo adserere possum. Hujusmodi Orationis mentionem fecit *Gras. pag. 59.*, qui nil docet de anno, loco, et Typographo, et ipse *Audiffredus* eam ignoravit. Constat ex 14. foliis impressis, et in quavis integra pagina numerantur lineae 33. Caret signaturis, plagularum numeris, custodibus, ac initialibus, pro quibus spatia tantum extant.

—— Tractatus de duobus amantibus. *Praecedunt opusculum quatuor Epistolae, quarum prima hac praedita est inscriptione:* Incipit tractatulus de duobus se invicem amantibus compositus per dñm Eneam Silvium poetam Imperialemq3 Secretarium qui tandem ad summi apostolat⁹ apicē assumptus: Pius papa Secundus vocatus est. *Dirigitur Epistola ad* Gasparem Slyck. *Alteri praefixa sunt verba:* Epl⁹a Enee Silvij ad Marianum Sozinū petentē componi tractatū. *Tertia Epistola titulum, et initium habet:* Epistole Enee Silvii Picholominei: que iuuenі nō esse negandum amorem dicit. *Incipit:* Illustrissimo principi Sigismundo Duci Austrie dño suo: Eneas Siluius S. p. d. *Data* ex Gretz die xiij. Decembris. Anno dñi. M.cccc.xliij. *Postrema est* Eiusdem Enee epistola amatoria, *qua* Sigismundus Austrie dux S. p. d. et seipsum dat singulari dominе sue insigni et formosissime virgini Lucretie regis Danie filie. *Hac absoluta in folio tertio averso, in quarto recto* Incipit historia principalis, *quam excipit sequens typographica nota:* Enee Silvij Picholominei Senēsis poete Laureati: postea Pii papa Secundi nuncupati: historia de duobus amantibus feliciter finit: Sub anno dñi 1492. die quinta mensis Martii Sedente Innocentio Octavo pontifice maximo. Anno eius viii. *Pagina ultima* Registrum foliorum *exhibet.*
In 4.° parvo..... IX. A. 51.

Sine loci, et typographi nota. Editionem hanc Romanam esse suspicor, et quidem eodem gallo-franco charactere, quo *Stephanus Plannck* diversos tractatus, et permultas orationes, partim jam recensitas, et partim in sequentibus recensendas impressit. Ex registro, quod occurrit in ultimo folio averso, apparet libellum esse plagularum xxiv. in quibus signaturae, et custodes visuntur, haud vero foliorum numeri. Editio haec notatur etiam in *Catal. Bibl. Suaieri pag.* 12.

—— Alia editio, *cujus inscriptio primae Epistolae adposita, ita se habet:* Incipit tractatulus de duobus seinvicem diligentibus conpositus (sic) ꝑ dominum Eneam silvium poetam imperialemq3 secretarium qui tandem ad summi apostolatus apicem assumptus. Pius papa ii. vocatus est. *Absolutis quatuor Epistolis, in superiori editione recensitis, in folio tertio recto ad lineam quintam,* Enee silvii de duobus amantibus historia principalis incipit, *quae hac conclusione terminatur ad calcem folii xx. aversi:* Libellus ornatissimus elegantissimusque Enee silvii poete Senen. de duobus amantibus feliciter finit.

Digitized by Google

In 4.° parvo..... XII. A. 3/4.

Sine notis typographicis. Fortasse editio haec ea est, quam retulit *Maittairus pag. 171.* excusa *Lovanii* typis gallo-francis *Johannis de Westfalia.* Lineae 36. numerantur in paginis integris, in quibus nec signaturae, nec foliorum numeri, nec custodes visuntur.

—— Alia editio, *quae caret Epistolis praefixis in antecedentibus editionibus, et incipit absolute ab historia principali, cujus titulus:* SILVII Aeneae Poetae qui postea sumi Pontificatus gradum adeptus Pius ē appellatus. Historia De duobus amātibus Cū multis epistolis amatoriis ad Marianū cōpatriotā suū Foeliciter Incipit. *Ultima opusculi verba sequentia sunt;* Habes amoris exitum Mariane mi amantissime: non ficti neq3 foelicis. Quem qui legerint: periculum ex aliis faciant quod sibi ex usu fiet. Nec amatoriū bibere poculum studeāt qd' longe plus aloes habet q̄3 mellis. VALE. *Deinde:* LIBELLUS Ornatissimus Elegantissimusq3 Aeneae silvii poetae senēsis de duob' amātib' feliciter. FINIT.

In 4.° parvo..... IX. A. 52.

Sine notis typographicis. Character rotundus est, sed rudis, et inaequalis; paginasque integras replet numero 26 linearum. Plagulis 3/4 impressis libellus constat, absque foliorum numeratione, sed signaturarum series, et custodes suo loco opportune notantur. Pro initialibus spatium visitur. Editionem hanc a praecipuis Bibliographis clare indicatam haud me reperisse fateor.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 22.

—— *Eadem, italice, cui praeit* PROHEMIO DI SAR ALEXANDRO Braccio al prestantissimo et excellentissimo giovane Lorenzo di Pierfrancesco de medici sopra la traductione duna historia di due amanti cōposta dalla felice memoria di papa pio secōdo *Prooemium absolvitur in folio quinto recto, ad lineam secundam; et protinus occurrit* Principio della historia. *Ad calcem post verbum* FINIS: *legitur:* Impresso in Firenze per Franciescho di Dino di Jachopo fiorentino a dì uēti di Settembre nel M. CCCC. LXXXVIIII.

In 8.°..... XII. B. 2.

Editionem hanc inter omnium rarissimas esse recensendam, vel hinc patet, quod Bibliographi fere omnes eam ignorarint, et perperam quaesiverim in operibus *Quadrii, Amoretti,* et *Audiffred.* Ipsam tantummodo notatam inveni in *Bibl. Heidegg.*

—— Epistola Enee silvii: Picolominei iuueni non esse negandum amorem dicit. *Est haec Epistola, ut jam superius innuimus, ad* Sigismundum Austriae ducem, *data* ex Gretz die. xiii. d'cēbris āno. d. m. cccc. xliii. *Eius nomine scripta est altera* Epistola amatoria *ad* Lucretiam Regis Daniae filiam. *Tertia est* Epistola Anee silvii poete laureati sive Pii pape secundi de amoris remedio, *ad* Hippolytum mediolanensem *data* Ex Vienna secūdo Kal' Januarii. Anno domini. m. cccc. xliii. *Absolvitur verbis:* Amoris remedium finit.

In 4.° parvo..... XII. A. 48.

Continentur hae tres Epistolae foliis quatuor, earumque character est gallo-francus *Stephani Planckii:* destituuntur signaturis, foliorum numeris, ac custodibus.

Digitized by Google

Piccolhominei Augustini. Epistola ad Ludovicum de Valentia super inventionem in Etruria Commentariorum divi Thomae Aquinatis in Aristotelis Politica. *Extat praefixa huic operi*, Romae Impresso per Magistrum Eucharium Silber Anno dñi Mcccc. xcii. *Vide* S. Thomae. . . . . VIII. G. 11. et 12.

Piccolhominei Francisci. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat cum* Epistolis Politiani *in Lib. VIII. Operum. Vide* Politiani.

Piconis Blasii Fonticulani. De quatuor partibus Orationis declinabilibus libellus. *In primo folio averso legitur sequens* Angeli Fonticulani *Epigramma:*

Qui sophie cupict (sic) doctis florescere chartis:
Primum grammatices aggrediatur iter:
Nam uelut appetitur flauo proserpina ramo
Quem tulerit uarijs arbor auerna comis:
Sic doctrina graues que confectatur (sic) honores:
Grammatica ingeniis instituente venit:
Precipue iam nunc pico quam Blasius edit
Philosophus medicus grammaticusq3 probus:
Idem aquila genitus: quibus est uariabilis ordo
Partibus: has acri discutit ingenio:
Queq3 alij tantum exemplis docuere prio4:
Hic non exemplo: sed ratione docet.

In sequenti folio recto incipit Prologus, *titulo huic subjectus:*

Ad Illustrissimum dñm dominum Alfonsum Piccolomineum de Aragonia ducem Amalfie Comitem Celani Blasius Pico Fonticulanus de Aquila artium Medicine doctor de quattuor (sic) partibus oratiõis declinabilibus libellum utilem et subtilem.

Terminatur in folio tertio recto, et in aversa pagina occurrit alterum Auctoris Epigramma versuum 16, quorum priores duo sic leguntur:

Quicquid grammatice veteres scripsere libellis
Scire cupis: nostrum perlege quisquis opus.

Ad operis calcem, post verbum Finis, *habentur sequentia verba:* Hec igitur sunt Illustrissime Dux que ex diverso4 auctorum dispersis sententiis q̃nto faciliori modo potui coaceruare non destiti. Que si quid in se vtilitatis vel iucunditatis habẽt: omnium primo motori grates referamus: sin autem quid minus clarum aut minus bene dictum continẽt: quia ut beatus Joannes inquit nemo

Digitized by Google

est qui non peccet: illud totum nostre fragilitati precor imputetis: vt saltem per hec nostra ludibria ad veritatem investigantibus via reddatur apertior. Impressum Aquile Anno salutis. M. cccc. lxxxxiiij. die vero. xvi. Augusti Sanctissimo Alexandro vi. anno eius secundo.

Nicolaus Gordianus.

Quisquis inaudita et veterum dispersa libellis
Vis: lege quod Pico Blasius edit opus.

In ultima pagina aliud extat Epigramma

Ad Librum.

Quis te parue leget: quo tu liber ibis: ubiq3
Invenies qui te liuor amarus edet:
Qui te non poterit fragilis ratione probare
Te premet: vt nomen non sinat esse tibi
Quid nova relligio: quid mos nouus optat: et alter
Arte nova dicet quid petit iste sua.
Non oratoris color hic: non regula non ars
Barbarus hic: nullū cōstat adesse melos.
Nam socrates illinc: illinc democritus: illinc
Platonis veniet turba diserta ruens.
Nempe legent aliqui: sed te pars altera carpet:
Qui bona gustarunt: qui docuere legent
Murmura non timeas vulg (sic): nec nomina poscas
Dum placeas doctis quid vereare canes.

In 4.° parvo..... XI. B. 23.

Rarissima editio *Aquilae* excusa, quam *Audiffredus* tantummodo refert in *Specim. Hist. Crit. Edit. Italic. Saec. xv. pag. 8.* sed haud perfectam eiusdem descriptionem tradit: caeteri vero Bibliographi prorsus eam ignorarunt. Desideratur in hac Aquilana editione nomen Typographi, quem fuisse *Adamum de Rotwil*, aut *Eusanium de Stella*, qui tantummodo *Aquilae* Saec. xv. impresserunt, ut ex ipsius historia, et ex Annalibus typographicis edocemur, dicere nobis non licet. Ex duabus editionibus, quae ex praelis *Adami de Rotwil* prodiere, scilicet *Vite di Plutarco*, et *Iacobi de Bangio*, neutrius character cum charactere praesentis convenit; nec aliquod opus typographicum *Eusanii de Stella*, suo nomine notatum, huc usque videre nobis contigit. Editio est typo gallofranco, cum signaturis, quae pertinent usque ad *g. iii.* Verum tamen *f.* et *g.* sunt terniones, alia quaterniones.

Pici Ioannis Cartusiani. *Vide Tom. 1. hujus Catalogi, Art.* Cartusiani *pag. 157.*

Pici Mirandulae Ioannis. Opera. *Prima pagina Indicem operum hujus voluminis hoc pacto refert:*

75

Digitized by Google

Cōmentationes Ioannis Pici Mirandulae in hoc uolumine cōtentae : quibus anteponitur uita p Ioannē frāciscū illustris principis Galeotti Pici filiū cōscripta.
Heptaplus de opere sex dierum geneseos.
Apologia tredecim quaestionum.
Tractatus de ente et uno cum obiectionibus quibusdam et responsionibus.
Oratio quedam elegantissima.
Epistolae plures.
Deprecatoria ad deum elegiaco carmine.
Testimonia eius uitae et doctrinae.
Exibunt prope dies disputationes adversus astrologos aliaq3 cōplura tum ad Sacra aeloquia tum ad philosophiam pertinentia.

In folio averso imprimitur minutiori charactere Epistola, cujus inscriptio : Ioannes Franciscus Picus Mirandula Ludovico Mariae sfortiae vicecomiti Anglo Mediolanensium duci. S. *Data est epistola* Mirandulae Kalen. Marcii 1496. *In folio secundo recto incipit:* IOANNIS PICI MIRANDULAE VIRI OMNI DISCIPLINARUM GENERE CONSUMATISSIMI VITA PER JOANNEM FRANCISCUM ILLUSTRIS PRINCIPIS GALEOTTI PICI FILIUM EDITA. *Haec undecim plagulas occupat, exindeque incipit:* HEPTAPLUS JOANNIS PICI MIRANDULAE DE SEPTIFORMI SEX DIERUM GENESEOS ENARRATIONES AD LAURENTIUM MEDICEM. *Ad calcem Epistolarum legitur* Joannis Pici Miran. Deprecatoria ad Deum, *elegiaco carmine conscripta, quae terminatur verbo* FINIS. *Sequitur secunda Operis pars sub signaturarum serie* aa ii., *et prima voluminis pagina haec refert :*

Disputationes Joannis Pici Miran
dulae litterarum principis
adversus astrologiā
divinatricem qui
bus penitus sub
nervata cor
ruit

In folio secundo recto Epistola Editoris imprimitur, sub epigraphe : Joannes Franciscus Picus Mirandula Sacratissimo patri Oliverio Carafa episcopo Sabinensi Cardinaliq3 Neapolitano. S. *Alia ejusdem Epistola in averso folio imprimitur,* Veritatis amatoribus *inscripta; postea occurrit* Tabula, *et post vacuam paginam opus incipit, quod Prooemio subditur cum titulo :* JOANNIS PICI MIRANDULAE CONCORDIAE COMITIS IN DISPUTATIONES ADVERSUS ASTROLOGOS PROOEMIUM. *Ad operis calcem haec notata legi verba :* Disputationes has Joannis pici Mirandulae concordiae Comitis litterarum principis adversus astro-

Digitized by Google

logos: diligenter impressit Benedictus Hectoris Bononiēsis adhibita pro viribus diligentia ne ; ab archetypo aberraret. Bononiae anno salutis Mccccl**xxxx**v. die vero xyi. Julii. Registrum huius operis, *et Typographi signum adcedunt, quae excipiuntur a correctionibus errorum librorum contra* Astrologiam, *et Privilegio Typographo concesso a* Ludovico Maria Sfortia Mediolani Duce, *quod iterum excuditur post correctiones errorum in* Heptaplo.

In folio..... XI. F. 27.

In hac descripta editione observandum est, quod in fronte voluminis infra operum titulos haec leguntur verba: *Exibunt prope dies disputationes adversus astrologos* etc. etc. quae quidem *disputationes*, uti jam scripsimus, chronologicam notam gerunt in notitia typographica anni 1495. ast Epistola *Jo. Francisci Pici ad Ludovicum M. Sfortiam* data est *Kalen. Martii 1496.* in qua de operibus scriptis Patrui sic loquitur: *Multis laboribus elucubratae, multis suspiriis ab hominibus bonae mentis expectatae, et efflagitatae, multaque opera a nobis in unum ex litturato* (sic) *et multas in partes discerpto exemplari, redactae, quam proxime foras exhibunt..... Hos libros si a tractandis regni negotiis feriatus interdum degustaveris, fies extra omnem controversiam certior Astrologorum dogmata meracissimas esse nugas, et veluti somnia delirantium, eorumque praestigias his monumentis patefieri* etc. etc. Ante diem ergo *1. Martii 1456. Disputationes adversus Astrologos,* ipso earum Editore teste, publicam lucem nondum aspexerant. Cum Epistola *Jo. Francisci Pici* concors est Privilegium *Ludovici M. Sfortiae* favore Typographi datum *Comi die 7. Julii 1496.* quod Privilegium in tribus harum *Disputationum* exemplaribus, quae possidet haec Regia Bibliotheca, subjunctum legitur correctionibus errorum in ipsis admissorum; et ex hisce tribus unum colligatum est cum descripta editione. Ex his omnibus illud necessario consequitur, vel in subscriptione *Disputationum contra Astrologos* sub anno *1495.* impressarum, errorem in anno inesse; vel forsitan propositum fuisse Typographo novam earum editionem, pluribus aliis adjunctis opusculis nondum editis, adornare. At vero longe probabilius est a Typographo in subscriptione *Disputationum* erratum fuisse, omissa unitate in anni notis, qua praecedentibus adjecta, annus *1496.* designatus fuisset; cujus rei argumentum suppeditat tum Epistola *Io: Francisci Pici ad Ludovicum Sfortiam,* tum istius Privilegium ad Typographum, ambo cum anni nota 1496.

—— Exemplar alterum *secundae partis*..... XI. F. 13.

—— Exemplar tertium..... VIII. D. 26.

—— Alia editio. *In primo folio recto habetur contentorum Index hoc pacto:* JOHANNIS PICI MIRANDULAE OMNIA OPERA. = Joannis Pici Mirandulae uita per Joannem Franciscum Illustris principis Galeotti Pici Filium elegantissime conscripta. = Heptaplus de opere Sexdierum geneseos = Deprecatoria ad Deum elegiaco carmine = Apologia tredecim quaestionum = Tractatus de ente et uno cū obiectiōibus quibusdā et respōsionibus = Oratio quaedam elegantissima = Epistolae plures Joannis Pici Mirandulae = Testimonia eius uitae et doctrinae = Disputationum adversus Astrologos libri duodecim = Caecilii Cypriani episcopi Carthaginenses (sic) de ligno crucis carmen = Hoc in uolumine scribunt Epistolas hi viri clarissimi = Joannes Picus Mirandula = Io. Fra. Miran. Gal. Comitis filius = Hermolaus barbarus = Angelus Politianus = Frater Baptista carmelita = Matheus bossus ueronensis = Hieronymus donatus = Robertus saluiatus = Philippus beroaldus = Baptista guarinus = Christophorus landinus = Alexander cortesius = Bartholomeus fontius = Marsilius ficinus = Baccius ugolinus = Junianus maius parthenopeus. *In aversa pagina ejusdem folii habetur Epistola Nuncupatoria* Joannis Francisci Pici Mirandulae Ludovico Mariae sfortiae Vicecomiti Anglo

Digitized by Google

Mediolanensium duci ; *et in folio secundo* Vita Joannis Pici, *quae omnia notata sunt in praecedenti editione, quaeque terminantur in folio x. cum* Epitaphio Mirandulae , *et* Caecilii Cypriani episcopi Carthaginensis de ligno crucis carmine. *In folio sequenti incipit* Heptaplus, *cum titulo, ut in editione praecedenti laudata. In fine* Epistolarum , *quas excipiunt* Testimonia eius uitae et doctrinae , *legitur* FINIS . *Deinde:* Opuscula haec Joannis Pici Mirandulae Concordiae Comitis Diligenter impressit Bernardinus Venetus. adhibita pro uiribus solertia et diligentia ne ab archetipo aberraret: Venetiis Anno Salutis. Mccccl**xxxx**viii. die. **ix.** Octobris. *Adcedit Registrum: exinde:* CUM GRATIA ET PRIVILEGIO. *Sequitur secunda operis pars , in qua pariter continentur ea omnia jam recensita in editione praecedenti. Ad calcem* libri **xii.** adversus Astrologos *post verbum* FINIS , *sequentia verba habentur :* Disputationes has Joannis Pici Mirandulae cōcordiae Comitis. Littera4 principis adversus astrologos: diligenter impressit Venetiis per Bernardinum Venetum Anno salutis. M. CCCC LXXXX VIII. die uero. XIII. Augusti.

In folio..... XI. F. 14.

—— Exemplar alterum primae partis tantum..... XI. F. 13.

—— Epistolae sex, *quatuor scilicet ad* Angelum Politianum, *una ad* Hermolaum Barbarum, *et una ad* Jacobum Antiquarium. *Extant cum* Politiani Epistolis. *Vide* Politiani.

Pici Mirandulae Joannis Francisci. Liber de morte Christi, et de Studio divinae , et humanae philosophiae. *Prima pagina sequentia verba refert :* Joannis Francisci Pici Mirandulae de morte Christi et propria cogitanda libri tres. Ejusdem de studio divinae et humanae philosophiae libri duo. *Epistola Nuncupatoria in aversa pagina habetur, sub epigraphe :* JOANNES FRANCISCUS PICUS MIRANDULA HYERONYMO SAVONEROLAE FERRARIENSI ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM SERUANTISSIMO S. P. D. *Data* Mirandulae. xiii.. kl^as Nouembris. MCCCC nonagesimo sexto. *Sequuntur* Index Capitum totius operis , *et* JO. FRANCISCI PICI MIRANDULAE IN LIBROS DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA PROHEMIUM. *Opus incipit in folio quinto recto , subjectum titulo :* JO. FRANCISCI PICI MIRANDULAE DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA LIBER PRIMUS. *Ad calcem libri secundi leguntur verba:* FINIS LAUS DEO Maximo Optimo. *Sequitur protinus* Index capitū libro4 Joānis Francisci Pici Mirandulae de humanae et diuinae Philosophiae studio , *quem excipit Epistola Nuncupatoria, qua* JO. FRANCISCUS PICUS MIRANDULA ALBERTO PIO. SALUTEM *dicit. Data* Mirandulae Nono Kalendas Januarias. M. cccc**lxxxxvi**. *Incipit exinde* Prooemium *huic titulo subjectum :* JO. FRAN. PICI MIRANDULAE IN LIBROS DE STUDIO HUMANAE ET DIUINAE PHILOSOPHIAE PROOEMIUM; *quo absoluto , exoritur opus ipsum , et ad calcem Typographus notavit :*

DE HUMANAE ET DIVINAE PHILOSOphiae Studio Libri secūdi et ultimi Finis. Impressum Bo-

Digitized by Google

noniae p Bñdictū. Hectoreū bibliopolā Bononiē-
sem . Anno Domini. M. CCCC
LXXXXVII.
Die. xx. mē
sis Julii.

Occurrit deinde REGISTRUM Huius Operis; *et ultimo loco habentur* librariorum errata.

In 4.° parvo..... II. D. 32.

—— Exemplar alterum..... II. D. 36.

—— Hymni heroici tres, *qui sic in prima pagina annuntiantur:*

Joannis Francisci Pici Mirandulani Principis: Cō
cordiaeq3 Comitis Hymni heroici Tres ad Sā
ctissimam Trinitatem: ad Christum: et
ad Virginem Mariam: una cū
Commentariis Luculen
tiss. ad Jo. Tho
mam fi
liū.

In postica pagina habetur Epistola, qua Joannes Franciscus Picus Mirand. Joanni Thomae Filio S. D. *Hanc excipit* Joannis Francisci Pici. Mirandulae dñi Concordiaeque comitis Argumentum hymno4 carmīe Elegiaco. *Hoc absoluto, in folio secundo averso incipit* Joannis Francisci Pici Mirandulāi principis in suorū hymnorum adnotationes et interpretamēta Joanni Thomae filio dicata exordium, *quod terminatur in folio tertio recto, et in aversa pagina opus initium sumit a titulo:* Joannis francisci Pici Mirand. dñi Cōcordq3 (sic) Com. Hymnus ad Sanctiss. Trinitatem. *Ad calcem legitur tantummodo:* ΤΕΛΟΣ. *Alia duo folia occurrunt, quae continent* Joannis Francisci Pici Mirandulae Domini etc. Votum Pro Salute Coniugis, *carmine Elegiaco conscriptum. In fine legitur denuo,* ΤΕΛΟΣ.

In folio..... II. C. 7.

Suspicor praesentem editionem fuisse primam hujus operis, saeculo xv. desinente exaratam, eamque latuisse Bibliographos fere omnes. *Lambacher Catal. Bibl. Vindobon. pag. 264.* et post ipsum, *Tiraboschi Bibl. Modanese Tom. iv. pag. 115.* et *Panzer Tom. xi. pag. 39.* notant editiones omnes hujus operis, sed ad initium Saec. xvi. excusas; eo quia anni, loci, et Typographi notitia praeditas referunt; de praesenti vero editione notis typographicis prorsus destituta, laudati Scriptores omnino silent. Typographus rotundo charactere majori, et minori usus est; *Commentarium,* quod *Hymnos* circumdat, minori excuditur, et lineas 60. complectitur in paginis integris. Signaturae litteris, romanisque minoribus notis exprimuntur; foliorum numeri, et custodes desunt. In marginibus externis prope *Commentaria,* argumenta rerum, quae in ipsis commentariis tractantur, excusa habentur. Initiales *Hymnorum* xylographicae, *Commentarii* vero parvis elementis indicatae sunt.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... X. G. 51.

—— Vita Joannis Pici *Patrui sui. Extat praefixa primae Operum parti, jam descriptae. Vide* Pici Joannis.

—— Epistolae duae ad Antonium Paventinum. *Extant in opere* Joannis Pici. *Vide* Pici Joannis.

Picolhominei. *Vide* Piccolhominei.

Pictoris Q. Fabii. De aureo saeculo, et de origine urbis Romae. *Opus suppositum* a Nanio, *vel* Annio Viterbiensi. *Vide* Nanii.

Pierii Christophori. Epigramma ad Domicum Palladium Soranum. *Extat in libro* Epigrammaton Palladii. *Vide* Palladii.

Pii Joannis Baptistae Bononiensis. Adnotamenta in varios Auctores. *Praeit Epistola Nuncupatoria, titulo huic subjecta:* Annotationes Joannis Baptistae pii Bononiensis Ad reverendissimum protonotarium: Illustrissimum Marchionem Sigismundum de Gonsaga patronum colendum. *Hac absoluta, incipit protinus* Primum annotamentum perperam apud Martialem resinam pro remora in corruptis exemplaribus legi. *Ad calcem altera occurrit Epistola, quam mittit* Reverendissimo protonotario Marchioni Micantissimo Joannes Baptista pius. *Opus clauditur hac nota a Typographo adposita.*

Hieronymo Donato praetore sapientissimo: Bernardinus
Misinta papiensis castigatissime impressit: Brixiae
Saturnalibus. M. cccc. xcvi. Sūptibus
Angeli Britannici.

In folio..... XI. C. 13.

—— Commentarium in Mythologiam Fabii Fulgentii Planciadis. *Extat cum textu. Vide Tom. 1. pag. 318. Art.* Fulgentii.

Pii PP. II. *Vide* Piccolhominaei.

Pilati Pontii. Epistola ad Tiberium Imperatorem Romanum. *Extat cum Epistola* R. Samuelis. *Vide* Samuelis.

Huiusmodi Epistola inter fabulas recensenda satis innotuit eruditis.

Pimae Bernardi. Tetrastichon in laudem Domici Palladii. *Vide* Palladii.

—— Pinctoris Petri. Liber de morbo fedo, *sive* de morbo gallico, *quem voluit* tertiam esse variolarum speciem, *dixitque* Aluhumata; *Iste morbus multos mortales* Romae *ab anno 1493. ad annum 1499. adflixit, pustulis, et acerbis doloribus; quibus perinde unguentum Medici mercuriale cum plumbo con-*

Digitized by Google

junctum opposuerunt. Pinctor *conjunctioni planetarum ortuni morbi tribuit; neque tamen ignorat, contagio contrahi etiam potissimum cum muliere hoc morbo infecta. Praeit in postica pagina folii primi Auctoris Praefatio, sine ulla inscriptione, ad* Alexandrum VI. P. M., *quem alloquitur in toto opere, et in calce voluminis. Haec vero desinit in secundo folio recto, ad lineam XVII., et protinus sequitur Prologus, in quo de opere, ejusque divisione disseritur, quique terminatur in averso folio tertio, ad lineam XIV. Tum incipit* Capitulū primū in quo demonstrabit quid nominis et quid rei sit iste morbus occultus et fedus. *Opus concluditur XXII. capitulis, quorum ultimum desinit folio XLIII. recto, et in sequenti pagina ejusdem Typographi cura sequentia verba excusa habentur:* Explicit tractatus de morbo fedo et occulto his tēporibus affligente vm veram doctrinā doctorū antiquo4 aluhumata nominato editus per Petrū pinctor artium et medicine magistrū sanctissimi dni nostri Alexandri sexti medicum. Rome impressus per venerabilem virum dnm Eucharium Silber die nona mensis Augusti Anno salutis xpiane M. d. *Exinde sequuntur* Emendationes errorū vm ordinem capitulo4 supficierū et linea4: *eaeque terminantur in ultimo folio recto post lineam XXVI.*

In 4.° ..... XII. A. 55.

Tanta est hujus libri raritas, ut unicum ejusdem exemplar extiterit in splendida librorum collectione doctissimi viri *Dominici Cottunnii* f. r., qui primus ejus notitiam dedit in *Lib. de Sedibus Variolarum pag. 191. Edit. Viennae 1771.* et modo Sapientissimi Regis nostri FRANCISCI I. munificentia magno pretio emptum, et in hanc Regiam Bibliothecam inlatum est. Causa vero tantae raritatis, et propemodum oblivionis hujuscemodi libri, non fuit levitas operis, sed *Cottunius cit. l.* inquit; *Potius opinor editum illud opus suppressum fuisse illico, neque in vulgus dimanasse, quod Auctor persuasus, temporum praejudicio, quod morbus ille Astrorum maligno cuidam aspectui suam deberet originem ..... nihil dubitaverit, in curatione tradenda, mercurialis unguenti effectus in nonnullis Ecclesiae viris, aut etiam tunc Pontifici Maximo* ALEXANDRO VI. *Municipi suo cognatis, cujus fuisse Medicum affirmat* LINDANUS *de Script. Medic. pag. 904., et cui opus ipsum dedicavit, libere memorare. Nam in Cap. XVIII. in quo de unguentis ad dolores tollendos agit, inquit mercuriali unguento se inungere voluisse Rev. D. Cardin. De Seguorbia, qui hunc morbum patiebatur, cum terribilibus, et fortissimis doloribus, qui die ac nocte praecipue, in lecto quiescere, nec dormire poterat, stante tanta fortitudine dolorum, ut ad syncopem portarent ..... et paulo post, virulentiam materiae morbificae nonnunquam veluti cancrosam exaggerans, eam inquit visam fuisse in* PETRO DE BORGIA .... *demum hoc unguento se curasse inquit dominum* CENTES *Canonicum Illerdensem a doloribus fortibus in tibiis, brachiis, et aliis membris ..... Sed simplicitati viri, qui inter praecipuas causas morbum propagantes, non ignoravit esse coitum cum muliere habente hunc morbum, colophonem addit operis ad* ALEXANDRUM VI. *peroratio, in qua post deprecatam beatissimo Pontifici corporis, et animae salutem, sperat fore, ut ejus libelli opere, et consilio, iste morbus occultus in sua Sanctitate excelsa nullum nocumentum agere, et imprimere possit. Cujus operis rarissimum exemplar apud me est, quod puto ad Cardinalis alicujus bibliothecam pertinuit, uti ex appicto iconismo apparet initio operis.* Hujus libri mentionem fecerunt *Cottunnium* presso pede secuti *Haller Bibl. Medic. Pract. Tom. I. pag. 480. Marini Archiatri Pontif. Tom. I. pag. 255. Lampillas Saggio Storico-Critico della letteratura Spagnuola Par. II. Tom. II. pag. 214. Tiraboschi Tom. VII. Part. II. pag. 27. Andres Tom. VI. pag. 143. Edit. Rom. 1816.* etc. Character est gallo-francus, idemque omnino, quem *Silberus* adhibuit in aliis libris impressis. Nulla adponitur marginibus superioribus numeratio, et inferioribus nullus inhaeret custos; signaturae vero habentur litteris, arabicisque notis expressae. Initiales ab Illuminatore variis coloribus in spatiis a Typographo relictis insertae sunt. Eadem Illuminatoris industria margines superiorem, inferiorem, et externum primae paginae impressae, floribus, et gentilitio stemmate exornavit.

Digitized by Google

Pisanella summa. *Vide* Osimo.

Pisani Boni Accursii. Versio latina e graeco lvii. Fabularum Aesopi. *Extant cum textu* Aesopi. *Vide* Aesopi.

Pisani Victoris. Commentarium in Ciceronis Oratorem ad Brutum. *Extat cum* Ciceronis *textu. Vide* Ciceronis.

Pisis Bartholomaei de. Quadragesimale de contemptu mundi. *Prima voluminis pagina verba refert :* Quadragesimale Magistri Barthlolomei de Pisis ordinis minorum. De contemptu mundi : sive de triplici mundo Sensibili. s. Microcosmo : et Archetypo. *In secundo folio recto habetur Nuncupatoria Epistola Editoris cujus inscriptio.* Magister Joannes Mapellus Mediolanensis Reuerēdo patri. Juliano Miglenñ sacre theologie pfessori celeberrimo S. *Terminatur in aversa pagina , et subditur:*

Ad Lectorem Carmen.

Delituit Lector Pisanus Bartholomeus
Nec potuit doctis vtilis esse viris.
Curaq3 Johānis non est perpessa Mapelli.
Hoc tam divinum delituisse bonum.
Fallacem mundum fellit (sic) aq3 gaudia secli
Spernere opes cunctas edocet iste liber.

Sequuntur duae Tabulae xv. foliis contentae, quarum altera est Sermonum , *altera est* per Alphabetum sup ope q̄dragesimali ; *exinde in folio xvii. opus incipit a titulo :* In nomine Domini amē. Incipit quadragesimale opus de contemptu mundi editum a magistro Bartholomeo de pisis ordinis fratrum minorum. Anno domini. M. ccc. lxxxxvij. prologus. *Ad calcem :* Explicit quadragesimale de contemptu mundi divina gratiæ faciente editum a Magistro Bartholomeo de pisis ordinis fratrum minorum. Anno domini M.ccc.lxxxxvij. Cura pervigili Magistri Johannis de Mapello eiusdem ordinis conventus Mediolani correctum. *Post spatium duarum linearum :* Impressum Mediolani per Magistrum Vldericum scīzenzeler. Anno domini. M. cccc. lxxxxviij. *Adcedunt* Registrum , *et* Typographi *signum , jam notatum.*
In 4.° ..... II. D. 47.

Refertur hoc idem opus *Mediolani* impressum anno *1488.* a *Iohanne de la Caille in Historia artis Impressoriae*, et *Librariae* gallice scripta, pag. 32. ubi de *Mediolano* agit, sub nomine *Bartholomaei Albicii.* Quis fuerit iste *Albicius* Auctor Quadragesimalium Concionum, explorare non valui. Suspicatus autem sum , non alium eum fuisse , quam *Bartholomaeum de Pisis* , cuius Quadragesimali , edito *Mediolani* primum anno *1488.*, et postea *1498.* idem titulus *de Contemptu Mundi* inscribitur. Dubium omne abjeci , cum Eruditissimum *Saxium* consului , qui in historia litteraria Mediolanensi fusius de hac re agit, et deinde *Lucam Wadingum* in lib. de Scriptoribus Ord. Minorum; ab eis enim relatam inveni familiam *Albisiam* , sive *de Albizis* , e qua pro-

Digitized by Google

dierat *Bartholomaeus de Pisis.* Itaque *La Caille* cognomine tantum Auctoris usus est in adnotando hoc opere.

—— Exemplar alterum..... III. B. 16.

Pisis Raynerii de. Ord. Praedicatorum. Pantheologia, *seu* Summa universae theologiae, *a* Jacobo Florentino *edita. Praeit in folio primo Praefatio instructa hoc titulo:* Ad Reverendissimum in xp̄o patrem et dominum. B. miseratione divina sancte romane ecclesie dignissimum Episcopum cardinalem sabinensem placentinum vulgariter nuncupatum protectorem singularissimum ordinis predicatorum. fratris Jacobi florentini ordinis minorum praefatio in sequens opus fratris Raijnerij de pisis ordinis predicatorum incipit, *quae in quarta columna ejusdem folii ad lineam xxiii. terminatur. Tum protinus* Sequitur alius prologus, *qui in prima columna secundi folii desinit. Opus alphabetice dispositum incipit in secunda columna ejusdem folii a verbo* Absolutio. *Littera* A *in secunda columna folii lxxx. recti terminatur, et in postica pagina immediate* Incipit tabula pantheologie opis eximij p̄ distinctiones sub ordine alphabeti prima sub A. *Ad finem Tabulae litterae* I. *ubi tomus primus hujus operis concluditur, legitur:* Summe rayneriane prima pars quam alio vocant nomine pantheologiam finit feliciter. *Sequuntur tres aliae Tabulae, seu Indices foliis* 36. *contenti, qui forsan Compactoris incuria in duobus exemplaribus in hac Regia Bibliotheca extantibus, suti habentur in fine voluminis. Quaelibet Tabula Praefationem habet; prima I. Scripturae Auctoritates; secunda, materiarum diversitatem; tertia titulos comprehendunt. Ad calcem hujusmodi tertiae Tabulae legitur,* LAUS DEO: *Ejusdem* summae P. II., *quae initium sumit a littera* L. *Titulus primi capitis est:* Q⁹ tribus modis contingit laudare deum, *nam ab articulo de* laude dei *incipit. Ad calcem operis sequens prolixa nimis subscriptio habetur:* Ab anno dominice incarnationis. Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. liber pantheologia nuncupatus: non ad usum rerum homini speculum fabricans in quo suum conspiciat conditorem non creaturam cognoscere docens naturalis: vt philosophia: non hominem concludere rationalis quemadmodum philosophia: nō virtutes acquirere consuetudinales fines tanq̄m principales: moralis sicuti philosophia. Sed ipsa ex istius in omnium facultatū genere reginaq3 cui artes cetereq3 pedisseque sicuti famulantur. omnia fabricans. concludens. et acquirens. Deum cuius incōprehensibilia sunt iudicia: et inuestigabiles vie eius cuius sensum non est hominis sed gratie divine cognoscere. docens dyabolo resistere. mundum odire. carni familiari vt inimico diffidare caritatis exercicijs insudare. Divinorum pigmentorum appotheca: super mel et fauum delectabilis: que edētulam plebem verbum antiquum ac eternum principium: cibum quasi solidum ruminare non potēs. suo predulcissimo liquamine eius paradisum: mentem videlicet irrigans. aperiens. fluereq3 faciens: ac sorbillare. Thesaurum desiderabilem super aurum et lapidem preciosum multum: ac divine volūtatis fōtem concludens. feliciter finit. Pro cuius consumatione altissime trinitati simplicissimeq3 deitati: elevatis manib⁹ flexisq3 poplitibus corde profundissime humilitatis inclinato gratias refero. Amen.

77

Digitized by Google

In folio majori Tom. 2.°..... .:.....Ill. I. 1. 2.

Sine loci, et Typographi indicio. Editio praesens, quam multis additis, multisque distractis, et stilo ubique mutato, curavit *Iacobus Florentinus* Ord. Min., eo majoris est raritatis, quo minus notionis de ea habuere Bibliographi. *Quetif.* laudat quamdam sine loci, anni, et Typographi nota, et tres a *Koburgerio* annis *1474.* et *1477.* et *1486.* adornatas: praesentem vero penitus ignoravit. *Denis pag. 40. Supplementi* hanc nostram editionem a *Gunthero Zainer Augustae Vindelicorum* excusam refert, characterum argumento, et verborum libri cujusdam *Benefactorum Carthusiae Buxheimensis* innixus: ibi enim legitur a *Gunthero Zainer* inter alia volumina hanc *Pantheologiam* donatam Monasterio fuisse. *Veith.* in *Diatrib. praelim. Annal. Typograph. Zapfii pag. 19.* observat ex hac donationis notitia, haud certe concludi posse libros Monasterio oblatos, excudisse *Guntherum.* At *Braun Par. I. pag. 167.* disserte hanc editionem adiudicat *Gunthero Zainero* Augustensi Typographo, post collationem ab ipso factam cum aliis duobus operibus a laudato *Zainer* elucubratis, quae per ipsius legatum praedicto monasterio advenerant; eaque sunt *S. Gregorii Epistolae*, et *Flisci Synonyma.* Qui editionem *Gandavensem* huius operis anni *1459.* post *Quetif*, et *Fabricium* laudant, valde hallucinantur; tum quod nec extare posse videatur, tum quia ut *Denis* citato loco observat, de exemplari quodam MS. castigatius *Gandavi* edito verba faciunt. Opus chartae firmae admodum, ac mundae, typo rotundo, et nitido impressum est. Singulae paginae duas continent columnas, et quaevis earum lineas 60. complectitur. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri. Initiales litterae capituli primi cujuscumque distinctionis sunt ligno incisae, et deinde a Miniculario affabre pictae visuntur; reliquae vero ab ipso Miniculario sunt adpositae. Tomus primus folia 510. et secundus 482. concludunt. Exemplar nitidissimum, ac eleganter compactum.

Casimirus Oudinus Tom. III. Comment. Script. Eccles. col. 681. Raynerio hoc opus abiudicare, et *Petro Londinensi* vindicare conatus est, scribens: *Videtur Pantheologiam suam*, scilicet *Raynerius, verbotenus a Petro Londinensi Archidiacono accepisse. Favet huic sententiae nostrae titulus, qui huic operi inscribitur in editione Brixiensi anni 1581. in 4. nimirum: Pantheologia summam universae Theologiae veritatis complectens, ordine alphabetico disposita, a Raynerio de Pisis ordinis Praedicatorum recognita. Brixiae anno 1581. in 4. 2. vol. Hoc enim titulo insinuatur, Raynerium de Pisis non fuisse primum hujus Auctorem, sed illud antea ab alio scriptum ordine alphabetico tantum disposuisse, atque ad priorem Petri Londinensis Archidiaconi compositionem recognovisse.* Mirum certe, *Oudinum* majorem fidem unius editionis titulo adhibere voluisse, quam centenis aliis, quae *Raynerium* ut suum Auctorem agnoscunt, quam tot omnis aevi viris doctissimis, qui opus eidem adscribere haud dubitarunt.

— Exemplar alterum, *quatuor voluminibus compactum, cujus initiales pariter Miniculatoris industria valde decorantur*..... XII. I. 50. 53.

— Alia editio, *quae in duas partes etiam distributa, hoc modo se habet. In primo folio primae partis* Incipit Tabula etc. etc., *quae titulos, et capita ostendit, cui tres aliae adcedunt, cum Praefationibus. Has excipit Redactoris Prologus, sub titulo in antecedenti editione jam notato: Alter deinde Prologus ejusdem, primo subditur, ac tandem opus ipsum incipit. Ad calcem legitur:* Finit prima p's summe fratris Rainerii de Pisis ordinis p'dicato4, q3 diligentissime accuratissimeq3 emendata: atq3 impressa Venetiis cura ac impensis Hermanni Liechtēstein Coloniensis: Anno ab incarnatiōe dñi milleesimo quadringentesimo octuagesimosexto pridie idus Septembris. *Adcedit* Registrū chartarū, *quo absoluto, legitur*, LAUS DEO; *ac demum:* Sequitur secunda pars de Littera L.

Ejusdem Summae P. II., *cui praecedunt Tabulae cum Praefationibus, prima excepta, quae nullam habet Praefationem, sed titulum tantum:* Incipit tabula etc. etc. *In fine haec sunt verba excusa:* Finit secūda summe fratris

Digitized by Google

Rainerii de pisis ordinis p'dicato4: et in hoc cōpletū est totū opus summe Raineriane maxima cum diligentia: sūmaq3 cura acvigilia emendatū atq3 ordinatū: Impressum venetiis impensis Hermāni Liech-tensteyn Coloniens' Anno ab incarnatōne dñi. m. cccclxxxvj. p'die Idus Septembris. Registrum *adcedit*, *cui subditur*, LAUS DEO.

In folio Tom. 2..... IV. G. 5. 6.
—— Exemplar alterum..... III. G. 5. 6.
—— Exemplar alterum *primae partis tantum*..... III. G. 17.

Pithsani Joannis. *Vide* Peachhami Joannis.

Pizamani Antonii. Vita S. Thomae Aquinatis, *cum Praefatione, cujus titulus*: Antonii pizamani patricii veneti doctoris clarissimi in divi Thomae aquinatis vitam prefatio ad Augustinum barbadicum veneto4 p̄ncipem Illustrissimum. *Vita absoluta, sequuntur S. Doctoris opuscula ab eodem* Pizamanu *collecta, quibus praefigitur alia Praefatio, sic inscripta:* Antonii Pizamani patricii veneti doctoris clarissimi in divi Thome Aquinatis opuscula p̄fatio ad Reverendissimum in christo patrem dnm nicolaū francū Tarvisinū ac legatum apostolicū. *Ad calcem:* Impressa Venetiis ingenio ac impēsa Hermanni Lichtenstein Coloniensis. Anno salutis. M. cccc. xc. vij. Idus Septembris Augustino barbadico Venetiarum principe illustrissimo existente. Laus Deo. *Extat cum opusculis* S. Thomae. *Vide* Thomae Aquinatis.

In folio..... I. D. 2.
—— Exemplar alterum..... I. D. 3.
—— Exemplar tertium..... I. D. 7.
—— Alia editio, *quae ad calcem hanc notam typographicam gerit:* Venetiis mandato et expensis Nobilis viri dñi Octaviani Scoti Modoetiensis. et Cura ingenio Boneti locatelli Bergomensis 11. kal. Ianuar. 1498. *Extat cum opusculis* S. Thomae.

In folio parvo..... III. G. 9.
—— Exemplar alterum..... II. H. 9.
—— Exemplar tertium..... II. H. 14.
—— Exemplar quartum..... II. H. 4.
—— Exemplar quintum..... II. H. 5.

Digitized by Google

P L

Placentia Guilelmi de. *Vide* Saliceto Guilelmi de.

Placiadis. *Vide* Fulgentii. *Tom. 1. pag. 318.*

Placidi Lactantii. *Vide* Lactantii.

Planciadis. *Vide* Fulgentii.

Planci Gnei. Epistolae XI. Ad M. T. Ciceronem. *Extant in lib. x.* Epistolarum Ciceronis ad familiares. *Vide* Ciceronis.

Planudis Maximi. Vita Aesopi, *graece. Ad calcem legitur:* Bartholomaei pelusii Iustinopolitani: Gabrielis bracii Brasichellensis: Ioannis Bissoli: et Benedicti Mangii Carpensium sumptibus impressa. *Extat in collectione ejusdem* Planudis Fabularum Aesopi. *Vide Tom. 1. hujus Catalogi Art.* Aesopi *pag. 12.* XII. A. 16.

—— Alia editio, *graece, cum latina versione* Rinucii Thettali, *edita* a Bono Accursio Pisano. *Extat in eadem collectione* Fabularum Aesopi. *Vide* Aesopi *in Tom. 1.* pag. 12..... X. A. 3.

—— Alia editio, *et ejusdem* Planudis vita, *cum Italica paraphrasi* Francisci Tuppi Neapolitani. *Extat cum* Fabulis *ab eodem* Francisco *e graeco in Italicam paraphrasim traductis. Vide ibidem* Aesopi..... XI. C. 29.

—— Alia editio impressa Venetiis per Manfredum de monteserrato Mcccclxxxxiij. *Extat cum* Aesopi Fabulis. *Vide ibidem in T. 1. Art.* Aesopi..... X. B. 24.

—— *Ejusdem* Anthologia, *sive collectio* Graecorum Epigrammatum. Florentiae 1494. *Vide Tom. 1. hujus Catalog. pag.* 33. *Art.* Anthologia. . XII. D. 20.

Platea Francisci de. Opus Restitutionum, Usurarum, et Excommunicationum. *In prima pagina* INCIPIT TABULA RESTITUTIONUM USURARUM ET EXCOMMUNICATIONUM EDITA PER VENERABILEM DOMINUM FRATREM FRANCISCUM DE PLATEA ORDINIS MINORUM. *Hanc duae aliae excipiunt, scilicet* Usurarum, *et* Restitutionum, *et omnes comprehendunt folia 29.: iisque absolutis:* INCIPIT OPUS RESTITUTIONUM VTILISSIMUM A REVERENDO IN CHRISTO PATRE FRATRE FRANCISCO DE PLATEA. BONONIENSE ORDINIS MINORUM DIVINIQuE VERBI PREDICATORE EXIMIO EDITUM. *Ad calcem legitur sequens epigramma:*

Quem legis impressus dum stabit in aere caracter
Dum non longa dies vel fera fata prement.
Candida perpetue non deerit fama Cremone
Phidiacum hinc superat Bartholomeus ebur.
Cedite calcographi: millesima vestra figura est
Archetypas fingit solus at iste notas.

Digitized by Google

Huic subjungitur impressionis notitia hoc pacto: M. CCCC. LXXII. NICOLAO TRUNO DUCE VENETIARUM REGNANTE IMPRESSUM FUIT HOC OPUS FELICITER.
In 4.° parvo..... XIII. A. 3.

Editio princeps hujus operis, quamquam *Cl. de Rossi pag. 49.* aliam editionem referat hujus anni 1472. sine nomine Typographi, quae forte ipsa haec nostra est. Nitor rotundorum typorum, chartae mundities, ac firmitas; nec non apta symmetria linearum, quae in qualibet integra pagina 32. numerantur, Typographi solertiam haud parum commendant. Numeri arabici in marginibus externis indicant periodos, vel quaestiones; internis, superioribus, et inferioribus nusquam prelum signa impressit: adeo ut incassum quaesiverim custodes, signaturas, foliorum numerationem; et initiales, pro quibus spatia tantum extant.

—— Alia editio. *Praecedunt* Tabulae, *cum titulo, ut in praecedenti editione; et 18 plagulas complectuntur, quarum extrema pagina vacua est. Opus eidem subditur inscriptioni, quam vidimus in praecedenti. Ad calcem post verbum* FINIS, *idem extat Epigramma, sed pro nominibus* Cremonae, *et* Bartholomeus, *legitur* Basileae, *et* Leonhardus. *Epigrammati subjecta sunt haec verba:* M. CCCC. LXXIII. NICOLAO TRONO DUCE VENECIARUR (sic) REGNANTE IMPRESSUM FUIT HOC OPUS PADUE FOELICITER.
In folio parvo..... V. E. 9.

Formae litterarum rotundae, ac satis splendidae lineas 40. implent in paginis integris hujusmodi editionis; ejusque charta spissa ac nitida adparet. Custodibus, et numeris foliorum ipsa destituitur; signaturae vero in extremitate marginum inferiorum exhibentur. Numeri arabici in externis marginibus rudis formae visuntur, et pro initialibus spatia relicta fuere.

—— Exemplar alterum..... VI. E. 19.

—— Alia editio, *cui praeeunt Tabulae xvi. foliis contentae, et operis titulus, uti in praecedentibus editionibus. Ad calcem, Typographi sequentia verba impresserunt:* Adest hic finis opis restitutionū ꝑutilis Reverēdissimi ī xp̄o patris fratris Frācisci de platea bononiēsis ordinis mino4 cui' impressio venetijs extat facta ductu et impensa Iohānis Colonie agrippinēs': ac Iohānis māthen de gherretshem: q̄ una fideliter circa hoc̄ se gerūt. Anno. M.°cccc. lxxiiij. Die xxv. Martij.
In 4.°..... IV. A. 1.

—— Exemplar alterum..... IV. A. 2.
—— Exemplar tertium..... IV. A. 3.
—— Exemplar quartum..... IV. A. 5.
—— Exemplar quintum..... IV. A. 6.
—— Exemplar sextum..... IV. A. 15.
—— Exemplar septimum..... IV. A. 16.
—— Exemplar octavum..... IV. A. 17.

—— Alia editio *praecedenti persimilis; et ad calcem eadem typographica notitia occurrit, ab iisdem Typographis adposita, excepta tantummodo nota chronologica, quae legitur:* Anno. M. cccc. lxxvij. die xxij. Januarij.
In 4.°..... IV. A. 4.

Digitized by Google

—— Alia editio, *cui desunt Tabulae, saltem in hoc nostro exemplari. Nullus titulus operi praefigitur, pro quo vacuum spatium tantum extat. Opus incipit absolute:* RESTITUTIO. Primo. Vtq3 restitutio sit de necessitate salutis etc. Restitutionis *tractatus absolvitur in calce folii lx. recti, verbis* deo gratias, *et post vacuam paginam, incipit tractatus de Usura in folio lxi. recto, qui terminatur folio xcvi. recto ad lineam xxvii. hac conclusione.* AMEN. Et sic c̄ finis de quo ipse gloriosus laudet⁹ deus ī saeculo4 secula amen. *In aversa pagina* INCIPIUNT EXCOMMUNICATIONES MAJORES, *quae folio recto cxxxiii. ad lineam viii. finiunt, et deinde denuo legitur:* Deo gratias.
In folio..... VI. E. 7.

Haec elegantissima editio, cui deest anni, loci, et typographi notitia, recensetur a *Denis in Suppl. pag. 640.* a *Rossi pag. 49.* a *Panzer. Tom. 4. pag. 176.* et a *Morellio in Catal. Pinell. Tom. 1. pag. 152.* qui jure, meritoque suspicatur ipsam vetustiorem esse praecedentibus omnibus aliis; ac principem hujus operis deberi appellari. Character rotundi venustissimi moduli, 40. lineas implet, si paginae integrae rationem habeas. Custodes, foliorum numeratio, signaturae, et initiales omnino a Typographo omittuntur; et in amplis marginibus haud numeri arabes, vel romani visuntur, ut in praecedentibus editionibus, jam notatis.

PLATEARII JOANNIS. Expositio Antidotarii Joannis Mesue. *Vide* Mesue.

PLATI PLATINI, (*vulgo* Piattino Piatti) Mediolanensis. Libellus de carcere, *versibus latinis hexametris, et pentametris, ut plurimum,* Conditus. *Titulus praeit:* PLATINI PLATI MEDIOLANENSIS AD MAGNIFICUM THOMAM THEBALDum BONONIENSEM EQUITEM AURATUM AC DUCALEM SENATOREM CLARISSIMUM LIBELLUS DE CARCERE. *Ad calcem, post epigramma ad* Laurentium Medicem *de* Juliani *fratris ejus obitu, legitur solummodo,* FINIS.
In 4.° parvo..... X. B. 15.

Sine notis typographicis. *Denis* in *Supplem. pag. 640.* editionem hanc memorat, velut in Caesarea Bibliotheca existentem. Eruditissimus *Fossius Tom. 11. pag. 359.* ex inspectione chartae signatae cruce *Gaddiae Florentinae Gentis*, et ex forma characteris, concludit praesentem libellum fuisse *Florentiae* impressum. Ejus rotundus typus circiter 28. lineas implet in paginis integris, et unico absolvitur fasciculo duodecim plagularum; in quibus signaturae tantummodo visuntur; custodes vero, et paginarum numeri omnino desunt; initialesque parvis supplentur formis.

—— Exemplar alterum..... X. B. 16.

PLATINAE BARPTOLEMAEI. Vitae Pontificum *a* S. Petro *usque ad* Paulum II. *inclusive, quibus* Iesu Christi *vita praefigitur. In duobus exemplaribus extantibus in hac Regia Bibliotheca deest primum folium, quod continet brevem* Hieronymi Squarzafici *epistolam ad* Platinam, *et Registrum signaturarum, et quaternionum, uti discimus ex* Maittairo, Schw, Crevenna, *et aliis: proinde opus incipit in secundo folio recto, a titulo:* PROEMIUM PLATYNAE IN VITAS PONTIFICUM AD SIXTUM. IIII. PONTIFICEM MAXIMUM. *In tertio folio recto incipit opus praevia inscriptione:*

Digitized by Google

PLATINAE HISTORICI LIBER DE VITA CHRISTI: AC PONTIFICUM OMNIUM: QUI HACTENUS DUCENTI ET VIGINTIDUO FUERE. *Ad operis calcem:* Excellētissimi historici Platinae ī vitas sūmo4 pōtificū ad Sixtum iiij. pōtificē maximū p⁹clarū op⁹ foelicit⁹ explicit : accurate castigatū ac īpēsa Iohānis de Colonia agrippinesi⁹ ei⁹q3 socij Iohānis māthen de gheretzem. iij. id⁹ Iuuii (sic) īpressum anno salutis christianae. M. cccc. lxxix. Laus deo.
In folio parvo..... XII. E. 9.

De hac editione adeas *Seemiller Fasc. 11. pag. 44.* qui primam omnium putat; et *Denis* in *Supplem. pag. 76.* rarissimam appellat. Ipsa vero excusa est rotundis, ac nitidissimis characteribus, qui lineas 39. in pagina quavis integra complectuntur. Ordo signaturarum absolvitur litteris, arabicisque numeris; initiales desunt, nec non custodes, et numeri plagularum.

—— Exemplar alterum..... XIX. I. 17.

—— Alia editio, *cujus primum folium aversum continet:* PROEMIUM PLATINAE IN VITAS PONTIFICUM AD SIXTUM. IIII. PONTIFICEM MAXIMUM. *In secundo folio recto incipit:* PLATINAE HISTORICI LIBER DE VITA CHRISTI: AC PONTIFICUM OMNIUM: QUI HACTENUS DUCENTI ET VIGINTIDUO FUERE. *Ad calcem legitur* FINIS, *ac deinceps:* Excellētissimi historici Platinae ī vitas sūmo4 pōtificū ad Sixtū. iiii. pōtificē maximū praecla4 opus foeliciter explicit accurate castigatū ac īpensa magistri Joānis vercellensis. M. cccc. lxxxv. die x. februarii.
In folio parvo..... XIX. I. 18.

Sine loci mentione. *Ioannes Vercellensis* eodem anno *Tarvisii T. Livium* impressit, iisdem characteribus, quo opus hoc exprimitur; adeo ut dubitari nequeat ibidem opus fuisse excusum, uti observant Bibliographi fere omnes.

—— Exemplar alterum..... XIX. I. 19.
—— Exemplar tertium..... XIX. I. 20.
—— Exemplar quartum..... XIX. I. 21.

—— De obsoniis, honesta voluptate, et valetudine *Incipit Tabula in folio primo averso, praeviis verbis:* PLATYNAE DE HONESTA VOLUPTATE ET VALETUDINE LIBRI PRIMI CAPITA. *Ad calcem Tabulae, quae duabus columnis distinguitur, et quarto folio averso desinit, notatur:* CAP. LIB. PLATYNAE DE OBSONIIS ET HONESTA VOLUPTATE ET VALETUDINE FI. *Typographica notitia hisce proxime adcedit, hoc pacto expressa:* VIRI. DOCTISSIMI Platynae opusculum de Obsoniis ac honesta voluptate: impressum Venetiis labore et diligentia Laurentii presbyteri d⁹ Aquila: nec nō Sibyllini Vmbri Duce inclyto Petro Mocenico. Idibus Iuniis M.cccclxxv. *Opus incipit in sequenti folio recto, cum inscriptione:* PLATYNAE DE HONESTA VOLUPTATE ET VALETUDINE AD AMPLISSIMUM AC DOCTISSIMUM. D. B. ROVERELLAM. S. CLEMENTIS PRAESBITERUM CARDINALEM. LIBER PRIMUS. *Ad calcem operis legitur dumtaxat:* PLATYNAE DE OBSONIIS LIB. FIN.
In folio parvo..... XII. C. 33.

Digitized by Google

Prima hujus operis editio, licet Bibliographi quamplurimi aliam notent excusam *Romae* circa annum 1473. inter quos est *De Bure fils aine* in *Catal. libr. Biblioth. Ducis de la Valliere*, quae tamen editio nusquam extitit. Eorum erroris causa est quod in exemplaribus desunt quatuor priora folia, quae argumenta x. librorum operis continent; ad quorum argumentorum calcem legitur nota typographica, uti jam diximus. Deesse autem in quibusdam exemplaribus, ac praesertim in laudato exemplo Bibliothecae *Ducis de la Valliere* quatuor priora folia, ex subjuncta *Deburii* descriptione manifestum fit. *Elle est* (inquit) *à longues lignes, sans ciffres, rèclames ni signatures. La premiere page* (est prima operis, et nona totius voluminis), *qui contient 32. lignes, commence par ce titre imprimé en lettres capitales.* Titulus idem, quem nos supra notavimus. Sequitur *Deburius: Le derniere feuillet verso, dont le nombre des lignes est de 4. finit ainsi;* sicuti terminatur exemplar nostrum. Quae quidem omnia, ne minimo quidem apice excepto, ad amussim congruunt editioni Venetae anni 1475. Eius autem characteres valde similes esse, uti subjicit laudatus Bibliographus, characteribus *Iustini* per *Udalricum Han*, anni (ut ipse ait) 1469., magnamque etiam affinitatem habere cum characteribus *G. Laver*, concedi potest; dum tamen probe teneatur, alios omnino esse ab utrisque. *Platinam* autem *Correctorem* fuisse Typographiae *G. Laveri*, ut idem postremo ait, est gratuita *P. Laire* assertio, sicuti recte docet *Audiffredus.*

—— Exemplar alterum, *cui deest* Tabula, *jam in praecedenti notata, et nota* typographica..... VII. A. 51.

—— Alia editio. *In prima pagina adparet inscriptio operis*: Platyne De Honesta Voluptate: et Valetudine. ad Amplissimum ac Doctissimum. D. B. Roverellam. S. Clementis Presbyterū Cardinalem. Liber Primus. *In fine leguntur hujusmodi verba:*

† . Finis . †
Viri doctissimi Platyne opusculum de Obsoniis: ac de honesta voluptate et valetudine impressum in Civitate Austrie:
impensis et expensis Gerardi
De Flandria. Venetiarum
Duce Inclito Iohanne Mocēico
† Nono kalendas Novembris. †
M.° cccc.° lxxx.°
† Laus Omnipotenti Deo †.
†.

Tabula adcedit, quam excipit Cartarum presentis operis registrum. In 4.° parvo..... XII. B. 67.

Maittairus T. 1. pag. 299. editionem hanc retulit, velut impressam *Viennae Austriae;* sed *Denis* in *Indice critico pag. 779.* recte observat *Civitatis Austriae* nomine intelligi debere urbem, quae vulgo *Cividal del Friuli* adpellatur.

—— Alia editio, *quae in prima pagina sequentia verba continet, majusculis typis excusa:* Libellus platinae de honesta voluptate ac valetudine. *Inscriptio praefixa primo operis libro, qui incipit in folio secundo recto, ita exprimitur:* Platynae de Honesta Voluptate: et Valetudine. ad amplissimum ac Do-

Digitized by Google

tissimū D. B. Rovellam (sic) S. Clementis Presbiterum Cardinalem. Liber primus *Legitur ad calcem* FINIS. Laus Deo trino; *ac deinceps:* Habes splēdidissime lector uiri doctissimi Platinae opusculum de obsoniis: de honesta uoluptate ac ualetudine diligenterq3 Bononiae Impressum per Ioannem antoniū platonidem Benedictorum bibliopolam necnon ciuem Bononiensem sub Anno domini. Mccccxcix. die uero. x. mensis Maii. Ioanne Bentiuolo foeliciter illustrante. *Sequitur* Tabula huius opusculi, *et ultimo loco* REGISTRUM.

In 4.o parvo..... VIII. B. 51.

—— Alia editio, *cujus titulus in prima pagina sic habetur:*

PLATINE DE HONESTA VOLV
PTATE ET VALITUDINE (sic) AD
AMPLISSIMUM AC DOCTISSI
MUM. D. B. ROVERELLAN. S.
CLEMENTIS PRESBITERUM
CARDINALEM LIB. INCIP.

In ultimo folio recto ad lineam xx. opusculum terminatur, hac conclusione:

PLATINE DE OBSO
NIIS. LIB. FINI.

In 4.° parvo..... XII. A. 36.

Sine notis typographicis. Editio procul dubio Romana, et forsitan ejus operis prima, quisquis ejus fuerit Artifex. Latuit *Audiffredum*, saltem in *Catal. Hist. Crit. Rom. Edit. Sæc. xv.* nam ejusdem *Supplementum* adhuc desideratur in hac Regia Bibliotheca. Latuit insuper Bibliographos fere omnes, et forsan a nobis primum excitatur. Excusa est rudissimo inaequali charactere Romano, incerti Typographi in charta aliquantulum fusca, sed compacta, et levigata: paginae integrae implentur 30 lineis. Signaturae, custodes, foliorum numeri, ac initiales aeque desunt, et pro interpunctionis signo, punctum tantum visitur: Foliis 106. constat opus.

—— Exemplar alterum..... VIII. B. 52.

—— *Idem opus, italice. In folio primo averso:* In comīcia (sic) la tavola di le viuande fructi sapori et magnari di diversi paesi che sonno (sic) anotadi p ordine in diece libri di platina. *Opus incipit in folio quinto recto, praecedente titulo:* Di Platina: dº la hōesta voluptate: et valitudine: ad lo āplissimo et doctīssimo signore. B. Roverella. Di sctō clemente. pºte Cardīale. libro pºmo. *Ad calcem haec sunt notata verba:* Qui finisse Platina di li obsonnij (sic) stampata in Venetia. nel. anno del signore M. cccclxxx. vij. adi. xv. de Decembrio. Deo gratias. *Duo capita, seu additiones adcedunt, cum titulo:* Di buzulati peverati. Buzulati di farina pura bianci. *Postea legitur,* FINIS.

In 4.° parvo..... VIII. B. 10.

Sine nomine Typographi. Character est gallo-francus, et 38. lineas implet in paginis plenis. Inferiores margines praescferunt signaturas, quae excludunt quatuor priora folia, in quibus Tabula conti-

Digitized by Google

netur; superiores vero numeros foliorum ostendunt, sed nullo pacto custodes visuntur. Ex initialibus quaedam ligneae florentes occurrunt.

—— Alia editio. *Praecedit folium vacuum, cui subjungitur Tabula, sub titulo :* Incomīcia la tauola di le uiuande fructi sapori et magnari de diuersi paesi che sōno anotandi p ordine in diece libri di platina. *Hanc vero Tabulam opus sequitur, quod inscriptionem praefixam gerit :* Di Platina de la honesta uoluptate: et ualetudine : ad lo amplissimo et doctissimo signore. B. Roverella : Di sancto clemente: prete Cardinale: libro primo. *Opere absoluto, haec legi:* Qui finisse Platina di li obsonii stampata in Venetia. nel anno del signore.M.cccc. lxxxxiiii. a di xxv. de Agosto. Deo gratias. *Additio, ut in praecedenti descripta sequitur.* In 4.° parvo. ..... VIII. B. 9.

Sine nomine Typographi. Insunt cuivis integrae paginae 29. lineae rotundi characteris; nullus vero custos, aut foliorum numerus adponitur. Signaturarum series jungitur litteris, romanisque notis; et initiales parvis litterarum typis supplentur.

Platonii Grammatici. Apospasmation de differentia, et diverso charactere Comoediarum Aristophanis, *Graece. Extat cum* Aristophanis Comoediis. *Vide* Aristophanis.

Platonis. Opera, Marsilio Ficino Interprete, *cum* Prolegomenis, Argumentis, *et* Commentariis. *In prima pagina legitur sequens Epigramma:*

NALDUS NANDIUS FLORENTINUS
IN HUIUS OPERIS LAUDEM

Cum deus ethereis hunc mittere vellet ab oris
Qui supero nobis a iove dona daret.
Divinum celsa dimittit ab arce platona
Cui sacra tutele philosophia foret.
Accipīt officiumq3 datum Plato letus et acri
Mente subit tante iura tuenda dee
Illius ac ponit capiti redimicula mitre
Vngit et unguentis tempus utrunq3 Sacris.
Membra tegit peplo q3 palladis esset amictus
Sub pede purpureas spargit ubiq3 rosas
At modo ne pereat tante pietatis imago
Neue suum perdat philosophia decus.
Marsilius terris alter Plato redditus est qui
Factitet hec eadem: que dedit ille prius.
Divus Plato.

In postica pagina, incipit Prohemium Marsilii Ficini Florentini in libros Platonis ad Laurentiū Medicē virū magnanimū, *quod sequuntur* Platonis vita : et

Digitized by Google

primo genealogia et genesis ; *Monitum Censorum* Ad Lectorem , *et* Tabula librorū Platonis. a Marsilio Ficino Florentino traducto4. Itē insunt partim argumēta partim autē cōmētaria : per eūdem Marsilium in libros eosdem composita. *Haec omnia quatuor priora folia complectuntur. Opera incipiunt ab* Hipparcho, *çui praefigitur* Argumentum Marsilii, *et in* libris Theologiae *desinunt. Typographica nota hujusmodi legitur ad calcem :* Impressum Venetijs per Bernardinū de Choris de Cremona et Simonē de luero impēsis Andree Toresani de Asula. 15. Augusti. 1491. *Sequitur* Registrum, *quod excipit* Tabula Capitulorum. In folio..... XII. H. 59.

De hac editione , quam principem nonnulli Bibliographi appellant, *De Bure le Ieune Bibliogr. Instruct. n. 1260.* sic loquitur : *Cette édition est assez estimée, et elle a cela de recommandable, qu'elle a été revue par le fameux* Marcus Musurus. *Il en existe une autre edition imprimée a Florence sans date* (de qua inferius) *que les uns regardent comme antérieure à celle que nous annonçons, et les autres comme posterieure. L'on ne fait pas grand cas de cette derniere, et les exemplaires en sont peu recherchés.* Charactere gallo-franco excusa est , et in unaquaque ex duabus columnis lineae 62. numerantur. Signaturae , et custodes habentur. Plagulae numerantur notis *1* — 444., sed quatuor priores carent numeris ; inscriptiones in superioribus occurrunt marginibus ; initiales minutis admodum formis exprimuntur.

—— Exemplar alterum..... VII. A. 1.

—— Exemplar tertium..... VIII. F. 17.

—— Alia editio, *tribus voluminibus contenta. Opera primi voluminis incipiunt ab* Hipparcho, *et desinunt in* Gorgia. *In aversa folii primi pagina exorditur* Prohemium Marsilii ficini florētini in libros Platonis ad Laurentium medicem Virum Magnanimum. *Terminatur in quarta folii secundi columna ad lineam sextam. Sequentia quatuor folia* Platonis Vita *complectitur ; et in septimo folio recto occurrit* Tabula librorum platonis a Marsilio ficino florentino traductorum etc. etc. *Tabula haec primam occupat columnam, ad cujus finem haec habentur :* Primi decē libri ad Cosmū medicē ex reliq⁹ āt novem qdē ad Petrū medicē : septē vero atq3 triginta, imo vero Cuncti ad Laurentiū medicem. *In secunda columna versionis Auctor enumerat Censores, quos adhibuit. In folio octavo ipsum opus a sequenti inscriptione incipit :* Marsilii Argumentum in Hipparchum. PLATONIS GORGIAS *huic volumini in tertia columna folii 209. ad lineam xli. finem imponit.*

Volumen secundum initium sumit his verbis: COMMENTARIUM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIUM PLATONIS DE AMORE . CAPITULUM. I. *Capitulum xvii. finitur in quarta columna folii xxviii. ad lineam xxv., cui subjectum legitur :* FINIS : *exinde :* Impressum Florentie per Laurentium . uenetum. *In folio xxix. incipit* Platonis Conuiuiū de Amore . A marsilio ficino translatum ad Laurentium Medicem. Virum Clarissimum. Persone dialogi. Apollodorus. familiares apollodori. Glaucon. Aristodemus Socrates. Agathon. Phedrus. Pausanias. Erixymacus. Aristophanes. Diottima. Alcibiades. *Desinit volumen in libro* De Republica, *cui subjectum legitur ad calcem secundae columnae folii clxxi. recti :* Rei p. Platonis finis.

Volumen tertium incipit a Compendio Marsilii ficini in Timeum. Et pri-

Digitized by Google

mum de subiecto libri, *et clauditur opus libro Epistolarum; in prima enim columna folii clxii. aversi legitur:* Epistola4 Platonis finis. *His dein legitur subnexum:* Impressum Florentie per Laurentiū Venetū. *Folia quatuordecim continent:* Emendatiões errorum librarii iuxta numerum cartarum atque columnarum. *Ad calcem* Naldi Nandii in huius operis laudem *Epigramma habetur, de quo supra dictum est.*

In folio Tom. 3..... VII. A. 15. 17.

Haec editio tum characterum gallo-francorum elegantia, tum chartae albedine, ac firmitate, tum marginum amplitudine haud parum superbit. Initiales litterae partim sunt omissae, partim parvae adjectae. Plagularum fasciculi litteris sunt insigniti; custodes vero, et paginarum numeri desiderantur. Tituli in superiori margine typo romano sunt expressi. Distinctionis signa omnia observantur. Pagina quaevis in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 46. lineas exhibet. Editio haec rarissima, ac tanquam omnium prima laudatur a *Baur*, *Denis*, et *Schelhorn*, qui ex epistola Nuncupatoria, illam intra annos 1480 -- 1490. in lucem prodiisse colligit.

—— Exemplar alterum *duobus voluminibus compactum*.. VIII. F. 29. 30.

—— Exemplar alterum *secundi voluminis*..... VII. A. 18.

—— Epistolae *graece. Extant excusae in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... ..... XVII. G. 36.

—— Charmides de temperantia, Angelo Politiano *Interprete. Extant in lib. xii.* Epistolarum Politiani, *cum ejusdem Praefatione ad* Laurentium Medicem. *Vide* Politiani.

Platyna Barptolomaei. *Vide* Platina

Plauti M. Accii. Comoedíae. *Praeit Nuncupatoria Epistola, qua* Reverendissimo in Christo patri et domino Jacobo Zeno Pontifici Patavino Georgius Alexandrinus Salutem plurimā dicit. *Vita* Plauti *sequitur, quam excipiunt* Comoediarum, *vel* Fabularum *tituli, praeviis verbis:* Georgii Alexandrini Epistolae ad Jacobum Zenum: Patavinum Ponti: quae incipit: Liber laboriosi mei conatus: Et vitae Poetae extra ordinem Comoediarum positae. Fabularum nomina subiecta sunt: ut facilius: quā quisq3 desyderaverit fabulam: eam inveniat. *Post duas vacuas plagulas incipit opus ab* Amphitryone, *prima ex xx.* Comoediis, *quibus absolutis Typographus addidit haec verba:* Plautinae viginti Comoediae: linguae Latinae deliciae: magna ex parte emendatae per Georgium Alexandrinum: de cuius eruditione et diligentia indicent (sic) legentes. Impressae fuere opera et impendio Joannis de Colonia Agripinensi: atq3 Vindelini de Spira. VENETIIS. M. CCCC LXXII. Nicolao Throno Principe iucundissimo et Duce foelicissimo.

In folio..... XII. H. 21.

Editio Princeps elegantissima, cui characteres rotundi ac nitidi, lineas 41. complectuntur in paginis. Foliis 246. constat volumen, quibus desunt custodes, foliorum numeri, et signaturae. Raritatem hujus editionis luculentissimae, praesertim absque foliorum defectu, uti exemplar nostrum extat, non parum extollunt *De Burius* in *Tom. 1. Belles lettres pag.* 246. et *Frognall Dibdin Introd. to the knowledge of the Greek and Latin Classics Tom. 11. pag.* 305.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praeit* Georgii Alexandrini *Epistola ad* Iacobum Zenum Patavinum Episcopum, *quam folii tertii aversa pagina de* Vita, *et* Comoediis Plauti *excerpta quaedam ex gravissimis Auctoribus excipiunt. Huic subnexa habetur xx Comoediarum Tabula alphabetica. In folio quinto demum incipit* Plauti Comici clariss. Amphitryo. *Comoediis subnectitur Epistola, qua* Eusebius Soutarius Vercellensis Georgio Merulae Alexandrino omnium doctissimo. S. *dicit. Ad calcem Epistolae post verbum* FINIS, *sequens habetur notitia:* Plautinae uiginti comoediae olī magna ex ꝑte emēdatae ꝑ Georgiū Merulā Alex. ui4 doctiss. nūc recognitae ꝑ Eusebiū Scutariū Vercel. Iuuenē lra4 studiosiss. Impressae fuere ī officina egregii Mancipis Vlderici Scinzenzeler ipsius et magistri Iohānis legnani opera et impendio. *Deinde:* Mediolani. Anno salutis. M. ccccIxxxx. kalendis decembribus Iohanne Galeatio Maria Sf. Vic. Sex. Duce foelicissimo. *Huic subnexum legitur Possessoris nomen, scilicet* Antonij Seripandi ex Marii Equicolae amici opt. munere, *charactere subalbido scriptum; eodemque charactere notulae mss. marginales, et aliquando interlineares exaratae nostrum ornant exemplar. Ultimam paginam* Registrum hujus operis *occupat.*
In folio..... XII. C. 11.

Haec est tertia hujus operis editio a *Saxio, Baur, Harwood* aliisque celebrata, quae constat triginta plagularum fasciculis, quos Typographus litteris signavit; atque romano, ac nitido admodum charactere praestanti chartae est impressa. Desunt custodes, et paginarum numeri.

—— Exemplar alterum, *in cujus marginibus externis notulae mss. passim observantur*..... X. F. 10.

—— Alia editio, *ex recensione pariter* Georgii Merulae. *In prima pagina majori typo legitur:* Plautus; *in secundo folio recto incipit Nuncupatoria ejusdem* Georgii Alexandrini, *quam sequuntur de* Vita Plauti excerpta, *et Tabula Alphabetica. In folio quinto incipiunt* Comoediae, *quibus absolutis habetur Epistola* Eusebii Scutarii Vercellensis *ad* Georgium Merulam, *et ad calcem hujus, post verbum* FINIS, *typographica nota sic extat:* Impressum uenetiis etc.c̄. āno dn̄i. M. cccc. lxxxxv. die xxiii. nouēbris. *Adcedit* Registrum huius operis.
In 4.°..... X. B. 34.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Io. Petri Vallae, *et* Bernardi Saraceni. *Legitur in prima pagina:* Plautinae uiginti comoediae emendatissimae cum accuratissima ac luculentissima interpretatione doctissimorum uirorum Petri Vallae placentini ac et Bernardi saraceni Veneti. *In postica facie reperitur Epistola Nuncupatoria, qua* Ioannes Petrus Valla inclyto utriusq3 iuris doctori Scaramuzae triuultio Mediolanensi patricio primario. S. D. Eternam. *Huic subduntur* Pauli Canalis patricii Veneti carmen, *et* Andreae Maronis brisiensis (sic) epigrāma. *In sequenti folio incipiunt* Ioannis Petri Vallae in plautinas Comoedias commentationes, *a textu separatae, qui imprimitur cum* Commentariis Saraceni. *Ad calcem* Commentariorum *haec habentur verba:* Impressum Venetiis aere et impensa eruditi uiri Marci Firmani. *Sequuntur* Registrum huius operis, *et Privilegii notitia. Post vacuam paginam occurrit Epistola* Saraceni *textui* Plauti

Digitized by Google

Emendationibus, *et* Commentariis *praefixa, sub inscriptione*; Reuerendissimo in xp̄o p̄ri Frācisco Marcello Pōtifici Tragurino Bernardus Saracen'. Venetus. S. P. D. *Haec cum* Emendationibus *sex folia comprehendit. Sequuntur exinde* BERNARDI SARACENI VENETI IN PLAUTINAS COMOEDIAS EMENDATIONES ET ENARRATIONES. *Ad calcem* Comoediarum, *notitia typographica ita exprimitur:* Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Biuilaqua: et summa diligētia emēdatū ut ex postremis castigatiōibus patebit. Anno humāitatis xp̄i. M. CD. XCIX. XV. kalendas Octobres. Sereniss. Augustino Barbadico Venetorum Duce Imperante. *Sequuntur duo Epigrammata, cum titulis:* Domīcus Palladi' Soran' ad Bernardū Saracenū Venetum Plauti īterpretē Peritissimum. *et* Eiusdem Epigramma de Marco Firmano. *Signum Typographi adcedit, alibi notatum, et exinde notitia Privilegii, quibus adduntur* REGISTRUM, *et errorum emendatio.*

In folio..... X. F. 6.

—— Exemplar alterum..... X. F. 7.

—— Alia editio, *quae in fronte primae paginae sequentia verba gerit, majusculis gallo-francis typis excusa:* Plautus integer cum interpretatione Joannis baptistae pij. *Huic subnectitur Epigramma* Sebastiani Ducii:

In plautum commenta uides noua perlege lector.
Nodum: aenigma: iocum: carmina manca fero
Sarta tibi. monimenta Pius dedit ista poeta.
Ille poeta Pius bibliotecha loquens.

In aversa pagina leguntur Epistola Philippi Beroaldi ad lectorem, *notitia Privilegii, et sequentia Epigrammata*

Ioannis Alberti Marliani Mediolanensis patritii.
Quae fuerant blattis quondam: tineisq3 referta
Plautina in lucem carmina iam redeunt:
Illa Pius gryphos: ceterumq3 aenigmata callens
Correxit uigili trunca magisterio.

Eiusdem

Herculeae samius uates ab imagine plantae
Totius coepit corporis inditium.
Sic quisquis Plauti poterit fragmenta uidere
Dignoscet quantus integer hic fuerat.

In sequenti folio habetur Epistola Nuncupatoria, cujus titulus rubri coloris, sic legitur: Inclyto principi Ioanni Bentivolo Bononiae dictatori: patri patriae Ioannes baptista pius Bononiensis Cliens. *Absolvitur in prima pagina folii tertii*, et *protinus subjungitur Epigramma* Antonii Mariae Caltaterrae mediolanen-

Digitized by Google

sis. *In sequenti pagina incipit* TABULA, *quae continet* Annotatum et congestum quod in diversis autoribus emendaverit aut contra sententiam interpretum priorum enodauerit in his plautinis commẽtariis ennarrator (sic) Joannes baptista pius. *Desinit in folio sexto recto, et subnexum legitur alterum Epigramma* Jacobi Mariae Calcaterrae. *Post albam paginam habetur* IOANNIS BAPTISTE PII BONONIENSIS COMMENTARIUS IN PLAUTUM ET PRIMUM LECTOREM ALLOQUITUR. De comoedia, *et de* Plauti vita etc. etc. *In folio* XIII. *recto extat Principium* COMMENTARII JOANNIS BAPTISTAE PII BONONIENSIS IN AMPHITRYONEM. *Sequuntur post* Comoedias Retractata recognitaq3 nõnulla ab eodem interprete Pio ex diversis comoediis etc. etc., *quibus subnectuntur Epigrammata* Joannis Salandi, *et* Alexandri Gabuardi de Turcella Parmensis. *In calce demum nota typographica hoc pacto habetur, post verbum* FINIS: Impressum Mediolani per Magistrum Vldericum scinzeler anno domini Mccccc. die xyiii. mensis Ianuarii. *Signum Typographi, satis notum, ultimo loco visitur, et in prima ultimi folii pagina occurrit* REGISTRUM HUIUS OPERIS.

In folio..... X. F. 8.

—— Exemplar alterum..... X. F. 9.

—— Alia editio, *quae in prima pagina refert verba:* Plautus cum correctione et interpretatione Hermolai Merulae Politiani et Beroaldi et cum multis additionibus. *Sequitur in secundo folio* Georgius Merula Dè vita Comoediisq3 Plauti ex Auctoribus gravissimis; *et huic subjunguntur* Fabularum nomina, *quae desinunt in folio tertio recto, et in eodem averso legitur:* Ex multis Plauti Comoediis amissis hae reperiũtur citatae a gravissimis auctoribus: Mar. Tull. Cicerone Au. Gellio Nonio Marcello Festo Pompeio et Prisciano. *In quarto averso occurrunt sequentia verba:*

Mortuus est Plautus. P. Claudio. et Lu.
Portio Consulibus. Auctore. M.
Tullio in eo qui est de cla
ris oratoribus.

Opus incipit ab Amphitryone, *et ad calcem* Comoediarum, *post verbum* FINIS, *haec habentur:* Plautinas uiginti comoedias Georgius Merula Alexã. uir. doctiss. in lucem primus eduxit: et semel atq3 iterum correxit. Nũc uero nuper studio et diligentia Sebastiani Ducii et Georgii Galbiati pristinã quasi imaginem ipse plautus resumpsit: ueram resumpturus quãdo unus uel alter tãtum addiderit quãtum hi duo collatis exẽplaribus Merulae et Policiani addidere. Multa quoq3 huic nouissimae impressioni ex testimonio Varronis Festi Nonii Diomedis Velii Longi et Prisciani restituerunt: et quicquid nouicii interpretes obseruauere annotarunt. Quae uel diligens lepidissimi poetae lector frequenti lectione facile poterit cognoscere. *Huic subditur Ludi* Cottabi *sequens descriptio* Ex graeco.

Cottabus genus ludi cõuiualis tale: Erectũ stabat lignũ in loco cõuiuii libra habẽs supimpositã: quae facile descẽderet: circa aũt utrãq3 lancẽ librae stabat

Digitized by Google

peluiscula imagunculam habēs mediam affixā: parū autē a lancibus capita imagūcula4 distabant: ut inclinantes lances capita earū offenderēt: et sonitū redderent. Implentes igit' uino os conuiuae: exspuebāt in lancē quae ꝑcussa uini pondere: quod liqdum et latagen uocabant: ut et lancis excussio ī uerticē feriret imagūculā: et cōuiuis uictor talis eē indicabat'. *Subnexum visitur huic descriptioni schema* ludi Cottabi *tabulae ligneae insculptum, et in prima ultimi folii pagina extat* REGISTRUM HUIUS OPERIS.

In folio..... X. F. 11.

Caret haec editio omni nota loci, anni, et Impressoris: nitidissimo tamen charactere rotundo excusa, in charta admodum firma, et alba, et cum brevibus explicationibus ad oras paginarum, excepta prima Comoedia, scilicet Amphitryone, quae habet prolixiora commentaria in marginibus. Tituli *Comoediarum* in superioribus marginibus extant, in inferioribus signaturae litteris, romanisque notis expressae. Custodes, et foliorum numeri omnino desunt; initiales vero parvis litteris excusae cernuntur. Pro interpunctionis notis extant punctum, duo puncta, et interrogationis signum; et in qualibet integra pagina numerantur in textu 45. lineae. Hac de editione Bibliographi fere omnes nullam habuere notitiam.

Plinii Caii Secundi. Historia Naturalis, *ex recognitione, et cum* Iohannis Andree Episcopi Alerieñ ad sūmum. Paulum. II. Venetum. Epistola. *Huic* Aleriensis *epistolae subjunguntur vetera quaedam* Monumenta *de* Plinio: *quorum I. est Epistola* Plinii Iunioris *ad* Marcum, *in qua de studiis, scriptis, et vitae instituto avunculi sui disserit. II. Brevis* Plinii *vita, ex libro de* Viris illustribus, Svetonio *tributo. III. Altera* Plinii Iunioris *Epistola ad* Tacitum *de exitu Avunculi. IV. Locus* Tertulliani ex Apologetico, (*quod quidem Monumentum non est ad rem*). *Postremum, locus ex* Eusebii Chronico. *Quae omnia occupant quinque priores paginas. Incipit deinde opus ipsum, cujus primus liber continet Auctoris Prooemium, cujus titulus:* C. Plynius Secundus Nouocomensis. Domitiano suo salutem: *potius autem scribendum fuisset:* Tito Vespasiano. *Sequitur Elenchus singulorum librorum, ubi etiam auctores sunt indicati, ex quibus* Plinius *opus suum concinnabat. Ad calcem ante notitiam typographicam legitur sequens obtestatio, quam* Schelhornius *inter exorcismos literarios referendam esse scribit:* Hereneus Lugdunensis Ēpus: Item Iustinus ex philosopho Martyr. Item cū diuo Hieronymo Eusebius Cesariēsis: serio posteritatem adiurarunt: ut eorum descripturi opera conferrent diligēter exemplaria. et sollerti studio emendarent. Idem ego tum in ceteris libris omnibus tum maxime in Plynio ut fiat: uehementer obsecro. obtestor. atq3 adiuro: ne ad priora mēda et tenebras inextricabiles tanti sudoris opus relabat'. Instauratum aliquantulū sub Romano Pōtifice Maximo Paulo II. Veneto. Atq3 impressum Rome in domo Petri et Francisci de Maximis iuxta campū flore presidētibus Magistris Cōrado Suuēynheim et Arnoldo Panaratz (sic). Anno dominici natalis. M. CCCC. LXX. Pontificatus eius felicissimi ac placidissimi Anno. VI.

In folio majori..... XII. I. 11.

Editio secunda hujus operis mirae pulchritudinis, eximiaeque raritatis, excusa nitido rotundo charactere sine custodibus, signaturis, foliorum numeris, ac initialibus. Licet Audiffredus in suo *Catal. Rom. Edit. Saec. xv.* eam notet *pag. 48.* in *Catal.* tamen *Bibl. Ernesti pag. 174.* uberior descriptio invenitur.

Digitized by Google

—— Alia editio. *Praecedunt opus vetera monumenta de* Plinio, *in praecedenti notata, quae tres occupant paginas. In folio tertio incipit :* CAII PLYNII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER I. *Exinde :* CAIUS PLYNIUS SECUNDUS NOVOCOMENSIS DOMITIANO SUO SALUTEM. PRAEFATIO. *In folio xx. inchoatur* CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER II. *In prima pagina folii cccl. ad lineam vii. opus terminatur, cui subjectum legitur:* CAII PLYNII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBRI TRIGESIMI SEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI VENETIIS PER NICOLAUM IENSON GALLICUM. M. CCCC. LXXII. NICOLAO TRONO INCLITO VENETIARUM DUCE. *Haec, parvo spatio interjecto, subsequitur* Iohannisandreae episcopi aleriensis ad pontificem summum Paulum secundum uenetum epistola, *quam in praecedenti Romana editione, initio operis, notavimus.* In folio majori..... XII. I. 5.

Editio haec splendidissima, atque rarissima, iam tres alias ante se habet. Prima, *Venetiis* anno *1469.* lucem adspexit, quae desideratur in hac Regia Bibliotheca: secunda *Romae*, quam superius descripsimus: tertiam *Parmae* anno *1470. Vander Linden* a *Stephano Corallo* typis evulgatam fuisse adfirmat: ast hanc *Maittairus* in dubium vocat, dum illi nullus liber anno *1470. Parmae* impressus innotuit: nec *Coralli* mentio ante annum *1473.* occurrit; hoc idem uberius docet *Affò Saggio* etc. *pag. 59.* Itaque in eam pendet sententiam, ut pro *1470.* ponendum sit *1476.* De praesenti editione vere rara, vereque splendida Clariss. Bibliographus *Frognall Dibdin* in opere saepius citato *Tom. II. pag. 317.* loquens, non dubitavit scribere: *If the editio princeps of this work, by I. de Spira, be considered as the chef. d' oeuvre of the press of that artist, so is the present production the chef d' Oeuvre of the Ienson. As a Latin volumen, printed. in the xvth century, there is nothing which surpasses it. The type is yet more elegantly formed than I. de Spiras, and the spacing of the lines and register of the page are more skilfully exact.* Integrum hoc praestantissimum opus foliis 356. concluditur. Typi, quibus impressum est, sunt rotundi, eorumque singularis est elegantia, et nitor. Charta albedine, munditia, ac firmitate excellit. Initiales litteras parvis elementis indicavit Typographus. Desunt custodes, signaturae, et paginarum numeri. Librorum tituli capitalibus litteris expressi sunt, capitum vero iis, quibus textus excusus est. Pro interpunctionis signis observantur punctum, duo puncta, et interrogationis nota; et in qualibet integra pagina numerantur 50. lineae.

—— Exemplar alterum..... VIII. H. 4.

—— Alia editio *a* Nicolao Perotto, *suppresso nomine, curata. Titulus, qui in fronte primi folii recti legitur, ejusmodi est:* C. PLYNII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER PRIMUS DE HIS QUAE SINGULIS LIBRIS CONTINENTUR INCIPIT FOELICITER. *Et infra:* C. Plynius Secundus Nouocomensis Vespasiano suo salutem. *Occupat primus hic liber 51. priores voluminis paginas: et insuper tres fere lineas paginae 52. Ad operis calcem legitur Epigramma satis notum :*

Aspicis illustris lector etc. etc.

Deinde :

Cōradus suueynheym: Arnoldos (sic) pānartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXII.
Die Veneris. vii. Maii.

Digitized by Google

In folio majori..... XII. I. 19.

Praesens editio inferior est edit. anni *1470.* ex recensione *Io: Andreae Episc. Aleriensis*, quod *Audiffredus pag. 49.* et *129.* pro viribus demonstrare satagit; et *Aleriensem Episcopum* a suggillationibus *Nicolai Perotti*, et *Apostoli Zeni* vindicat. Hujusmodi vero editionis moles insigniter major est mole edit. *1470.* licet typi iidem sint in utraque, quod ex duabus causis oriri, cuicunque eas volventi statim apparet. Primo enim librorum tituli in hac impressi sunt charactere majusculo; cum in illa sint charactere ordinario. Secundo, in hac Primus liber duabus columnis impressus est, (excepta tamen *Praefatione ad T. Vespasianum*) adscriptis ad dexterum earum latus capitulorum numeris, notis Romanis grandioribus expressis, inter quas multum spatii vacuum occurrit. Liber insuper Secundus, et sequentes omnes in plura capitula secti sunt, et unicuique capitulo suus praeponitur titulus, sive argumentum : sed nihil tale factum fuit in priore editione. An vero, et aliae hujus excessus sint causae, discutient ii, quibus alteram cum altera accuratius conferre libuerit.

—— Alia editio, *ex emendatione* Philippi Beroaldi. *Praemittuntur tres paginae, ex testimoniis de* Plinio; *et post unam vacuam, in folio tertio recto incipit:* CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ LIBER. I. *Deinde:* CAIVS PLINYUS SECUNDUS NOVOCOMENSIS. T. VESPASIANO SUO SALUTEM. PRAEFATIO. *In fine textus legitur in averso folio ad lineam sextam sequens subscriptio:* CAII PLYNII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBRI TRICESIMISEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI PARMAE DVCTV ET IMPENSIS MEI STEPHANI CORALLI LUGDVNENSIS. M. CCCC. LXXVI. REGNANTE INVICTISSIMO PRINCIPE GALEACEO MARIA MEDIOLANI DVCE QUINTO. *Hanc subscriptionem sequitur:* Ad uenerabilē et ornatissimū uirū Nicolaū Rauacaldū canonicū ꝑmensē. Philippi Broaldi (sic) Bononiēsis epistola, *quae terminatur his verbis:* Vale Amantissime mi Nicolae: et Philippū tuū dilige.

In folio majori..... XII. I. 17.

Elegantissima editio, quam *Beroaldus* correxit, emendavitque, ut ipse ait in laudata epistola ad *Nicolaum Ravacaldum, fidelioribus inspectis Plynianis Codicibus.* Hanc ob causam Illustris *Comes Anton. Joseph. Turrae Rezonicae* in *Disquisit. Plin. Tom. II. Lib. XI. pag. 222.* et *seq.* eam extollit, *cum nonnullis aucta, atque emendata sit, quae in superioribus desiderantur.* Hoc idem docuerunt *Petrus Scriverius, Beughem, Harwood, Orlandus, Fabricius*, aliique. Hujus character rotundae formationis satis elegans, 50. lineas in paginis perfectis amplectitur. In amplis marginibus nulli adsunt numeri plagularum, et signaturae; sed tantum custodes visuntur. Initiales parvis elementis a Typographo excusae fuere, et totum volumen concluditur 365. foliis.

—— Alia editio, *quae in fronte folii secundi* (*nam primum est album*) *gerit sequentem titulum:* HIERONYMI·BONONII TARVISANI AD IOANNEM BOMBENUM AMICORUM OPTIMUM PRO. C. PLINIO SECUNDO APOLOGIA, *quae desinit in prima sequentis folii pagina, et in aversa occurrit* EIUSDEM HIERONYMI BONONII CARMEN EX ILLVSTRIUM OPERUM ARGUMENTIS. *In fine hujusmodi Elegiaci carminis legitur:*

TARVISII TERTIO IDUS
OCTOBRES MCCCCLXXIX.

Digitized by Google

Sequuntur Monumenta vetera, de Plinio, *et in averso folio quinto incipit* CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIB. I. *Postea :* CAIUS PLYNIUS SECUNDUS NOVOCOMENSIS. T. VESPASIANO SUO SALUTEM. PRAEFATIO. *Ad calcem libri xxxvii.* CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBRI TRICESIMISEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI TERVISII (sic). DUCTU ET IMPENSIS MICHAELIS MANZOLI PARMENSIS. M. CCCC. LXXIX. REGNANTE SERENISSIMO VENETIARUM DUCE JOANNE MONCENIGHO (sic) OCTAVO KALENDAS SEPTEMBRIS. *Huic adcedit* Ad uenerandum et ornatissimum uirum Nicolaum Rauacaldum canonicum permensem (sic) : Philippi Broaldi (sic) Bononiensis epistola, *quae desinit verbo,* AMEN.
In folio..... IX. E. 25.

—— Alia editio, *cui praemittuntur Epistola, qua dicit iunior* CAIUS PLINIUS MARCO SUO SALUTEM, *et vetera monumenta superius notata. Praefatio* Plinii *exinde adparet, cujus titulus:* CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER PRIMVS. CAIVS PLYNIVS NOVOCOMENSIS. T. VESPASIANO SVO SALVTEM PRAEFATIO. *Ad calcem:* Caii Plynii Secundi Naturalis hystoriae Liber trigesimus septimus et ultimus Finit. Venetiis impressus opa et impēsa Rainaldi d' Nouimagio Alamani Anno Natiuitatis Domini. M. CCCC. LXXXIII. Die Sexta Mensis Iunii. Regnante Illustrissimo principe Ioanni (sic) Mocenigo. *Sequuntur* CORRECTIONES, *et* REGISTRUM HUIUS OPERIS.
In folio..... IX. E. 27.

—— Exemplar alterum..... IX. F. 27.

—— Exemplar tertium..... IX. H. 14.

—— Alia editio, *continens ea omnia, quae in superioribus editionibus notata sunt. Ad calcem:* Caii Plinii Secundi Naturalis hystoriae Liber Trigesimus septimus et ultimus FINIT. Venetiis impressum per Magistrum Marinum Saracenum. Anno. M. CCCCLXXXVII. Die xiiii. Mensis Maii. Regnante Illustrissimo Principe Augustino Barbadico. *Adcedunt* CORRECTIONES, *et* REGISTRUM HUIUS OPERIS.
In folio..... IX. H. 16.

—— Alia editio, *quae praecedentem quodamodo imitatur. Ad calcem legitur primum* LAUS DEO, *et exinde:* CAII PLINII Secundi Naturalis hystoriae Liber trigesimus septimus et ultimus Finit. Venetiis impressus opera et impensa Thomae de Blauis de Alexādria. Anno Natiuitatis Domini. M. CCCC. LXXXXI. Die III. Mensis Novembris. Regnāte Augustino Barbadico inclito Venetorum Principe. *Post* CORRECTIONES, *et* REGISTRUM HUIUS OPERIS, *subnectitur Typographi signum, scilicet Liber cum corona superimposita, et litteris* T A., *quae Typographi nomen indicant.*
In folio..... IX. E. 26.

—— Alia editio *ex castigatione* Hermolai Barbari. *In pagina prima occurrit titulus operis, sic inscriptus:*

C. PLINII. SECUNDI NATURAE HI

Digitized by Google

STORIARUM LIBRI. XXXVII.
E CASTIGATIONIBUS
HERMOLAI BARBA
RI QUAM EMEN
DATISSIME
EDITI

In aversa pagina imprimitur Epistola sub titulo: Nobilissimo Iuueni Conssalo (sic) Ruitio Delauega et Mendoza: Laurentii Suaris de Figueroa et Mendoza Hispaniarum Regis ad principem et Senatum Venetum Legati filio: Io. Baptista Palmarius. *Sequitur ejusdem* Palmarii *Praefatio, quam excipit Epigramma in* Plinii, *et* Hermolai *laudem.*

AD LECTOREM

Qui Coelum: Terras: Aequor: Genus omne animatum:
Omne Exors Animae: quid ferat omnis Ager:
Inuentus rerum uarios: Arteisq3 Metalla:
Marmora cum gemmis: quid iuuet: aut noceat:
Deniq3 naturae qui cuncta adoperta reuelat
Plynion integrum candide lector habes.
Atq3 ita q priscum praeservat fronte Nitorem
Lima uiri docti praestitit Hermoleo:
Cui fere te tantum (dicam) debere fatendum:
Auctori quantum saecula debuerunt.

Huic vero adcedunt verba: OPERI SUPREMA MANUS IMPOSITA ANN. GRATIAE. MIID. EIDIB. FEBRUAR. AUGUSTINI BARBADICI PRINCIPATUS ANNO. XII. *Incipiunt in sequenti folio* IN AUCTOREM ELLOGIA, *et caetera, ut in editionibus jam descriptis. Ad calcem post verbum* FINIS, *extat* Registrum huius operis, *eique subnectitur nota typographica:* C. Plynii Secundi de naturali historia libri. xxxvii. Ex castigationibus Hermolai Barbari diligentissime Recogniti. Impressi Venetiis p Bernardinū Benaliū anno a Natali Christiāo. M. CCCC LXXXXVII. Cum gratia et priuilegio ut in eo. *Legitur tandem illud;* Antonij Seripandi ex Iani Parrhasij testamento.

In folio majori..... VIII. H. 17.

Editio haec prima est, quae textum ex *Hermolai Barbari* castigationibus emendatum exhibet. Num vero sit praesens editio hoc anno, scilicet *1497.*, excusa, an repetitio quaedam facta anno *1498.* uti innuit chronologica nota ad calcem Praefationis adjecta, lis est inter Bibliographos. *Panzer. Tom. III. pag. 416.* inter supposititias habendam esse existimavit editionem anni *1498.* At *Io. August. Ernestus* in *Biblioth. lat. Io. Alb. Fabricii P. II. pag. 191.* ubi praesentem editionem expendit haec subdit: *Primum ex Hermolai correctione editus est Plinius Venetiis an. 1497. fol. ap. Bernardum Benalium. Memoraturque et alia 1498. ibidem, et apud eundem facta. Brevitas intervalli conturbavit viros doctos, ut unam esse non duas putarent, etiam Ill. Rezzonicum. Sed ex descriptione viri illustris patet mihi esse duas. Nam ipsi habemus editionem a. 97. in qua nihil est eorum, quae*

Digitized by Google

ille e suo exemplo commemorat, non praefatio Palmarii, non var. lect. in margine etc. etc. Ergo celeriter divenditis primae editionis exemplis, altera instituta et ipso a. 1498. absoluta est, quae Palmariana dici possit. Quae quum ita se habeant, dicendum, praesentem editionem esse secundam, scilicet anni *1498.*; si fides habenda est *Ernesto*, qui sic scribit: *habemus editionem a. 97. in qua* desunt *Palmarii Praefatio*, et *variantes lectiones in margine.* Verum quidquid sit de hac editione ab *Ernesto* notata, in qua desunt ea, quae in hac leguntur, et cujus exemplar tantummodo apud illum extare dicitur, neque penes alios Bibliographos reperiri; nobis magis placet *Panzerii* opinioni adhaerere, et unam tantum editionem *Benalio* tribuere, quae magis ad annum *1497.* quam ad sequentem spectet. Editio anno *1498.* adtributa originem habet ex adjecta nota ad calcem Praefationis *Io. Bapt. Palmarii*, ubi legitur: OPERI SUPREMA MANUS IMPOSITA ANN. GRATIAE MIID. EIDIBUS FEBRUARI. AUGUSTINI BARBADICI PRINCIPATUS ANNO XII. Illud autem MIID. quod etiam in editione anni *1499.* legitur de qua mox, sic explicatur ab eruditissimo *Comite Ant. Ioseph. a Turre Rezzonici* in *Disquisitionibus Plinianis Tom. II. pag. 306.* in *annotationibus:* MIID. *Viden ut hisce notis annus 1498. innuitur, unde initium differt a suprema coronide. Id non alio tuetur pacto, nisi dicas Palmarium publicis officiis distentum, annum more Veneto incipere a die, qua* CHRISTUS *humani generis* SERVATOR *carnem suscepit: contra Benalium Bergomensem sequi communem a die Natali supputationem. Nisi res ita se habeat, fatendum esse unam Palmario excidisse notam; legendumque* MIIID. (*nempe 1497*) *cum Augustinus Barbadicus Rempublicam tenuerit anno 1485.; ideoque annus eius Principatus 12. incidat in annum 1497. Neque enim adest suspicionis locus, quod Palmarii prooemium post cusam Naturalem historiam fuerit adiectum, cum foliorum regestum indicet typographum a Palmarii epistola initium duxisse.* Caeteroquin haec editio est spectanda rotundorum characterum forma, foliorumque amplitudine, in quibus 56. lineae numerantur. Libri notantur in superioribus marginibus majusculis typis, in inferioribus excusae sunt signaturae litteris, romanisque notis indicatae. Custodes, et numeri plagularum exsulant: initiales parvis repraesentantur elementis in quadratis spatiis. Postillae in marginibus externis impressae sunt, quibus adduntur adnotationes nonnullae manu *Iani Parrhasii* conscriptae.

—— Exemplar alterum..... VIII. H. 18.

—— Exemplar tertium..... IX. H. 13.

—— Alia editio, *quae continet omnia in praecedenti notata. Titulus tamen in prima pagina excusus est majusculis gallo-francis typis. Ad calcem legitur* FINIS; *postea occurrit* Registrum hujus operis, *eique nota adhaeret typographica, nimirum:* C. Plynii Secundi de naturali historia libri. xxxyii. Ex castigationibus Hermolai Barbari diligētissime Recogniti. Impressi Venetiis p^{o} Ioannē Aluisium de Varisio Mediolanemsem (sic) āno a Natali Cristiāo M. CCCC LXXXXIX. die. xyiii. Maii: Cum gratia et privilegio ut in eo. In folio..... IX. H. 15.

Praesens editio deducta est ab impressione *Benalii anni 1497.*, supra recensita, a cuius nitore tamen longe distat. Prima verba, nec non et libri notati in superioribus marginibus, gallo-francis elementis redduntur. In postica folii parte subsequitur *Palmarii ad Ruitium Praefatio*, in qua graecae voces desiderantur, formarum, ut videtur, inopia. Spatium tamen lacunis per Amanuensem implendis, relinquitur. Caeterum character rotundus est, et lineis 57. singulas paginas implet. Custodes, et paginarum numeri desunt, haud vero signaturae, quae instructae visuntur litteris, romanisque notis.

—— *Idem Opus Italice. Interpretis Prooemium praecedit, ac primum inscriptio:* HISTORIA NATURALE. DI. C. PLINIO SECONDO TRADOCTA DI LINGUA LATINA IN FIORENTINA PER CHRISTOPHARO LANDINO FIORENTINO AL SERENISSIMO FERDINANDO RE DI NAPOLI PROHE-

Digitized by Google

MIO: *Opus initium sumit in quinto folio recto, a titulo:* LIBRO PRIMO DELLA NATURALE HISTORIA DI. C. PLINIO SECONDO TRADOCTA IN LINGUA FIORENTINA PER CHRISTOPHARO LANDINO FIORENTINO AL SERENISSIMO FERDINANDO RE DI NAPOLI PREFATIONE. *Typographus ad calcem notavit:*

OPUS NICOLAI IANSONIS GALLICI
IMPRESSUM
ANNO SALUTIS. M. CCCCLXXVI
VENETIIS

In folio magno..... VIII. H. 20.

Editio princeps hujusmodi versionis, licet primam *Landini* impressionem *Apostolus Zenus* in *Additamenta ad Fontaninum dell' Eloquenza Italiana Tom. II. pag. 68.* collocet ad annum *1471.* Erravit fortasse Eruditissimus *Zenus*, cum haec editio neque in sua Bibliotheca, quam ipse *Divi Dominici* alumnis donavit, nec alibi appareat; nisi potius dicere velimus, quod ipsi, vel Typographo in numero *Mccccl*xxvi. nota *v* aufugerit. Compertum siquidem habuit diligentissimus *Comes Joseph Antonius a Turre Rezzonici* post laboriosas investigationes *Plinii* opus nec latino, nec italico idiomate in toto terrarum orbe, anno *1471.* cusum fuisse. Hallucinatos pariter crediderim *Haymum*, *Paitonum*, *Bandinium*, *Lamium*, et *Argelatum*, qui primam *Landini* aemulationem *Romae* factam in *aedibus Maximorum anno 1473.* scripserunt, quam inter supposititias habendam esse, jure ac merito existimavit laudatus *Comes a Turre Rezzonici Tom. II. Disquisitionum Plinianarum pag. 362.* et post ipsum *Audiffredus Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 129.* Laudata vero a nobis editio admirando fulget et typorum, et chartae nitore, ut omnia sunt a *Jansono* edita volumina. Margines enim latissimi quaquaversus considerati nullum offerunt insculptum signum, ita ut paginarum connexio ex lectione operis tantum pateat. Character rotundus luculentissimus, chartaeque praestantissimae inhaerens, in qualibet pagina implet lineas 50. Tituli quadratis elementis excusi fuere, parvis autem litteris initiales, quibus pictas addidit Illuminator. Foliis constat opus 415. sed primum, et sexagesimum vacua sunt.

—— Exemplar alterum..... XII. I. 4.

—— Alia editio. *Folium praecedit vacuum, et in summitate primae columnae folii secundi incipit* Libro primo della naturale historia di C. Plinio secondo tradocta ī lingua Fiorentina per Christophoro landino Fiorentino al Serenissimo Ferdinando Re di Napoli. *Sequuntur deinde, quae in editione praecedenti vidimus: et in fine haec extat Typographi notitia:* Opus Magistri Philippi Veneti Impressum anno Salutis. M. cccclxxxi. Venetiis.
In folio..... IX. H. 17.

Hanc editionem *Jansonianae* traducem venustis characteribus, quamvis ad gallo-francam scriptionem paullum accedentibus, edidit *Philippus Venetus.* A primigenia tamen longe distat, pluribusque sordet erroribus, Typographo oscitanti tribuendis. Videtur Impressor *Landini* ad *Ferdinandum Regem* Epistolam omisisse.

Plinii Caii Caecilii Secundi. Epistolae, *quibus praemissa est in primo folio Praefatio* Ludovici Carbonis *ad* Borsium Ducem Mutinensem, *quae desinit in aversa pagina ad lineam sextam. In sequenti folio* Caii Plinii Secundi Nouicomensis Oratoris facundissimi epistola4 Liber Primus incipit. *Ad*

Digitized by Google

calcem operis legitur: Caii Plinii Secundi Nouicomensis Oratoris Facundissimi Epistolaꝝ Liber Octauus Expli. M. CCCC. Lxxi.

In 4.° ..... XII. D. 8.

Splendidissima haec inter omnes hujus operis editiones principem obtinet locum, uti fatentur Bibliographi omnes, et praesertim *de Bure Belles-lettres Tom. II. pag. 311.* qui rarissimam dicit. Illam maxime commendant singularis characterum rotundorum nitor, chartae mundities, albedo, ac firmitas, amplissimique margines, quos Typographus reliquit. Unum tamen est, quod insignem ejus splendorum obfuscat, tot nimirum spatia vacua, quae, ob graecas dictiones imprimendi imperitiam, Calligrapho ad easdem inscribendas relicta fuere. Initiales litterae aut rubro, aut caeruleo colore sunt depictae. Signaturae, custodes, et paginarum numeri desiderantur: totumque volumen constat foliis impressis 121., in quibus, dummodo integra sint, lineae 30. numerantur. De loco, et Typographo hujusmodi editionis, *Maittairus Tom.IV. pag.302.* haec scribit: *Mihi probabile videtur, hunc librum excusum fuisse a Christophoro Valdarfer, in cujus typographeo Ludovicus Corbo correctoris munere fungebatur.* Patet id ex *Ciceronis* orationibus a *Valdarfer Venetiis* anno *1471.* impressis, notatisque in *Tom. I. hujus Catal. pag.187.* ad quarum finem adjectum legitur: *M. cccc lxxi. Lodo Carbo.* Ex his etiam colligere est, *Valdarfer* has Epistolas *Venetiis*, antequam *Mediolanum* transmigrasset, typis evulgasse. Confer *De Bure Bibl. Instr. N. 2397. Seemiller Fasc. I. pag. 29. Fragnall. Dibdin Tom. pag. 327.*

—— Alia editio, *cujus prima pagina aversa continet Nuncupatoriam Epistolam sic inscriptam:* Iunianus Maius parthenopeus Hieronymo Carrafiae meo Salutem. *In fronte secundi folii recti:* DE PUBLICATIONE EPISTOLARUM PLINII. LIBER PRIMUS INCIPIT. *Opus terminatur in folio cviii recto, ad lineam. xxi. hac subscriptione:*

Absolutum opus epistolarum. C. Plinii Iunioris Neapoli. Millesimoquadringentesi moseptuagesimosexto. Mense Julii. Impressit Mathias Morauus uir singulari ī genio: et arte. Recognovit Iunianus maius parthenopeus rhetor publicus summa cura summaq3 diligentia.

In folio parvo ..... XI. A. 11.

Egregium hoc artis typographicae monumentum foliis 108. constat, a nobis numeratis. Typus rotundus luculentissimus 30. lineas complectitur in paginis integris. Charta firma, et nitidissima usus est solertissimus *Moravus*, ejusque margines amplissimi, in quibus signaturae tantum visuntur litteris, romanisque notis instructae; haud vero custodes, foliorum numeratio, et initiales: earumque loco extant quadrata spatia. De hac oppido rara editione in *Bibl. lat. Fabricii edit. Jo. August. Ernesti Tom. II. pag. 411.* dicitur, quod contineat *tantum libros viii.* Est mihi ad manus volumen, et revera continet libros *ix*, non *tantum viii.* Citato loco dicitur pariter quod haec editio sit primum opus Neapoli typis expressum, idque ex auctoritate *Pii Thomae Milante* libro *De Stabiis pag. 40.* ubi Eruditissimus Auctor nimis fidenter scripsit, *quod opus Epistolarum. C. Plinii Nepotis ope, et jussu Alphonsi II. Neapolitani Regis peractum a Parthenopaeo Patritio, publicoque Rhetore Juniano Majo, anno nostrae salutis M. cccc. lxxvi. omnium primum fuit eorum, quae Neapolitana Chalcographia dedit.* Proh! Pudeat labi in istiusmodi errorem.

—— Alia editio, *cujus titulus in fronte secundi folii recti (nam primum est album) sic extat:* CAII PLINII SECUNDI NOVOCOMENSIS ORATORIS

Digitized by Google

FACUNDISSIMI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS INCIPIT. *Ad calcem* : C. Plinii Secundi Novocomensis Oratoris Facūdissimi Epistolarum Liber Octauus et Vltimus FINIS. *Exinde :* Impressum quidem est hoc opus Tarvisii per Magistrum Ioannem Vercellium. Anno salutis. M. cccc. lxxxiii.

In 4.° ..... IX. A. 18.

—— Exemplar alterum..... IX. A. 19.

—— Alia editio, *quae titulum gerit in summitate primi folii recti, hoc pacto :* C. Plinii secundi Veronensis Oratoris clarissimi et Consularis Epistolarum. Liber primus foeliciter incipit. *Ad calcem sequentia occurrunt verba :*

Cai. Plinii Secundi Nepotis
Epistolarum Liber explicit
Finis. Laus Deo.

In 4.° ..... XII. A. 32.

Sine ulla typographica notitia. *Audiffredus* quatuor vidit hujusmodi editionis exemplaria, ut ipse testatur in *Catal. Rom. Edit. Saec. XV. pag. 164.*, et uni exemplo antiquissima manu, atque, uti ex forma characteris apparebat, libro ipsi coaeva adjectae erant quinque lineae sic inscriptae post vocem.

Deo. 1. 4. 7. 1111.°
Sedente Xisto. pon. max.
eius anno Tertio : *KL.*
Juniis: ROMAE: IN HOSPITIO
SANCTIS DE PIRETO : if :
Quinterniones XIIII. CART. V. Papal.

Quidquid sit de hac subscriptione, quae diligenter ab *Audiffredo* considerata typis potius, quam calamo efficta videbatur, ut ipsemet fatetur ; certum est, quod ex hac adnotatione liquet, ut laudatus Auctor quoque concludit, anno *1474.* librum jam exstitisse, et *Romae* fuisse excusum in domo *Sanctis de Pireto*, verisimiliter a *Jo. Schurenero de Bopardia*, qui sequenti anno impressit *Epistolas Aeneae Silvii in Cardinalatu* scriptas, quarum character nil differt a charactere harum Epistolarum. Editio signaturis, numeris, custodibus, et registro caret : paginarum lineae sunt 29. et verba grèeca omissa.

—— Exemplar alterum... ..... VIII. B. 5.

—— Alia editio, *cui adcedunt* Panegyricus, *et* liber de Viris illustribus. *Folium primum deest in nostro exemplari, quod incipit protinus ab opere, praevio titulo :* C. PLINII SECUNDI NOVOCOMENSIS ORATORIS Epistolarum Liber Primus. *Ad harum calcem legitur*: C. Plinii Secundi Novocomensis Oratoris Facundissimi Epistolarum Libri Octavi et Vltimi. Finis. *In sequenti folio incipit :* C. PLINII SECUNDI NOVOCOMENSIS PANAEGIRICUS (sic) TRAIANO AUGUSTO DICTUS. *Hoc absoluto, sequitur libellus* de Viris illustribus ; *sed inter hunc, et* Panaegyricum, *haec operum tabula adest :*

Hoc in volumine haec continentur.

C. Plinii Secundi Nepotis Novoco
mensis Epistolarum Libri octo.

Digitized by Google

C. Plinii Secundi Novocomensis Pa
naegyricus Neruae Imperatori dictus.
C. Plinii Secundi de Viris Illustribus Liber.

In sequenti folio C. PLINII SECUNDI JVNIORIS LIBER ILLUSTRIUM VIRORUM INCIPIT. *Nil aliud ad calcem voluminis legitur, nisi :* C. Plinii Secundi novocomensis de Viris Illustribus. FINIS.
In 4.° parvo..... IX. A. 20.

Sine notis typographicis. Editio haec parum elegans, ex postremis Venetis saeculi xv. una videtur. Characteres rotundi 38. lineas in plenioribus paginis complectuntur. Initiales plerumque, semper vero custodes, et numeri foliorum desunt; signaturae suo loco visuntur.

—— Panegyricus Trajano dictus, *cum aliis veteribus* Panegyricis. *Post folium primum vacuum, in secundo recto occurrit Nuncupatoria Epistola, sub epigraphe :* FRANCISCUS PUTEOLANUS REVERENDO. D. JACOBO ANTIQUARIO DUCALI SECRETARIO SALUTEM. *Quartae paginae impressae inhaeret* Tabula eorum : quae in hoc uolumine continētur, *cum initiis cujusvis operis, quibus omissis brevitatis causa, titulos tantummodo recensemus:*

Epistola Francisci Puteolani ad reuerendum. D. Jacobum
Antiquariū ducalem secretariū.
C. Plinii secundi novocomensis Panaegyricus Trajano augusto dictus.
Latini pacati drepani Panaegyricus Romae dictus Theodosio imperatori augusto eius nominis primo.
Panaegyric⁹ Constātino augusto Constantii filio dictus.
Gratiarum actio Mamertini de consulatu suo Juliano imperatori.
Panaegyricus Nazarii dictus Constantino imperatori.
Alter Panaegyricus.
Panaegyricus Constantino filio Constantii dictus.
Alter Panaegyricus.
Oratio pro restaurādis scholis.
Panaegyricus Maximiano Diocletianoq3 dictus.
Eiusdem Mamertini Genethliac⁹ maximiani augusti.
Julii Agricolae vita per Corneliū tacitum eius generum castissime composita.
Petronii arbitri Satyrici fragmenta : quae extant.

In sequenti pagina incipit : C. PLINII SECUNDI NOVOCOMENSIS PANEGYRICUS TRAIANO AUGUSTO DICTUS. *Ad calcem voluminis tantum legitur,* Τελος. *Huic subnexum legitur Possessoris subscriptio, scilicet* Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento : *et ejusdem* Parrhasii *manu, charactere modo rubro, modo subalbido notulae marginales per totum volumen leguntur.*
In 4.°..... IX. A. 22.

Digitized by Google

Sine notis typographis. Character rotundae formationis in lineas 30. dividitur, si paginas spectes integras. Initiales minoribus notantur elementis in quadratis spatiis: signaturae adsunt, minime vero custodes, et foliorum numeri. Editionem hanc Mediolanensem circa annum 1482. a Bibliographis iudicari excusam superius innuimus pag. 69.

—— De Viris Illustribus. *Prima pagina continet in summitate hunc titulum:* C. PLINII SECUNDI IUNIORIS LIBER ILLVSTRIUM VIRORVA (sic) INCIPIT. *Ad calcem:* CAI PLINII SECUNDI VERONENSIS LIBER ILLUSTRIVM VIRORUM FINIT FOELICITER. *Exinde:* IMPRESSVM VENETIIS ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXXV. DIE VERO XIII. IANVRII (sic).
In 4.° parvo..... IX. A. 21.

—— Alia editio, *ex recognitione* Angeli Tiphernatis. *Prima pagina exhibet Epistolam, qua* ANGELUS Tiphernas Alexandro Iustino. S. p. D. *Prope finem* Tiphernas *sic scribit:* Redeo ad Plinium, qui cum a Germanis Ro. imprimendum (sic) postularetur, corrigendi operis morem gessi, vitamque eius paucis annotavi. etc. etc. *Absolvitur Epistola hoc Epigrammate:*

Urbs ubi Silvestri uitulo uessata quievit.
Et patit' patri qui dedit exilium.
Acrius incumbe studio. Letare Tipherne.
Nil poterit Rabies seua nocere bouis.

Protinus incipit VITA. C. PLINII NEPOTIS, *quae absolvitur in postica facie, ad lineam xvi. et deinde:* C. Plinii II. oratoris Veronensis de uiris Illustribus feliciter liber incipit. *Opusculum desinit in folio xxii. averso, ad lineam xvii., et ad calcem tantum legitur,* FINIS.
In 4.° parvo..... XII. A. 19.

Sine notis typographicis. Editio est charactere Romano rudiusculo *Georgii Sachsel*, et *Barthol. Golsch.* uti autumat *Audiffredus pag. 387.*; et in paginis integris numerantur xxx. lineae. In marginibus desunt signaturae, custodes, et foliorum numeri, acque ac initiales; pro quibus quadrata spatia cernuntur.

—— Exemplar alterum..... XIX. F. 49.

—— Alia editio, *cujus in prima pagina visitur ornatus xylographicus, exhibens templi fastigium, cujus medium continet sequentia verba:*

C. PLINI SECUNDI
DE VIRIS ILLU
STRIBUS CUM
TABULA NOVI
TER IMPRES
SUS

In postica occurrit ipsa Tabula, quae desinit in folio secundo averso. Antica facies tertii folii habet Angeli Tiphernatis *Epistolam, Epigramma, et initium*

Digitized by Google

Vitae C. Plinii. *Ad calcem folii xxiv. aversi legitur tantummodo*, FINIS. In 4.° parvo..... XIX. F. 19.

Absque ulla nota typographica. Opus istud Romano, et nitido charactere excusum, videtur *Venetiis* ex typis *Bernardini Veneti de vitalibus* circa finem saeculi xv. exaratum. Lineae 28. occurrunt in quavis integra pagina: neque vero desiderantur signaturae, custodes, et foliorum numeri, qui modo romanis notis, modo arabicis sunt expressi. Hac de editione Bibliographi altum tenent silentium.

PLOTINI. *Opera, latine versa* a Marsilio Ficino, *cum ejusdem* Expositionibus, *sive* Commentariis. *Primum folium occupat* PROHEMIUM MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLOTINVM AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEM PATRIE SERVATOREM. *In folio secundo incipit:*

PLOTINI VITA
COMPOSITA A PORPHYRIO
DISCIPVLO SUO TRADUCTA VERO
A MARSILIO FICINO
FLORENTINO
PLOTINUS DELICIAS ET INANEM GLORIAM
VITAMQUE CONTEMNEBAT:
OBIIT ANGINA:
APPARUIT DRACO:

Vita terminatur in prima folii x. pagina. Sequitur dein Dispositio librorum Plotini p materias digestas ordine. *Operibus praefigitur* EXHORTATIO MARSILII FICINI FLORENTINI AD AVDITORES IN LECTIONEM PLOTINI ET SIMILITER AD LEGENTES. *Ad calcem operis occurrit Interpretis*, et *Expositoris Epistola, cum epigraphe:* Marsilius Ficinus Magnanimo Petro Medici. S. *Huic subjecit Typographus verba:*

MAGNIFICO SVMPTV LAVRENTII
MEDICIS PATRIAE SERVATORIS
IMPRESSIT EX ARCHETYPO
ANTONIUS MISCOMINUS
FLORENTIAE
ANNO. MCCCC. LXXXXII.
NONIS MAII.

Adcedunt REGISTRUM, *et signum laudati Typographi. Duo vero ultima folia* Emendatio in Plotinum *complectitur.*
In folio..... XII. I. 48.

Integrum hoc magnae molis opus Romano, ac pereleganti charactere nitidissimae, et praestanti admodum chartae impressum, constat 45. fasciculis plagularum, quos litteris signavit Typographus, et lineae 45. inhaerent cuivis ex paginis integris. Custodes, et paginarum numeri desiderantur. Initiales litterae parvae sunt adjectae, sed a Miniculario colore rubro, vel caeruleo majores depictae fuere. *Maittairus Tom. 1. pag. 437.* editionem *Plotini* hac antiquiorem, sed a se nusquam observatam, ex *Catal. Medici Patavini* refert, quam veluti fabulam jure respuit *Denis* in *Ind. Crit. pag. 780* Splendidissima haec est editio, *immortale* (ut ait *Schelhornius Amoenit. litt. T. 1. pag. 97.*) *magnificentiae Mediceae monumentum, quibusvis imaginibus illustrius.*

Digitized by Google

—— Exemplar alterum..... VIII. G. 1.
—— Exemplar tertium..... VIII. G. 2.
—— Exemplar quartum..... VIII. G. 3.

PLUTARCHI. Illustrium virorum vitae. *Nulla adest Praefatio in hac editione, saltem in tribus exemplaribus, quae possidet haec Regia Bibliotheca, quamvis aliter legatur apud* Bandinium Catal. Bibl. laur. Codd. lat. Tom. II. Col. 699. *in notis. Opus initium sumit a* THESEI VITA PER LAPUM FLORENTINUM EX PLUTARCO GRAECO IN LATINUM VERSA. *Ad calcem integri operis legitur :* Virorum illustrium uitae ex Plutarcho graeco in latinum uersae solertique cura emendatae foeliciter expliciunt : per Nicolaum Jenson Gallicum Venetiis īpressae. M. cccc. lxxviii. die ii. Januarii. *In ultimo folio recto occurrit* REGISTRUM.
In folio majori Tom. 2. in uno volumine..... XX. H. 1.

Editio splendidissima accurate descripta apud *De Bure N. 6083.* Incipit a *Thesei vita*, et terminatur in *Carolo Magno*: Character est rotundus elegantissimus, et lineas 51. complectitur in paginis integris. Custodes, et foliorum numeri absunt: signaturae vero occurrunt tam in primo, quam in secundo volumine. Tituli vitis praefiguntur quadratis litteris excusi ; initiales parvis elementis expressae cernuntur.

—— Exemplar alterum..... XX. H. 2.
—— Exemplar tertium..... XX. G. 15. 16.
—— Alia editio, *cui desunt duo priora folia, quae suppleta visuntur Calligraphi industria. Desinit primum volumen cum* Vita Sertorii, *et* Registro. *Prima pagina secundi voluminis ornamento xylographico instruitur, quod magna ex parte* Cymonis Atheniensis *vita occupatur ; sed tabella, quae litteram includit initialem,* Cymonem *equo vectum, eumque pariter in carcerem detrusum repraesentat. In fronte ornamenti inscriptio legitur:*

CYMONIS VITA
PER LEONARDUM JU
STINIANUM VERSA

Titulus vitae protinus praefixus hujusmodi est : CYMONIS VIRI ILLUSTRIS VITA EX PLUTARCHO GRAECO IN LATINUM PER LEONARDUM JUSTINIANUM VERSA. Vita Caroli Magni *ultimum obtinet locum ; eaque absoluta, subscriptionem hanc sequentem, quae hinc, et illinc,* LAUS DEO, *impressum refert :* Virorum illustrium uitae ex Plutarcho Graeco in latinum uersae: solertiq3 cura emendatae faeliciter expliciunt : Venetiis impressae per Joannem Rigatium de Monteferrato Anno salutis. M. cccc. lxxxxi. die uero septimo decembris. *Signum* Lucae Antonii Junctae, *editionis Curatoris, his verbis proximum visitur.*
In folio..... XX. G. 17.
—— *Idem Opus, Italice, ex versione* Baptistae Alexandri Jaconelli de

Digitized by Google

Riete. *Praeit Interpretis Praefatio sub titulo :* VITE DE PLVTARCHO TRADVCTE DE LATINO IN VVLGARE IN AQUILA AL MAGNIFICO LODOVICHO TORTO PER BAPTISTA ALEXANDRO JACONELLO DE RIETE. *Desinit in postica facie ad lineam xi. In secundo folio recto incipit* VITA DE THESEO TRADVCTA DE LATINO IN VVLGARE AL MAGNIFICO LODOVICHO TORTO PER BAPTISTA ALEXANDRO DE RIETE. *Ad calcem vitae* Catonis *legitur:*

Finisce la prima parte delle uite de Plutarcho : traducte per
Baptista Alexandro Jaconello de Riete : et stampate
in Aquila adi. xvj. de septembro. M. cccc. lxxxii.
per maestro Adam de Rotuuil Alamano
stampatore excellente: cō dispesa (sic) del
magnifico Signore Lodovicho
Torto : et delli spectabili ho
mini Ser Dominicho de
Montorio : et de Ser
Lodovicho de Ca
millis de Asculo
ciptadino (sic) de
Aquila
LAUS DEO AMEN

Hanc subscriptionem excipiunt in aversa pagina duo Epigrammata, vulgo Sonetti, quae hic exscribere non abs re erit.

Baptista Alexandro Jaconello de Riete.

Qui Theseo uiue : et con Romolo contende :
Et con Lycurgo Numa : et con Camillo
Themistocle: et Hannibale con quillo
Bon Scipione cui uirtu resblende :

Thimoleon equi sua uirtu distende
Et Paulo Emilio explicha el suo uexillo:
Lisandro seque : et Silla doppo illo :
Qui Pyrrho contra Mario se difende :

Eumene : el bon Sertorio Nursino :
Et Cimone : et Lucullo : et Nitia anchora
Et Crasso chel mal parto el fe mischino :

Qui Agesilao col gran Pompeio dimora :
Doppo Alexandro uien Cesar diuino :
Qui Photion: col bon Caton se honora :
Ne con multa dimora.

Post spatium duarum linearum :

Digitized by Google

Hor cresce in herba el resto de plutarcho
Tal che integro uerra nel uulgar uarcho.

Sequitur :

Plutarcho io non son tal per cui se accenda
Lume al tuo gran sblendore: nel mio Stil tale
Che al tuo degno subgiecto ascenda eguale
Tal mar uorrebbe assai più experta antenda:

Pure el mio bon uoler mio error defenda:
Et como el redemptor nostro immortale
El cuor riguarda: ouel posser non uale:
Cosci chi legge suol mio core actenda;

Che hor non te mostro ad chi elicona ha infuso
Ma ad quil che non bagnato in tal liquore
Aspira ad fin de laude et uirtù brama:

Et se ad costui mio stil fia tenebroso
Relegendo ritorne al tuo sblendore
Cha non taglia un sol colpo una gran rama:

pur se anchor non se chiama
Ben chiaro relegendo: hor se contente
Oghihom uulgar (se quanto io) de te sente.

In penultima pagina extat Registro delli quinterni del presente uolume delle uite de Plutarcho.

In folio..... XI. C. 7.

Prima Italica editio *Vitarum Plutarchi*, ac insigne monumentum antiquum *Aquilanae* typographiae. Ejus enim meminerunt *Orlandus*, *Maittairus*, *Deburius*, *Haymus*, *Zenus*, *Argelatus*, *Paitonus*, aliique non pauci. Dolendum vero est, nonnisi priorem ejus partem, quae 26. tantum vitas complectitur, detegi hactenus potuisse, et *Argelatum*, *Paitonum*, aliosque in perquirenda altera parte frustra operam consumpsisse. Haec quidem in disticho, quod post primum epigramma legitur, supra relatum, annuntiatur. Sed credibile est alteram partem, ob causas nobis ignotas, lucem nunquam vidisse. Ea certe a nemine hactenus visa fuit: et *Gregorius de Rusconibus*, qui anno *1518. Jaconelli* versionem recudit, primam tantum eius partem, quae in omnibus, annotante *Paitono*, *Aquilanae* editioni conformis est, publici juris fecit. Etsi autem praesens editio cum aliis praestantioribus Saec. xv., quae ex diversis *Italiae* officinis prodiere, conferenda non sit; certum tamen est, charactere, qui Romanus est, quamplurimas cum anteriores, tum posteriores longe superare. Solis signaturis instructa est, et ex Registro quinternionum colligitur, voluminis plagulas esse 334. Merito porro *Paitonus pag. 148.* hanc esse primam eiusmodi versionis editionem existimat, et chimericam esse antiquiorem, anni scilicet 1472. ex fide *Roberti Friban* ab *Orlandio* memoratam, aliamque hujusmet anni *1482.* a *Maffeio* relatam.

—— Exemplar alterum..... XI. C. 8.

Parallela, *ex versione* Guarini Veronensis, *cujus Nuncupatoria Epistola ipsis praefigitur*, *sub Epigraphe :* Guarinus Veronensis de Brevibus Clarorum hominū Inter se Contentionibus a Plutarcho Collectis nuper in latinum Con-

Digitized by Google

versis Jacobo lauagnolo. S. D. *Ad calcem post verbum* FINIS, *legitur:* Impressum Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia. M. CCCC. LXXXV. die xxix. Martii.

In 4.° ..... XII. A. 72.

—— Alia editio, *pariter ex versione* Guarini Veronensis, *et Epistola nuncupatoria, quae operi praefixa est, sic inscribitur:* Guarini Veronensis Paralellia (sic) ex Plutarcho in latinū cōuersa Foeliciter Incipiunt. *Ad calcem:* Plutarchi Paralelia Quaedam Finiuntur. Impressum Brixiae per Jacobum Britānicum die uigesimo quarto octobris. M. cccclxxxxviii.

In folio, *Extat excusa, et compacta cum Polybio* ..... XX. F. 20.

—— Exemplar alterum ..... XX. F. 21.

—— Alia editio, *cui praefigitur opusculum* De claris Mulieribus. *In primo folio recto legitur:* Plutarchus de Claris Mulieribus. Plutarchi paralelia. *In aversa pagina visitur opus* Plutarchi de Claris mulieribus Tabula. *In secundo folio extat Interpretis Praefatio sub titulo:* Plutarchi philosophi de uirtutibus mulierū traductio per Alamānū Ranutinum ciuem Florentinum. *Hoc primum opusculum desinit in folio xxv. averso cum conclusione:* Plutarchi De Claris Mulieribus Finis. *Protinus in sequenti folio incipiunt* Plutarchi Paralelia (sic) e Graeco Traducta, *quibus praefigitur Nuncupatoria Epistola* Guarini Veronensis Interpretis *ad* Jacobum Lauagnolum. *Volumen absolvitur in folio xxxvi. recto, ad cujus calcem haec tantummodo extant verba:* Plutarchi Paralelia: Seu Contentiones Virorum Illustrium Expliciunt.

In 4.° ..... XIX. F. 50.

Sine notis typographicis. Nitidissima editio, quae certe ex aliqua Veneta typographia prodiit. Character est rotundus, et elegans, qui in paginis integris implet 30. lineas. In inferioribus marginibus signaturae, et custodes visuntur, haud vero plagularum numeri. Duae principes litterae xylographicae, caeterae parvis elementis sunt expressae. Ejus meminerunt *Panzer Tom. IV. pag. 177.* et *Bibl. P. Nor.*

—— Exemplar alterum ..... X. B. 2.

—— Plutarchi Philosophi De Virtutibus Mulierum Traductio Per Alamanum Ranutinum Civem Florentinum. *Is titulus occurrit in fronte operis. Ad calcem post verbum* FINIS, *notitia typographica extat hoc pacto:* Impressum Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia M. CCCC. LXXXV. die. xxiii. Martii ..... VII. A. 72.

—— *Opusculum* De invidia, *et* Odio; *sive* de differentia inter odium, *et* inuidiam, *latine. Extat cum* Censorino, *et aliis Scriptoribus. Vide* Censorini *in Tom. 1. hujus Catalogi pag. 174., et seq.*

—— *Opusculum* De institutione puerorum, *graece. Extat cum* Cebetis Tabula. *Vide* Cebetis. *in Tom.* 1. *pag. 172.*

—— *Idem Opus latine*, Guarino Veronensi *Interprete. Extat cum* Xenophontis *libro* de Tyrannide *a* Leonardo Bruno Arretino *latine verso. Vide* Xenophontis.

Digitized by Google

—— *Extat pariter cum Opusculo* de ingenuis moribus Petri Pauli Vergerii. *Vide* Vergerii

—— Praecepta connubialia, *ex versione* Caroli Valgulii. *Praeit Nuncupatoria Epistola* Ad inclytum. d. Jo. Borgiam Gandiae et suessae ducē Alex. vi. Pont. Max. Nepotē Caroli ualguli Brix. Cardinalis Valētini Segretarii. *Hanc excipiunt* Plutarchi praecepta connubialia Interprete Carolo Valgulio Brixiano Cardinalis ualentini secretario. *Adcedit:*

—— *Opusculum* PLUTARCHI DE VIRTUTE MORUM. Interprete Carolo Valgulio Brix., *cui praefigitur Praefatio* AD DIVVM ALEX. VI PONT. MAX. CAROLI VALGULII BRIXIANI CARDINALIS VALENTINI SECREtarii. *In fine:* Impraessum (sic) Brixiae per Bernardinum misintā sumptibus Angeli Britannici Civis Brixiani anno. M. cccc. lxxxxyii. die. iii. Aprilis. *Extat excusum cum aliis opusculis* a Carolo Valgulio *latine versis, quorum primum est illud* Cleomedis; *jam in Tom. 1. pag. 205. hujus Catalogi notatum. Vide* Cleomedis. In 4.° parvo..... IX. B. 27.

—— Apophthegmata *a* Francisco Philelpho *e graeco in latinum translata. In duas hoc opus distinctum est partes. In primae partis fronte haec habentur:* AD magnanimum et illustrissimum principē Philippum Mariam angelum inclitum Mediolanensium ducem Francisci Philelphi praefatio in Plutarchi cheronēsis Apophthegmata ad Traianum Caesarem prima pars. *Praefatio in aversa folii secundi pagina, ad lineam primam finitur. Tum* Apophthegmata *ordine suo sequuntur. Terminatur prima pars in aversa folii xxxvi. pagina, ad lineam xxv., cui subiectum legitur:* FINIS. *Partis secundae initium sic extat:* FRANCISCI praefatio ad nicolaum quītum summū pontificē in plutarchi cheronensis apophthegmata laconica. *Praefatio in prima folii secundi pagina, ad lineam xx. finitur, et spatio unius lineae interjecto, incipiunt* Plutarchi apophthegmata laconica. *Aversa pagina folii xv. vacua est. Folii xxxi. aversam paginam solummodo sex lineae occupant. Ad calcem folii aversi xli. legitur:*

FINIS
M. CCCC. LXXI.

Impressum formis iustoq3 nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit artis opus.

In folio parvo..... X. A. 4.

Quod ad externam hujus operis formam spectat, typi sunt elegantissimi, et Romani; chartae albedo, mundities, ac firmitas, marginumque amplitudo haud parum editionem hanc extollunt. Initiales litterae, custodes, signaturae, et paginarum numeri desiderantur. Folia 77. complectitur. Rarissimam esse hanc editionem, omniumque primam, fere omnes Bibliographi testantur.

—— Exemplar alterum..... X. A. 9.

—— Alia editio, *quae extat cum* Francisci Philelphi Orationibus, *superius notatis. Vide* Philelphi..... IX. B. 1. B. 2. B. 3. B. 4.

Digitized by Google

—— Problemata, *a* Jo. Petro Lucensi *latine reddita, ex recensione* Calphurnii, *cujus Nuncupatoria Epistola operi praefigitur, sub hac inscriptione:* Calphurnius. Marco Aurelio Viro Clarissimo Salutem. *Desinit in aversa pagina folii primi, ad lineam xix. In sequenti folio incipiunt:* Plutarchi Cheronei Diui Traiani praeceptoris Graecorū Clarissimi Histori: ac philosophi Problemata Emendatissima. *Haec terminantur in folio lxv. recto: ad lineam xix. verbum* Τελος. *In postica pagina extat sequens Epigramma:* Calphurnius Brixiensis Ad Dominicum Siliprādū Mantuanum.

Quos radi optabas lima Siliprande libellos
Imprime: nil posset iungere docta manus.
Qui leget hos aequus grates tibi lector habebit
Atq3 idem optabit candida fata mihi.
Nam modo mendosus latiis errabat in oris
Plutarchus: rasa nūc bene pelle nitet.
Aureliiq3 mei claras festinat ad aedes
Qui colit ex toto pectore pieridas.

Exinde spatio trium linearum interjecto:

Idem ad Lectorem.

Habes Plutarchi Problemata q̄emendatissima: exceptis tribus uel ad summū quattuor locis, ubi graecum exemplar mancum erat: tu cum melius habueris tua diligentia iungito. Vale.

In 4.° parvo..... IX. B. 47.

Sine loci, et anni indicio. Editiones hujusmodi duae sunt: utraque nota *Maittairo pag. 761. Morellio Tom. 1. pag. 236.* et *Denis pag. 641.* utraque charactere Romano excusa, sine numeris foliorum, et custodibus, attamen cum signaturis; utraque denique ad calcem habet Epigramma *Calphurnii.* Sed una habet lineas 23. in paginis integris, uti extat praesens editio, altera 24., sed utra antiquior sit non constat. Id unum certum est quod *Dominicus Siliprandus* anno *1477. Venetiis* impresserit *Commentarium Antonii de Tempo in Carmina Italica Petrarchae:* quem librum describit *Mittarellus* in Indice librorum *Saec. xv.* impressorum, qui sunt in Bibl. *S. Michaelis prope Murianum pag.* 441.

—— *Hoc idem opus extat cum* Problematibus Alexandri Aphrodisei. Venetiis per Antonium de strata cremonensem. Anno salutis nrae. M. cccclxxxviii. die Sabbati. iii. no. Januarii. *Vide in Appendice* Aphrosidei.

In folio..... IX. F. 18. 19.

—— Amatoriae narrationes, Angelo Politiano *Interprete, cum eiusdem Praefatione ad* Pandulphum Collenucium. *Extant cum* Politiani *operibus. Vide* Politiani.

Digitized by Google

P O

Poëmatia Anepigrapha Italica.

—— *Poëmation Octostichis italicis rhythmicis, historiam continens* di Florio et Biancofiore. *In aversa pagina folii primi tabula lignea visitur valde rudis, quae* Florio, et Biancofiore *repraesentat, uti ex eorum nominibus ibi impressis evincitur. In sequenti folio incipit Poëmation, cujus primum epigramma, vulgo Stanza, est hexasticum, caetera Octosticha. Hoc primum epigramma sic legitur:*

donne e signiori uoglyoue pregare
chel mio dicto sia bene scoltato
ca io ve uoglio dicere e cantare
ora me intenda chiūca e namorato
como nascio Florio e Biancofiore
insembla crescero con grande amore.

Ultima vero Stropha sic:

Florio si tornao da qua da mare
et arriuao ala contrata soprana
tornao in spagnya e fece baptizare
lo re felice e la matre pagana
et tucta la sua gente fa iurare
nela feda cactolica romana
uenuto fo de roma imperatore
cento anni uippe florio e biancofiore

Ad calcem hujusmodi epigrammatis cxxxiii. legitur:

Laudato ne sia cristo Omnipotente
Et tucti me perdonati o bona gente.

Post spatium unius lineae, nota typographica hoc pacto habetur:

Qua finisse la historia de Florio e
Biancofiore stampata a Napoli.
Anno. domini M. cccc. lxxxi.

Alia Tabella xylographica conspicitur in prima pagina ultimi folii, quae navim in medio mari repraesentat, et in summitate ejusdem tabulae extant verba:

Como Biancofiore fo venduta su la naue

In 4.° parvo..... XI. B. 19.

Digitized by Google

Hujusmodi Poëmatii, longe dissimilis ab eo *Ioannis Boccacii*, mentionem fecerunt Auctor *Opusculorum di Autori Siciliani Tom. xx. pag. 237.* et *Audiffredus* in *Catal. Rom. Edit. Saec. xv. pag. 194.* sed editiones, quas Laudati Bibliographi describunt, ab hac nostra diversae sunt, quam nos primum excitamus. De Typographo ejusdem, sine ullo erroris periculo, adfirmare audeo fuisse *Arnaldum de Bruxella*, cujus nomen occurrit in aliis quibusdam editionibus, eodem prorsus charactere, qui romanus est, impressis; et praesertim in duobus opusculis de *Catonis Distichis*, et *de Mirabilibus Civitatis Puteolorum*, in *Tom. 1. hujus Catal.* notatis *pag. 168.* et *272.* Editionis plagulae sunt 21. in quibus 133. Octosticha continentur, et in qualibet recta pagina lineae 27. numerantur, in aversa vero 26. ita ut Octosticha frequenter dividantur. Desunt signaturae, custodes, foliorum numeri, et interpunctionis signa.

— *Poëmation Anepigraphum Octostichis italicis rhythmicis, quod respicere videtur obsidionem, expugnationem, excidiumque Christianorum in Insula* Eubea *sub* Mahummede II. anno 1461. *Incipit hoc pacto:*

(O) Tu dolce signor che nai creati
Corrente fiume di misericordia
I tui fideli ti sian reconmandati
De metter fra cristiani pace e concordia
Non risguardar a nostri gran peccati
De noi altri mischini siti recordia
Tu uedi el dano uituperio cunte
Che receue cristiani de negroponte.

Terminatur in folio xv. averso ad lineam xii. et nil aliud legitur in fine nisi verbum A. M. E. N.
In 4.° parvo..... XII. A. 40.

Hoc opusculum omnino ignorarunt Bigliographi, nec non *Quadrius*, *Haymus*, caeterique, apud quos non modo Impressoris nomen, locus, et annus, sed et ipsius Auctoris nomen desideratur. Constat hoc Poëmation ex CIII. Octostichis, quae XV. foliis comprehenduntur, et in qualibet pagina numerantur XXVII. lineae; quapropter Octosticha in paginis separantur. Character semi-gallo-francus est magnitudine *Sylvii* plusquam majoris. Desunt signaturae, custodes, numeri, ac registrum.

— *Poëmation italicum octostichis rhythmicis, quod enarrat historiam cujusdam Romanae Imperatricis, cujus innocentia falsis criminantibus impetita, miraculo* B. V. M. *vindicata est: nomen tamen Imperatricis ab Auctore Poëmatii praetermittitur.*

Al nome sia di q̄lla eterna luce
ch⁹ lume porge al mōd̨o tuto (sic) q̄to
cōlaq̄l sol ogni bē si cōduce
padre e figliuolo e spirito sancto
da cui infita (sic) gratia sol produce
a chi seguir la uuol cō puro amanto
con la qual gratia nel priābol mio
mosso mi son con fermo disio.

Digitized by Google

Ad calcem Poëmatii legitur: Bernardus fuit inuentor.
In 4.°..... XII. D. 58.

Quis porro fuerit *Bernardus* hic *inventor* Poëmatii, haud facile est pronuntiare. Bibliographi quamplurimi, quos ad manus habeo, Scriptoresque de Italica litteratura, ac Poësi, hoc Poëmation omnino ignorarunt. Excusum videtur circa Saec. xv. exitum, et ob quamdam characterum similitudinem, dicerem exaratum ex aliqua *Iunctarum* typographia. Characteres enim rotundi, et nitidi sunt, et quinque Octosticha in singulis columnis, (nam duabus paginae sunt distinctae) implent. Custodes, et foliorum numeros minime excudit Typographus; signaturae vero litteris, romanisque notis instructae suo loco visuntur. Foliis 6. constat opusculum, in quo cxx. octosticha continentur.

—— *Poemation italicum Octostichis rhythmicis conscriptum, enarrans obsidionem, et expugnationem Urbis* Granatae, *ac victoriam obtentam adversus Mauros a* Ferdinando Chatolico *anno 1492, uti eruitur ex primo Octosticho, quod sic habetur:*

O Re di re de la superna gloria
O vero o vivo fonte de pietade
De piazate signor donare victoria
Ala mischina tua christianitade
Ben che sia indigno mi p̄sti memoria
De seguitare con li rime ornate
Et de tractare la guerra ismesurata
Che re de spagna fa a re de granata.

Ad calcem legitur tantummodo FINIS.
In 4.° parvo..... XII. D. 38.

In hoc opusculo cudendo gallo-francis nitidis litteris usus est Typographus, qui noluit distinguere Octosticha, spatio interjecto, ut moris est. Charta nitida adparet, et in unaquaque pagina duas columnas, lineis 42 refertas, et amplis marginibus, exhibet: hinc Octosticha, quae numero sunt 76. semper in paginis dividuntur. Foliis quatuor constat opusculum, in quibus nec signaturas, nec custodes, nec numeros foliorum, nec interpunctionis signa impressit Excusor. Ex hisce defectibus duo argumenta desumi possunt; primum ad vetustatem editionis demonstrandam; secundum ad negligentiam, et festinationem, quae hujusmodi vulgares editiones a circulatoribus parvo aere emendas comitabantur. Etsi plane non liqueat, in quanam typographia opusculum hoc sit exaratum, crediderim potius *Florentiae* quam alibi ipsum fuisse impressum.

—— *Poëmation anepigraphum italicis Octostichis conscriptum, cujus argumentum sunt virtutes, ac vitia mulierum. Primum Octostichum sic se habet;*

O cōditor de luniuerso mōdo
da cui p̱cede ognī sup̱na glīa
fa lo intellecto mio tāto iocundo
chē rima trati vna legiadra istoria
che esēpiosa a tuto quāto el mōdo
e seguina perpetua memoria
che trati per amore e con misura
del sexo femminile la soa natura.

Ultimum vero:

Digitized by Google

Se de legere vsera qucsta istoria
ti fia vtile e ato (sic) a fare honore
e la tua dona hauera amemoria
de emendare infi alchun errore
a laude del signor summa gloria
rimata è lo per vostro amore
acio che de essa dileto piliate
e bon fruto anchora sine cacciate

In 4.° parvo..... XII. D. 38.

Constat libellus hic VIII. paginis, in duas columnas tributis: et in qualibet columna quatuor Octosticha impressa cernuntur. Octosticha vero, ex quibus componitur hoc Poëmation, sunt IX.; ita ut ultimae paginae tantummodo prima columna impleatur. Cui Typographo adscribenda sit haec editio, quae Romana videtur, incertum mihi omnino est. Excusa est medio gallo-franco charactere nitido, et eleganti, sine signaturis, reclamantibus, et numeris paginarum.

Longum nimis, ac laboriosum foret omnes ejusmodi reculas anepigraphas recensendo, statuere etiam locum, annum, atque typographeum. Etsi enim non aperte liqueat ante elapsum Saeculum XV. fuisse impressas: nil tamen contra occurrit, quod recentiori tempori eas adscribendas esse evincat. Immo, ratione habita characterum, impressionis, ac totius typographicae oeconomiae, nec non et chartae, eis vetustior epocha, non sine magna probabilitate, statuenda videtur; nam illustriores, pluresque sunt notae, quae haec opuscula generaliter ad saeculum XV. pertinere suadent, quam quae contra.

Poggii Iacobi Bononiensis. Opus Morale, *quod* Sigillum Avris *adpellatur; partim vernaculo, partim latino idiomate exaratum, in libros quatuor tributum, in quorum fronte, rubro charactere, quae in unoquoque libro contineantur declaratur itala lingua. Praeit Prooemium subjectum titulo:* JESUS MARIA; *deinde praeviis verbis:* RELIGIOSISSIMAE AC VENERANDAE In Christo Jesu Matri dominae Camillae Bentivolae Virgini professae ac dedicatae Sanctissimae Religioni Sāctae Clarae in Sacro Corporis Christi monasterio Bononiēsi: Jacobus Pogius. S. P. D. *Prooemio subditur* Divisio operis, *ex qua librorum argumenta patent, scilicet* I. Della condizione dell' anima ed esser suo. II. Della conservazione dell' anima, e della virtù della prudenza. III. Della virtù della prudenza. IV. Della utile, e conveniente orazione. *In tertio libro quasdam refert historias, praecipue ad Bononiensem Urbem,* Bentivolosque *spectantes. Ad calcem operis occurrit sequens* Jacobi Carmen ad eandem Camillam et alium quēuis lectorem.

Hunc tibi uirgo Ioui sacrata Camilla libellum
Mēte animoq3 datum: mente animoque cape.
Dūq3 capis: capias animū: mentemq3 Jacobi:
Comunem pro quo uirgo precare deum.
Mox comitesq3 tuae: quaecūque haec legerit: orent
Caelestes pro me supplice uoce choros.

Typographus exinde notavit:

86

Digitized by Google

Et sic habes splendidissime lector opus editū
per nobilem uirum Jacobum pogium
diligēterq3 Bononiae impressum
per Joānem Antoniū platoni
dem Benedictorum Biblio
polam necnō ciuem Bo
noniensem sub Anno
domini. M. CCCCC. die
uero. xxviii. Marcii. Joanne Ben
tiuolo patre patriae foeliciter illustrāte.

Tres plagulae adcedunt, quarum duae priores emendationes errorum, Registrum, et Tabulam librorum, et capitum complectuntur; tertia in prima facie Impressoris signum refert, scilicet quadratum xylographicum, quod pyrum cum pedicùlo, et frondibus repraesentat, cum litteris I... B. *in summitate, et in schedula.* F. C. V. *Aversa pagina est alba.*
In 4.° parvo..... II. D. 18.

Poggii Bracciolini Io. Francisci Florentini. Historia Florentina, ab Iacobo *filio italice versa. Opus subjectum est Prooemio Traductoris, quod titulum habet:* PROHEMIO DI JACOPO DI MESSER POGGIO ALLO ILLUSTRISSIMO SIGNOR. FEDERICO DA MONTEFELTRO CONTE DURBINO. NELLA. HISTORIA. FIORENTINA. DI MESSER. POGGIO SUO PADRE. ET TRADOCTA DALUI. DILATINO. IN LINGUA FIORENTINA. *Ad calcem in penultima pagina legitur:* Finito loctauo et ultimo libro della historia fiorentina di Messer Poggio tradocta di lingua latina in lingua toscana da Jacopo suo figliuolo Impresso Auinegia per lhuomo di optimo ingegnio Maestro Jacopo de rossi di natione gallo neli anni di Cristo M. CCCCLXXVI. a octo di marzo Regniante lo inclito Principe Messer Andrea uentramino. Laus Deo. *Extat excusa, et compacta cum* Historia Leonardi Arretini, *a* Donato Acciaiolo traducta.
In folio..... XII. F. 7.

Editio excusa elegantibus rotundis characteribus, qui lineas 41. occupant in paginis integris. Signaturae hujus voluminis expressae sunt Romanis parvis numeris, et litteris; custodes, et numeri foliorum desunt. Initiales a Miniculario in spatiis pictae sunt, nam Typographus eas parvis formis excudit.

—— Exemplar alterum..... XII. F. 24.

—— Exemplar tertium, *quod extat compactum cum* Arretini Historia Florentina..... XX. H. 15.

—— Facetiarum libri IV. *Opus incipit nullo praevio Prooemio, ac titulo. In fine:* Expliciunt faccecie (sic) Pogii Florētini uiri eloquētissimi. Impresse ferrarie die qnto augusti. M. CCCC. LXXI.
In 8.°..... XII. B. 31.

Digitized by Google

Editio summopere rara, quam laudat *Maittairus pag. 310.* et post illum *De Bure Belles-lett. Part. II. pag. 62.* et *Audiffredus Specim. Hist. Critic. Italic. Edit. Saec. XV. pag. 229.* Deest Typographi nomen, characteres tamen sunt *Andreae Galli*, qui rotundos nitidosque typos adhibuit in editionem elegantissimam cudendo, et lineas 25. in paginis impressit, sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris in amplis marginibus. Initiales, quae deerant in spatiis, a Miniculatore depictae sunt; princeps vero in prima pagina, auro et floribus superbit; flores insuper superiorem, inferiorem, et internum marginem eiusdem paginae ornant.

—— *Italice. Primum folium vacuum, et in secundo recto opus incipit a* Prohemio, *huic titulo subjecto :* Facetie de Poggio florentino Traducte de latino ī uulgare ornatissimo. *Ad calcem, post verbum* FINIS, *typographica nota extat hoc pacto :* Qui finisse le Facetie di Poggio florentino Traducte de latīo ī uulgare ornatissīo : Impēsse ī uenetia per Bernardīo de celeri dalouere. Mccccl xxxiii.

In 4.° parvo..... X. B. 68.

In pretio habenda est haec editio, quia rara, et fugit Bibliographos fere omnes, nec non et Scriptores, qui de *Poggio*, ejusque operibus egerunt. Num versio haec *Facetiarum Poggii* eadem sit, quam memorat *Haym. Tom. III. pag. 95.* excusam *Venetiis An. 500.* per *Ottinum de Pavia in 8.* an ab ea diversa, ad trutinam revocare in praesentia non vacat. Caeterum *Gesnerus*, vocat hoc *Facetiarum Opus turpissimum, et aquis, incendiisque dignum.* Typus, quo praesens editio extat impressa', rotundus, et nitidus est, et lineas 27. in paginis implet. Signaturae litteris, romanisque notis instructae visuntur; et custodes, et foliorum numeri desunt; initiales parvis formis notantur.

—— Versio latina historiarum Diodori Siculi, *cum Epistola Nuncupatoria ad* Nicolaum V. *Vide* Diodori.

—— Invectiva in Laurentium Vallam, *et* Laudatio funebris Laurentii de Medicis. *Extat cum* Margarita Poetica Alberti de Eyb. *Vide* Eyb.

Poggii Jacobi. Versio Historiae Florentinae Poggii Patris sui. *Vide supra* Poggii Bracciolini.

—— Comento sopra il Trionfo della fama del Petrarca. *Praecedit Auctoris Epistola, cujus inscriptio :* JACOPO DI MESSER POGGIO A LORENZO DI PIERO DI COSIMO DE MEDICI SOPRA EL TRIOMPHO DELLA FAMA DI MESSER FRANCESCHO PETRARCHA PROHEMIO. *Hoc absoluto, subjectum legitur Carmen italicum versuum 24., quod fortasse ex ipso* Petrarcha *desumptum est, et sub hoc carmine legitur sequens titulus :*

COMENTO DI JACOPO DI
MESSER POGGIO SO
PRA EL TRIOM
PHO DELLA FA
MA DI MESSER
FRANCESCHO PETRAR
CHA A LORENZO DI PIE
RO DI COSIMO DE MEDICI.

Ad calcem : Impresso in Firenze per ser Francesco Bonaccorsi A petitione di

Digitized by Google

Alexãdro di Francesco Vatrochi Cittadino Fiorentino. Nel anno. MCCCCLXXXV. adi. xxiiii. di gennaio FINIS. *In ultima pagina extat* REGISTRO.
In 4.° parvo..... XII. A. 64.

Editio valde elegans, et parum obvia, excusa charactere Romano. Integra pagina continet 25. lineas. Signaturae visuntur, haud vero custodes, et foliorum numeri.

—— Alia editio, *continens ea omnia, quae in praecedenti editione notata sunt. Ad calcem post verbum*, Finis, *extat* Registro.
In folio..... XI. G. 31.

Hujusmodi editionis, notis typographicis destitutae, mentionem fecerunt *Denis in Supplem. pag. 710. et Panzer Tom. IV. pag. 178.* Excusa est rotundo, et nitido charactere Romano, qui in paginis integris complet lineas 38. In oris paginarum nec custodes, nec signaturae, nec foliorum numeri visuntur; ac totum volumen concluditur 63. foliis.

Polentoni Xichonis. Argumenta super aliquot Orationibus, et invectivis Ciceronis. *Extant cum* Asconio Pediano. *Vide in Appendice* Asconii Pediani.
—— Vita C. Svetonii Tranquilli, *ex lib. VII.* de illustribus Scriptoribus *ejusdem eruta. Extat praefixa operi* Svetonii. *Vide* Svetonii.

Poliphili. Hypnerotomachia. *Vide* Columnae.

Politiani Angeli. OMNIA OPERA et alia quaedam lectu digna quorum nomina in sequenti indice videre licet. *Is titulus occurrit in prima pagina. Typographi Epistola imprimitur in aversa facie, sub titulo :* Aldus Manutius Romanus Marino Sannuto Leonardi filio patritio Veneto. *In secundo folio recto incipit* Index eorum quae in hoc volumine continentur, *in quo summatim haec indicantur :* Epistolarum libri XII. *in quibus tum* Politiani, *tum aliorum* Epistolae *reperiuntur. Nomina vero eorum, qui ad* Politianum Epistolas *miserunt, ordine alphabetico sunt in hoc Catalogo notata. In libro VII.* Epistolarum, *scilicet in* Epistola ad Antonium Zenum, *reperitur versio latina* Idili Moschi, *cui titulus,* Amor fugitivus. *Tum sequuntur:* Praefatio in Carmidem Platonis e graeco in Latinum, *ac ejusdem operis latina versio.* = Miscellanea. *In hisce* Miscellaneis, *praeter veterum Auctorum fragmenta, legitur* Callimachi Hymnus in Palladis lavacra, *tum graece, tum ex latina versione ejusdem* Politiani. = Herodiani historia e graeco in latinum = Enchiridion Epicteti Stoici e graeco in latinum = Defensio pro Epicteto ad Bartho. Scalam = Alexandri Aphrodisaei Problemata e graeco in latinum = Plutarchi cheronei amatoriae narrationes e graeco in latinum = Lamia = Panepistemon = De ira ad Laurentium Medicem = Praefatio in Homerum = Praefatio in Quintilianum et Statii Silvas = Praefatio in Svetonium = Oratio pro Oratoribus Senensium ad Alexandrum VI. Pont. Max. = Oratio pro oratoribus Florentinorum ad Alphonsum Regem siculũ = Oratio iterum pro oratoribus Florentinorum ad eumdem Alphonsum = Oratio pro Praetore Florentino ad dominos Florentinos = Athanasii opusculum in

Digitized by Google

Psalmos e graeco in latinum = Dialectica = Praelectio de Dialectica = Praelectio in Persium = Nutritia Sylva = Rusticus Sylva = Manto Sylva = Ambra Sylva = Epicedion in Albieram = Liber Epigrammatum latinorum = Liber Epigrammatum graecorum = *In folio tertio recto incipit:* ANGELI POLITIANI EPISTOLARUM LIB. PRIMUS. *Ad calcem voluminis legitur:* Finis graecorum epigrammatum, *ac deinceps:* Venetiis in aedibus Aldi Romani Mense Juctio M. IID. Impetravimus ab Illustrissimo Senatu Veneto in hoc libro idem quod in aliis nostris. REGISTRUM *sequitur, quod excipit* Monodia in Laurentium Medicem.

In folio minori..... XVII. G. 23.

Hujus editionis meminerunt Bibliographi celebriores, qui eam rarissimam, et splendidissimam adpellarunt; et *Freytag.* in *Adpar. I. pag. 666.* adfirmare non dubitavit, se illa, si *Georgii Vallae* opus *de rebus expetendis et fugiendis* excipiatur, elegantiorem, et splendidiorem non vidisse, quae ex *Aldi* officina prodiit. Hoc idem docet *Denis in Memorab. Bibl. Garell. pag. 182.* Haud parum extollunt editionem typus, qui Romanus ac perelegans est, et chartae praestantia. Lineae 38. formant integras paginas, in quarum marginibus tituli visuntur in superiori parte, custodes, et signaturae in inferiori. Numeri foliorum desiderantur, et parvis elementis notantur initiales. Constat denique totum volumen 52. plagularum fasciculis.

—— Exemplar alterum..... XVII. G. 24.

—— Sylva, *cui titulus* Manto. *Praecedit Nuncupatoria Epistola, qua* Angelus Politianus Laurentio Medici Petri Francisci. F. S. D. *data* Florentiae non. Novemb. 1482. *In aversa pagina imprimitur metrica* PRAEFATIO ANGELI POLITIANI IN SYLVAM CUI TITULUS MANTO. *Hanc excipit* Sylva, *praevio titulo:* Angeli Politiani Sylva in bucolicon Virgilii enarratione recitata. *Ad calcem*, FINIS; *ac postea legitur:* Impressum per Antonium Miscominum Florentiae anno salutis. M. cccclxxxii. V. Idus Novembres.

In 4.° parvo..... X. B. 69.

—— Exemplar alterum..... X. B. 22.

—— Sylva, *cui titulus* Rusticus. *Princeps pagina exhibet Epistolam, qua*

ANGELUS POLITIANUS
JACOBO SALVIATO
SUO. S. D.

Opus incipit in averso folio, titulo praevio: Angeli Politiani Sylva: cui Titulus Rusticus: in poetae hesiodi: Virgiliiq3 georgicon enarratione pronuntiata. *Ad calcem legitur:* Florētiae: xi. Nonas novēbres M. cccclxxxiii.

In 4.° parvo..... X. B. 69.

Sine Typographi nomine. Censet Eruditiss. *P. Amoretti* dubitandum non esse, quin recitata subscriptio designet annum ipsius editionis, quae fortasse omnium prima est, eaque, ad quam refertur declaratio *Antonii Miscomini*, quae legitur in editione anni 1491. scilicet *Iterum impressit Antonius Miscominus;* et eo magis, quod considerato hujus editionis charactere, statim apparet ad ipsum *Miscominum* pertinere.

—— Exemplar alterum..... X. B. 22.

Digitized by Google

—— Sylva, *cui titulus* Ambra. *Praemittitur inscriptio:* Angeli Politiani Sylva: cui titulus Ambra in poetae Homeri enarratione pronuntiata : *Ad calcem,* FINIS. *tantum legitur.*
In 4.° parvo..... X. B. 15.

In hoc nostro exemplari desideratur Epistola Nuncupatoria *Angeli Politiani ad Laurentium Tornabonum*, praefixa opusculo, data *Florentiae* Pridiae *Nonas Novembres M. cccc lxxxv.* Hinc etsi loci, Typographi, et impressionis anni notae in hac editione desint, eodem tamen anno, quo data est laudata *Politiani* epistola, ipsa editio facta fuisse existimetur. Sic enim docent *Audiffredus Specim. pag. 297.* et *Fossius Tom. II. pag. 392.* Character Romanus est, et pertinere videtur ad *Antonium Miscominum* Florentinum Typographum. Constat opusculum ex foliis 14. sine signaturis, numeris, et custodibus.

—— Sylva, *cui titulus* Nutricia. *In primo averso folio impressa visitur Auctoris Epistola, sub epigraphe :* Sacratissimo Patri Dominoq3 suo Antoniotto Gentili. tt. Sanctae Anastasiae Presbytero Cardinali Auriensi Servulus Angelus Politianus. *Desinit Epistola :* Vale. Florentiae VI. kal. Junias. An. Salutis. M CCCC LXXXXI. *Opusculo titulus praecedit :* Angeli Politiani Silva : Cui Titulus Nutricia. Argumentum De Poetica et Poetis. *Ad calcem haec excusa verba leguntur :*

FINIS
IMPRESSIT
Florentiae Antonius Miscominus
VII. Calendas Junias
M. CCCC. LXXXXI.

In 4.° parvo..... X. B. 69.

Orlandus pag. 389 editionem Bononiensem anni 1491. refert, quam *Maittairus* errore forsan typographico, ceu anni 1481. indicavit ex eodem *Orlandio*, quod *Denis* haud notavit in *Indice Critico.* Forsan *Orlandius* aeque ac *Maittairus* corrigi debent, quum pro editione Bononiensi nostra potius extiterit.

—— Exemplar alterum..... X. B. 22.

—— Panepistemon, *sive* Praelectio in Ethicen Aristotelis. *Opus incipit in averso folio primo a titulo :* Angeli Politiani praelectio : Cui titulus Panepistemon, *quo absoluto Typographus scripsit :* Impressit Antonius Miscominus Florentiae. M. CCCC LXXXXI. Decimo kal. Martias. *Tandem accedit signum ejusdem Typographi, alibi notatum.*
In 4.° parvo..... X. B. 22.

—— Lamia, *sive* Praelectio in Priora Aristotelis. *Praecedit titulus :* Angeli Politiani praelectio in Priora Aristotelis Analytica. Titulus Lamia. *Opusculo absoluto, legitur,* FINIS; *ac deinceps :* Impressit Florētiae Antonius Miscominus Decimo octavo kal. decembris. MCCCCLXXXXII. *His verbis subjacet Impressoris signum.*
In 4.° parvo..... X. B. 22.

—— Oratio, *cujus titulus in prima pagina sic extat :*

Digitized by Google

ANGELI POLITIANI

Oratio pro oratoribus Senen siū ad Alexandrum Sextū Pont. Max. in qua de Summa Pontificis authoritate cū eloquenter tum erudite agitur.

Post duarum linearum spatium, sequitur:

JASONIS MAYNI

Iurisconsulti Oratio coram eodē Alex. vi. Pont. Max. habita pro obediētia Illustriss. Ducis Mediolanensiū ubi discribitur situs Hispania4.

Margines istiusmodi paginae ornatu xylographico eleganter insculpto superbiunt, et in inferiori Stemma urbis Romae *conspicitur, cui subjectum legitur verbum,* ROMA. *In postica pagina incipit ipsa Oratio, titulo subnexa:* ANGELI POLITIANI ORATIO Pro oratoribus Senensium ad Alex. vi. Pont. Max. *Absolvitur verbo* DIXI *in folio quarto averso, ad lineam xxi.* In 4.º parvo. *Vide* Orationes variae. ..... XIII. A. 51.

Penes Bibliographos praecipuos editionem hanc haud reperisse fateor. Eodem charactere excusa, quo *Oratio Jasonis Mayni*, quam supra notavimus pag. 107. Videsis *Mayni*.

—— Carmen in obitu Michaelis Verini. *Extat in lib.* Distichorum Michaelis Verini. *Vide* Verini.

—— Versio e graeco in latinum Historiae Herodiani de imperio post Marcum. *Vide* Herodiani.

—— Versio e graeco in latinum Enchiridii Epicteti. *Vide* Epicteti.

Pollionis Trebellii. *Vide* Spartiani, *et* Scriptores Historiae Augustae.

Poloni Martini. Margarita Decreti, *seu* Tabula Martiniana. *Folium princeps vacat: in secundo autem recto opus incipit a Prooemio, cujus titulus:* Margarita decreti seu Tabula martiniana edita per fratrem Martinum ordinis predicatorum Domini pape penitentiarium et Capelanum (sic). *Ad calcem:* Finis margarite decreti que Martiniana vocatur edita per venerabilem virum fratrem Mar-

Digitized by Google

tinū ordinis predicatorum : summi pontificis penitentiarium ac capellanum Impressum venetijs per peregrinum de paschalibus : et dominicū de bertochis bononienses. Anno domini. M. cccc. lxxxvi. quarto nonas septēbris. *Sequuntur* Registrum hujus operis, *et* signum Typographorum. *Ultimum folium occupat Index operis ordine alphabetico descriptus.*

In folio..... VI. E. 1.

—— Exemplar alterum..... VI. E. 14.

—— Alia editio. *Praeit Index Alphabeticus trium paginarum. Tum sequitur in tertio folio recto Auctoris Prologus, qui in secunda ejusdem folii columna, ad lineam XIII. terminatur. Ad calcem primae columnae ultimi folii recti haec leguntur :* Explicit margarita decreti : que martiniana vocatur. edita per venerabilem virum fratrē Martinum ordinis p̄dicato4 summi pontificis penitētiarium ac Cappellanum.

In folio..... VI. E. 8.

Opus istud sine notis typographicis, 17. fasciculis contentum, gallo-franco charactere in duabus columnis est impressum. Caret custodibus, et paginarum numeris ; signaturae in inferiori margine litteris, arabicisque numeris instructae cernuntur. Memoratur a *Seemiller iv. pag. 141.* et a *Panzer Tom. iv. pag. 158. n. 776.*

—— Exemplar alterum..... VI. E. 17.

—— Exemplar tertium..... VI. E. 18.

Poluciis Joannis mariae de. Incipit Maremagnum. idest indulgentie. p̄uilegia. gratie. et indulta. cum multis aliis bullis dispis per uenerabilem sacre pagine bachalarium fratrem Joannemmariam de poluciis de nouolaria (sic) cum tabula per alphabetum ordinata : fideliter et iuste in vnum redactis : almi ordinis fratrum et sororum gloriosissime dei genitricis semperq3 virginis Marie de monte carmelo. Notandū q̄. supradicte gratie dicuntur : eo q̄. gratiose uti debemus. *Ultima bulla hujus* Maris magni, *data est* x. kalendas Septembris anni 1477. *Ei subjungitur Processus, sive mandatum* Jo. Aloysii Tuscani, *quo omnia in eo contenta Patriarchis, Archiepiscopis* etc. etc. intimantur, insinuantur, notificantur etc. etc. datum et actum Rome in Ecclesia B. Marie rotunde *eodem anno* XXIV. Mensis Martii. *Exinde* Incipit tabula Marismagni per alphabetum a uenerabile sacre theologie bachalario fratre Joannemaria de poluciis de nouolaria nō paruo labore ordinata : *quae quidem* Tabula *duobus comprehenditur foliis.*

In folio parvo..... VI. E. 30.

Sine typographicis notis. Editio est excusa parvo gallo-franco charactere, sed valde nitido, cum signaturis tantum, et summa foliorum 24. *Denis in Suppl. pag. 611*, et *Audiffredus pag. 446.* eam recensent inter Romanas editiones ; verum alii Bibliographi typis *Andreae Torresani de Asula Venetiis* excusam esse autumant ; eoquia eodem gallo-franco charactere impressa est, quo laudatus Typographus anno 1495. excudit *Breviarium secundum ordinem Carmelitarum ;* et in *Bibl. P. Nor.* praesens opusculum extat compactum cum laudato Breviario.

Polybii. Historiarum lib. v. *priores, (qui integri tantum extant) latine, ex*

Digitized by Google

versione Nicolai Perotti, *et cum ejusdem Praefatione ad* Nicolaum V. *Praefatio duo fere folia occupat ; et sequentem titulum praesefert:* Nicolai Perotti in Polybii historiarū libros prohemiū incipit feliciter ad Nicolaum. V. pōtificem maximū.

In calce ultimi folii recti :

Aspicis illustris lector quicunq3 libellos
Conradus suueynheim: Arnoldus pannartzq3 magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXIII.
die iouis ultima decembris.

In folio..... XII. F. 1.

Rarissimis libris adnumerandam esse hanc principem *Polybii* editionem ; ac teste *Deburio*, nullum ejus exemplar *Parisiis* extare, libenter animadvertimus.

— Alia editio, *cujus prima pagina sequentia verba continet :*
Nicolai Perotti in Polybii Historiarum libros prooemium.
Ad Nicolaum Quintum Pontificem maximum.
Polybii Historiarum libri Quinque :
Nicolaus Perottus Pont. Sypontinus e graeco traduxit.
Jani Pānonii ad diuā Faęroniā Naiadū Italica4 principē carmen.

In aversa pagina incipit: Nicolai Perotti in Polybii Historiarum libros prooemium ad Nicolaum. V. pontificem maximum, *quod desinit in folio secundo averso. Opus initium sumit in folio tertio, a titulo:* POLYBII HISTORIARUM LIBER PRIMUS E GRAECO PER NICOLAUM PEROTTUM TRADUCTUS. *Ad calcem ultimi libri:* Polybii Historiarum libri quinti et Vltimi Finis. *Tum:* Nicolaus Perottus Pont. Sypotinus e Graeco traduxit. *Exinde nota typographica, scilicet:* Bernardinus Venetus Anno a Natali Christiano. Mcccclxxxxviii. Venetiis Impressit. CUM Privilegio et Gratia. *Sequitur Registrum, quod excipit* Naiadum Italicarum Principi Divae Faeroniae deuotus hospes Ianus Pannonius cecinit in reditu ex Vrbe. Non. Iuniis. M. cccc. lviii. *quod carmen terminatur in ultimo folio recto.*

In folio..... XX. F. 19.

— De primo Bello Punico, *ex versione* Leonardi Aretini. *Legitur in prima pagina :*

POLYBIUS HISTORICUS
DE PRIMO BELLO
PUNICO ET PLU
TARCHI PA
RALELIA

Epistola Traductoris occurrit in postica pagina, sub titulo : Leonardus Areti-

Digitized by Google

nus omnibus Polybii Historiae studiosis. S. P. D. *In sequenti folio :* Polybius Historicus de primo punico bello ex graeco in latinū traductus per Leonardum aretinum uirum elegantissimum. Foeliciter incipit. *Absolvitur opus hac conclusione :* Polybii historici megalopolitani liber tertius et Vltimus Finit. *Sub eodem signaturarum ordine sequuntur* Plutarchi Paralelia in latinum cōversa a Guarino Veronensi, *cujus Epistola ad* Iacobum Lavagnolum *ipsis praemittitur Ad calcem :* Plutarchi Paralelia Quaedam Finiuntur. *Deinde :* Impressum Brixiae per Iacobum Britānicum die uigesimo quarto octobris. M. cccclxxxxviii.
In folio..... XX. F. 20.

Nitidissima editio, quae certe Brixiensis typographiae gloriam amplificat. Excusa est rotundo, et eleganti charactere, cum signaturis tantum.

—— Exemplar alterum..... XX. F. 21.

Polydori Vergilii. *Vide* Vergilii Polydori.

Pompeii Festi. *Vide* Festi Pompeii.

Pompei Gnei. *Epistolae ad* M. Tullium Ciceronem, et *ad* alios. *Extant cum* Ciceronis *Epistolis ad* Atticum. *Vide* Ciceronis.

Pompilii Pauli. Vita L. Annaei Senecae. *Praefatio, et primum caput, unum, et idem sunt; et inscriptionem hanc praeseferunt:* PAULI POMPILII LIBER. L. ANNAEI SENECAE VITA. AD IOANNEM LOPIM DECANUM VALENTINUM PRAEFATIO. Caput Primum. *Ad calcem legitur :* Pauli Pompilii de vita Senecae ad Lopim Decanum Valentinum Historia finit. Ex Sodalitate literato4 Sancti Victoris et sotiorum in Quirinali. *Adcedit :* Alphonsina Sylva, *cum titulo :* Testimonium vitae Callisti Tertii Pontificis maximi pie integerrimeq3 actae quocunq3 suae aetatis gradu. Paulus Pompilius ad Musam suam. *In fine hujus carminis :* Sylva Alphonsina finit; *ac deinde :* Impressum Romae per Eucharium Silber alias Franck : Anno Salutis nostrae. M. cccc. lxxxx. Die vero Martis xvi. mensis Februarii.
In 4.° parvo..... XII. B. 35.

Audiffredus pag. 300. hujus meminit editionis a se minime visae : ac recte suspicatur in *Catalogo Meaddiano*, ubi editio hujusmodi opusculi, anni 1480., teste *Laire* recensetur, Auctorem, vel Typographum dormitantem integram decadem addidisse errore admisso, scribendo 1490, loco 1480.

—— Tractatus de Syllaba, Accentu, Pede, et Carmine. *Praefigitur Epistola Nuncupatoria, cujus inscriptio:* CAESARI BORGIAE PROTONOTARIO Sedis apostolicae Paulus Pompilius Salutem. *Desinit in folio secundo recto ad lineam xii,, et protinus incipiunt,* SYLLABAE Pauli Pompilii Grāmatici Romani. *In fine tractatus* Syllabarum, *occurrunt tria Epigrammata, quorum* I. Francisci Afranii; II. Litavici Busati; III. Quintilii Veronensis; *tum sequuntur*

Digitized by Google

Tractatus de Accentibus, de Pedibus, et de Versibus. *Ad calcem libelli legitur:* Finis Syllabicorum Pompilii. *In ultimo folio recto habetur* GENT. PINDARI SINTESII SUBLACENSIS EPIGRAMMA *quinque dystichorum in laudem Auctoris, ejusque opusculi; tum nota typographica:* Impssum Romae A magistro Euchario Sylber Alemano. Anno a Natali Salvatoris. M. CCCC. LXXXVIII. Mense Julio. Sedente Ponti. Max. Innocen. VIII. Ex Sodalitate Sancti Victoris: et Sociorum in Viminali. *Huic subjectum est* Registrum foliorum.
In 4.° parvo..... XII. B. 66.

Praesens editio fugit diligentissimum *Audiffredum*, et forsan Bibliographos omnes; siquidem ipsam penes eos frustra quaesivi; et primus heic excitavi. Eodem charactere extat impressa, quo praecedens; sine signaturis, custodibus, et foliorum numeris. Initiales litterae modo desunt, modo parvis elementis in spatiis quadratis indicantur. In qualibet integra pagina lineae 33. numerantur. totum opusculum concluditur foliis 77. Nostrum exemplar instructum cernitur notulis mss. in marginibus, eodemque charactere legitur in principio voluminis Index Auctorum, quibus usus est *Pompilius* in suo opere, ordine alphabetico dispositus.

Pomponii Fortunati Iulii. *Vide* Laeti Pomponii.

Pomponii melae. *Vide* Melae Pomponii.

Pontani Ioannis Ioviani. De Fortitudine, et de Principe. *In averso folio primo excuditur Epigramma ad Emptorem; et errorum emendationes huic subnectuntur. Opus* De Fortitudine *incipit in folio secundo recto, inscriptione praeeunte:*

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE
FORTITUDINE AD ALFONSUM
DUCEM CALABRIAE LIBER PRI
MUS INCIPIT QUI EST DE FORTI
TUDINE BELLICA ET HEROICA

Tituli sectionum hisce characteribus expressi sunt, quibus notitia haec typographica ad calcem:

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE
FORTITUDINE OPUS FINIT FELI
CITER: IMPRESSUM NEAPOLI PER
MATHIAM MORAVVM ATQUE
EMENDATUM ACCURATISSI
ME ANNO SALUTIS DOMI
NICE M. CCCC. LXXXX.
XV. SEPTEMBRIS REG
NANTE FERDINAN
DO REGE IN
CLYTO.

Sequitur sub eadem signaturarum serie aliud Opus, cui praefixa sunt verba:

Digitized by Google

IOANNIS IOVIANI PONTANI
AD ALFONSUM CALABRIAE
DUCEM DE PRINCIPE LIBER
FELICITER INCIPIT.

In fine ista notantur verba :

IOANNIS IOVIANI
PONTANI LIBELLUS
DE PRINCIPE FI
NIT FELICI
TER.

In 4.° parvo..... XI. B. 29.

Editio elegantissima, et summopere rara, excusa rotundo, nitidoque charactere, qui lineas 25. complet in quavis perfecta pagina. Signantur fasciculi plagularum elementorum serie, cum romanis numeris, sed nullum numerum, aut custodem supremis foliorum oris impressum exhibent. Initiales deerant: sed a Miniculatore suppletae visuntur vario colore expictae.

— Exemplar alterum Opusculi de Principe..... XI. B. 26.

— De Obedientia. *Titulus operi imminet :*

IOANNIS IOVIANI PONTANI AD
ROBERTUM SANSEVERINIUM
PRINCIPEM SALERNITANUM :
IN LIBROS OBEDIENTIAE PRO
HEMIUM INCIPIT FELICITER.

Ad calcem haec verba a Typographo impressa fuere :

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE
OBEDIENTIA OPUS FINIT FE
LICITER IMPRESSUM NE
APOLI PER MATHIAM
MORAVVM ANNO
SALUTIS DOMINI
CAE. M. CCCC.
LXXXX. DIE
XXV. OC
TOBRIS

In 4.° parvo..... XI. B. 21.

Cum praecedenti convenit in rebus typographicis.

— Dialogi II. Charon, et Antonius. *Titulus primo Dialogo adpositus, sic legitur :*

Digitized by Google

IOANNIS IOVIANI PONTANI DIA
LOGUS QUI CHARON INSCRIBI
TUR
MINOS AEACUS INTERLOCUTO
RES

Absolvitur in folio lx. recto, hac conclusione:

IOANNIS IOVIANI PONTANI DIA
LOGUS QUI INSCRIBITUR CHA
RON FINIT FELICITER.

Post vacuam paginam sequitur sub eadem signaturarum serie, in sequenti folio recto:

IOANNIS IOVIANI PONTANI DIA
LOGUS QUI ANTONIUS INSCRI
BITUR. HOSPES SICULUS COMPA
TER NEAPOLITANUS.

Nota typographica legitur in folio recto cv. ad lineam ix. hoc pacto excusa:

IOANNIS IOVIANI PONTANI DIA
LOGUS QUI ANTONIUS INSCRI
BITUR FINIT FELICITER IM
PRESSUS PER MATHIAM
MORAVVM ANNO
M. CCCC. LXXXXI.
VLTIMA DIE IA
NVARII.

In 4.° parvo..... XI. B. 30.

Superioribus editionibus persimilis.

—— Exemplar alterum *Dialogi secundi*..... XI. B. 20.

—— Liber de Aspiratione. *Praeit Nuncupatoria Epistola, seu Prologus sub inscriptione:* IOANNIS IOVIANI PONTANI DE ASPIRATIONE AD MARINUM TOMACELLUM LIBER INCIPIT. *In calce:* Impressū Neapoli Anno. M. CCCC. LXXXI. viii. Ianuarii. *Huic subnectitur Possessoris nomen, scilicet* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento.
In 4.°..... XI. C. 20.

Sine nomine Typographi. *Gemeiner pag. 102.* tribuit praesentem editionem *Sigismundo Mayr Alemanno;* sed noster *Giustiniano pag. 59.* rectius autumat fuisse excusam ab eodem *Mathia Moravo*, tum ob similitudinem typorum latinorum, quibus ipse usus fuit in aliis operibus cudendis, tum ob verba quaedam graeco charactere expressa, quae passim in opere occurrunt, quorum et peculiaris forma a *Moravo* fuit primum inventa.

Digitized by Google

—— Exemplar alterum. ..... XI. A. 18.

—— Alia editio. *In prima voluminis pagina habetur inscriptio:* HOC HABES STUDIOSE LECTOR PONTANI LIBRO: QUICQUID EST DE ASPIRATIONE DIGNISSIMUM. *In secundo folio:* IOANNIS IOVIANI PONTANI DE ASPIRATIONE AD MARINUM TOMACELLUM LIBER INCIPIT. *In fine:* Impressum Brixiae per Bernardinum Misintam Papiensem. Anno. M. CCCC. LXXXXVII. die. xii. Augusti. *Hisce subjicitur signum Typographi, cum hisce siglis:* B. M. C. P. *quod exhibet* Maittairus *ipse, pag. 640. addita rectissima hac interpretatione* Bernardinus Misinta Civis Papiensis.
In 4.° ..... X. B. 67.

—— De Liberalitate, de Beneficentia, de Magnificentia, de Splendore, de Coviventia. *Primum folium deest in nostro exemplari, et opus incipit in secundo, signato* aii. *Inest* PROLOGUS, *cujus prima verba:* Scribentem me de Liberalitate Sincere Acti, nova quedam, sed nec indigna fortasse, liberalitatis ipsius beneficentieq3 subiit consideratio etc. etc. *Terminatur in sequenti folio recto, ad lineam xix. Post vacuam paginam opusculum incipit, et tituli sectionum capitalibus litteris sunt expressi in toto volumine, quemadmodum notitia haec ad calcem:*

FINIT
DE LIBERA
LITATE

In folio signato gi.

IOANNIS IO
VIANI . PON
TANI . AD
RUTIL
IUM
ZENONEM . E
PISCOPUM
SANCTI
MARCI
DE BENEFICEN
TIA . LIBER
INCIPIT.

In postica pagina extat PROLOGUS, *qui terminatur in averso folio signato* gii. *ad lineam* iii. *In secundo folio averso* hiiii. *ad lineam iv.*

FINIT
DE. BENE
FICEN
TI
A.

Digitized by Google

Et protinus in sequenti folio

IOANNIS . IOVIANI
PONTANI
AD . GAB
RIEL
EM
ANTILIUM. EPISCOPU
M. POLICASTREN
SEM
DE
MAGNIFICENTIA
LIBER. INCI
PIT.

Sequitur in averso folio PROLOGUS, *et in aversa pagina folii* Mii. *ad lineam 1x. opusculum*

FINIT
DE. MAGNIFI
CENT
IA

In folio recto Miii. *incipit*

IOANNIS. IOVI
ANI PONTA
NI. AD. C
HARIT
EUM.
DE. SPLENDORE
PROLOGUS

In secundo folio recto niiii. *ad lineam 1x.*

FINIT
DE. SPLENDO
RE

In parte aversa ejusdem folii initium sumit

IOANNIS. IOVIA
NI. PONTANI
AD IOANNE
M. PARDUM
DE. COVIVENT
IA
PROLOGUS :

Digitized by Google

Volumen absolvitur in folio cxi. recto, hac conclusione:

IOANNIS IOVIANI PONTA
NI. DE LIBERALITATE. DE. BE.
NEFICENTIA. DE. MAGNIFICE
NTIA. DE. SPLENDORE. DE CO
VIVENTIA. LIBRI. FINIUNT

Impressum opus Neapoli per Joannē Tresser de Hoestet et Martinum de Amsterdā Almanos Die XVII. Mensis Iulii MCCCCLXXXXVIII

In aversa pagina est Index errorum totius operis.
In 4.°..... XI. A. 21.

Editio haec splendida, et rara excusa est eodem charactere rotundo, quo prius usus fuerat *Moravus*, qui forsan tunc e vivis excesserat; unde memorati Typographi ejus praelis usi sunt; et si credatur eruditissimo *Audiffredo*, haec *Romam* transferre potuerunt: ibi enim *Martinum* impressisse in principio sequentis saeculi affirmat pag. 418.

—— Nenia. *Titulus sic legitur:* IOVIANI PONTANI POETAE VMBRI NENIA. NUTRIX SOMNUM INVITAT. *Terminatur:* Pontani Nenia explicit: *Sequuntur Epigrammata* Iouiani Pontani Poetae Vmbri Ad Vicinos Suos. *Desinunt:* Pontani Epigrāmatum. Finis. *Extant excusa cum opusculis* P. Gregorii Tyferni, *ibique typographica nota hoc pacto habetur:* Impressum Venetiis p Bernardinū Venetū. Anno Domini. M. CCCC. XCVIII. Mensis Junii Die undecimo.
In 4.°..... X. B. 3.

Pontani Ludovici. Lectura super prima parte Digesti novi. *Primum folium vacuum, et in summitate primae columnae folii secundi recti occurrit titulus:* Accutissimi (sic) et eminentissimi Iurisutriusq3 Interpretis laureati: Ludovici pontani de roma: profunde memorie viri: Lectura cum additionibus per eum editis: Sup prima parte Digesti novi: diligenter et accurate castigata: nup Impressa: et deo favente ad cōmunem studentiū et iudicantiū utilitatem noviter in lucē edita: Feliciter incipit. *Ad calcem:* Accutissimi et eminentissimi Iuris vtriusq3 interpretis laureati Ludovici pontani de Roma: Lecture cum nōnullis additionibus per eum editis. Sup prima pte Digesti novi diligenter et accurate castigate. opera et Impensis eximij ac generosi viri Jacobi torti. Papie nuper Impresse: et ad cōmunem iudicantiū et studentium vtilitatem. ac ad Salvatoris nostri Jesu Christi eiusq3 virginis matris laudem noviter in lucem edite. Anno salutis Christiane. M. cccc. lxxxxvj. kᵇlendis Septembris. *In ultima pagina occurrunt* Registrum hujus operis, *et signum rubrum Typographi alibi notatum.*

Digitized by Google

In folio majori..... VI. F. 9.

—— De Relictis ad pias causas quoad detractionem Falcidiae. *Nullus titulus inest operi; et ad calcem secundae columnae folii xxiii. recti, legitur:* Explicit Autentica similiter. C. ad legem Falcidiam. Solemnissime repetita per Dñm Lodovicum de Roma. Vbi posuit omnia Privilegia pie cause. Finit foeliciter. *Post albam paginam, sequitur Tractatus de* Compromisso; *et ad calcem hujus:* Ludovicus de roma utriusque iuris monarcha ac beñmerito Sacri palatii causa4 auditor. Iurisconsulto4 ac canonum patrum p̄nceps. Alias Lodovicus Pontanus.

In folio majori..... VI. G. 17.

Sine notis typographicis. *Denisius in Suppl. pag. 643.* de hac editione loquens, sic scribit: *In quodam exemplo adscriptus est emtionis annus 1478. .... Locus editionis videtur Roma.* Utriusque simul Tractatus folia sunt 44. duabus columnis impressa, et in unaquaque earum lineae 62. numerantur. In amplis marginibus signaturae, custodes, et numeri foliorum haud visuntur.

—— Singularia Domi. Ludovici pontani de vrbe qui profundissimus cunctos excedens extitit in memoria. *Is titulus occurrit in sumnitate primae columnae folii primi recti. Ad calcem:* Expliciunt Singularia Famosissimi vtriusq5 iuris Monarche domini Ludovici Pontani de Roma. Sequuntur. Singularia dicta etiam notabilia collecta et notata in hoc brevi compendio per illustrem doctorē dominum Matheū Mattaselanum Bononiensem. *Typographica notitia reperitur in fine, hoc pacto.* Impressa venetijs per magistrum Andream Calabreñ. de Papia. Anno salutis. M. cccclxxxviiij. die. xij. novembris. FINIS. *Post vacuam paginam occurrit* Mathei barlasine legum doctoris Mediolanensis. Oratio *de operibus* Pontani, *et* Mattasellani, *cum Indice Alphabetico* dictorum singularium; *cui subjungitur* Registrum foliorum hujus operis.

In folio majori..... VII. H. 21.

—— *Ejusdem, Opus aliud a praecedenti diversum, quod hunc titulum habet in fronte primae columnae primi folii:* Incipiunt Singularia notabilia eum additōibus in locis suis iuxta alphabeti ordinem insertis famosissimi utriusq3 iuris Monarche domini Ludouici Pontani de Roma qui suo tempore fuit Auditor Rote, et Apl9ce sedis Prothonotarius. *Opus absolvitur in folio xlvi. recto, ad lineam xxviii. secundae columnae, hac conclusione:* Expliciunt Singularia notabilia cum additionibus in locis suis iuxta alphabeti ordinem insertis famosissimi utriusq3 iuris Monarche domini Ludouici Pontani de Roma qui suo tempore fuit Auditor Rote et Apl9ce sedis Prothonotarius. *His subjungitur* Registrum horum singularium.

In folio majori..... VII. G. 27.

Sine notis typographicis. Quo loco, et anno liber prodierit, et quis fuerit Typographus hujus editionis, incompertum mihi est; et perperam apud Bibliographos praecipuos, quos evolvi, eam quaesivi. Ejus character semi-gallo-francus est, magnitudinis mediae formae, nec rudis, neque elegans: charta optima est, alba, et compacta; ampli sunt margines, duae columnae lineis lx. instructae, sine signaturis, foliorum numeris, custodibus, ac initialibus; pro quibus quadrata spatia cernuntur. Ex Registro colligitur voluminis folia esse xlvii.

Digitized by Google

Consilia et Allegationes. *Primum folium deest, in nostro exemplari; hinc in secundo recto* Consiliorum *Tabula sumit exordium, titulusque praefigitur:* Incipit tabula consiliorum recolende memorie dñi Ludouici Romani iuris utriusq3 illuminatoris apl^{ce} sedis prothonotarii et sacri palatii apostolici auditoris benemeriti cōposita et ordinata p^{o} clarissimum ēt (sic) iuris utriusq3 doctorem comitē et cōsistorialē aduocatum dñm Baptistā de Brendis Romanū ip^{ius} dñi Ludouici dum uiueret in humanis domesticū discipulū p^{o} titulos ordinarios decretaliū et quosdā alios extraordinarios. In quibus conuenientius ipsorum cōsiliorum summaria potuerunt collocari ad cōem studentium utilitatem. Ex quibus omnib^{o} facilis uia putet (sic) fructum sine mensura suscipere. *Foliis 15. Tabula haec fere integris implendis sufficit; et in folio* XVII. *recto:* Oratio domini Ludouici Pontani Romani utriusq3 iuris illuminatoris excellentissimi apostolice sedis p^{o}thonotarij et sacri palatii apl^{ici} auditoris benemeriti. habita in cōcilio Basilieñ in p^{mo} eius aduētu. Incipit feliciter. *Haec duas occupat plagulas;* Consilia *autem incipiunt in folio* XIX. *recto, et huic inscriptioni subiacent:* Consilia et Allegatōes clarissimi ac famosissimi iuris utriusq3 illuminatoris dñi Ludouici Romani Apl^{ice} sedis Prothonotarij et sacri palatij causarum Auditoris. Et primo loco Florentie reddita incipiunt feliciter.* *Post* Consilium *ccccli. subscripta verba extant:* Consilia et allegatōes famosissimi utriusq3 iuris Monarche domini Ludouici Pontani dē Roma Senis conscripta et exemplaria expliciunt feliciter. *Deinde* Incipiunt consilia amplissimi utriusq3 iuris Monarche dñi. Ludouici Pontani de Roma que postea rep^{ta} sunt Senis ideo in fine eorum ponuntur. *Eadem sequitur numeratio, adeo ut primum ex his noviter repertis sit ccccli. Postremum* Consilium, *quod numerum cccccxxiv. refert,* Sermo *revera est, ut ad calcem ex hujusmodi patet verbis:* Finitur Sermo utriusq3 iuris monarche dñi Ludouici Pōtani de Vrbe editus et recitatus per eundem in die Sancti Thome in cetu patrum universalem ecclesiam ī Basilea representantium. *Typographica haec nota exinde legitur:* Expliciūt consilia et allegationes clarissimi uiri. d. Ludouici Pontani de Roma ex multis locis ī unum congesta. Impressa Mediolani per Vldericum scinzenzeler. Anno domini. M. cccc. lxxxix. die. xxviij. Aprilis. Registrum *in antica facie ultimi folii impressum visitur, in postica nihil legitur.*

In folio majori..... VII. H. 21.

—— Ponticorum. Epistola ad Mahummedem II. *Extat cum* Mahummedis *Epistolis. Vide* Mahummedis.

Pontificale Romanum, *cum Epistola* Augustini Patricii *ad* Innocentium VIII. *cujus initium:* Sanctissimo in xp̄o p̄ri et dño nr̄o dño Innocentio diuina puidētia Pape Octauo. Augustinus Patricius de Picolominibus Epūs Pientiñ. et. Ilcineñ se humillime commēdat. *Ad calcem hujusmodi Epistolae, quae occupat paginas duas, et septem lineas quintae columnae, subjicitur divisio generalis operis in partes tres; et deinde tituli capitulorum cujuslibet partis, qui occupant columnas fere octo. In fine, rubro charactere legitur:* Explicit Pōtificalis Liber.

Digitized by Google

Magna diligentia Reuerēdi in xp̄o patris dn̄i Augustini Patricii de Picolominib⁹. Ep̄i Pientiñ et Ilcineñ. Ac Venerabilis Viri dn̄i Johannis Burkardi Prepositi et Canonici Ecclesie sancti Florentii Haselaceñ. Argentineñ. dioces⁹. Capelle Sanctissimi, d. n. pape Ceremoniarū Magistri correctus et emēdatus. Impressus Rome. opera discreti uiri Magistri Stephani Plannck cl⁹ci Patauiñ. dioces⁹. ei⁹ artis exp̄tissimi Anno a Natiuitate domini Mcccclxxxv. Indictione. iij. die uero. xx. mensis Decēbris. Pontificatus Sanctissimi ī xp̄o p̄ris et dn̄i nr̄i dn̄i Innocentii. diuina p̄uidentia pa. viii. anno secūdo. Et cū adeo difficile sit qd⁹ impossibile dici possit. qd⁹ ī libro4 impressionib⁹ p̄pter lr̄a4 et caracte4 paritatē et multitudinem. error aliquañ nō cōmittat⁹. colligēt⁹ oēs in vnū. in hui⁹ libri impressione errores cōmissi. ut quisq3 illos possit intelligere cōmode. et reformare. *Quibus verbis finitur secunda columna penultimi folii aversi. Haec tamen Erratorum summa, quae hic promittitur, neque in duobus exemplaribus extantibus in hac Regia Bibliotheca, neque in aliis ab* Audiffredo *visis occurrit. In ultimo folio recto extat* Registrum foliorum huius operis.
In folio..... XIII. F. 10.

Opus eximio charactere gallo-franco grandiore excusum est, sine signaturis, numeris, et custodibus. Prolixae ejus Rubricae sunt ex rubro colore: litterae initiales majores, et mediae a Miniculatore, coloribus variis, et auro adfabre adjectae visuntur; uti et initiales versiculorum Psalmorum, qui in Pontificali recitantur. Adhuc incompertum est Bibliographis, num extet antiquior aliqua hujus libri editio; quapropter merito *Maittairus Tom. v. pag. 173.* hanc omnium primam ponit, et principem appellat.

—— Exemplar alterum.....VIII. F. 14.

—— Alia editio, *ex emendatione* Jacobi de Lutiis, *et* Joannis Burkardi. *In pagina adversa folii primi legitur:* Ad reverendissimū dn̄m: dn̄m Raphaelem Riariū scti Georgii Cardinalem ac. S. R. E. Camerariū. Jo. de Lutijs Ep̄i Caiaceñ. Epistola; *quae desinit in eadem pagina; et in sequenti occurrit alia Epistola* Augustini Patritii ad Innocentium viii. *in praecedenti recensita, quaeque in secundo folio averso, post lineam xxii. terminatur: et protinus in tertio folio recto* Pontificalis ordinis liber incipit. *Ad calcem rubro charactere legitur:* Finit liber Pontificalis emēdatus diligentia Reuerendi in xp̄o patris dn̄i Jacobi de Lutijs vtriusq3 Juris doctoris Ep̄i Caiaceñ. et dn̄i Joannis Burkardi Capelle, S. D. N. pape Cerimoniarū magistri. Impressus Rome per magistrum Stephanum Plannck sedente. Alexandro. vj. Pontifice Maximo. Anno eius. V. M. cccc. lxxxxvij. Die xvj. Augusti. *Sequitur exinde* Registrum huius libri.
In folio..... XIII. F. 9.

Porcastris Sigismundi de. Quaestio de restauratione humidi. *Opus incipit absolute, sine ulla Praefatione. Ad calcem secundae columnae folii x. recti, sequentia verba excusa habentur:* Cōpleta est questio de restauratōne humidi ꝯpilata ab excellētissīo magistro Sigismundo deporcastris die 3. mensis Augusti. 1473. Per me magist4 Johannem de Reno.
In folio..... IX. F. 39.

Digitized by Google

Libellus eximiae raritatis, cujus editionem omisit *P. Gaetano Maria Faccioli* in *Catalogo de' libri stampati in Vicenza e suo territorio nel secolo XV.* qui extat in *Nuova Raccolta d' Opuscoli scientifici Tom. xli. pag. 20.*; et vix innotuit *Morellio*, et *Panzerio Tom. III. pag. 622.* Impressit hic *Joannes de Reno* in *S. Ursio* prope *Vicentiam* ab anno *1473.* ad *1481.* lisdem omnino typis Romanae formae opusculum excusum est, quibus *Phalaridis Tyranni Epistolae* a *Francisco Aretino* editae et *Io. Duns* Liber *in III. Sententiarum* prodierunt. Columnae duae extant in pagina unaquaque; et lineis 48. absolvitur quaevis integra. Signaturae, custodes, foliorum numeri, et initiales omnino desiderantur.

Porcellii Poetae Neapolitani. Opusculum de Talento. *In folio primo recto occurrunt sequentia verba:*

OPUSCULUM AUREUM DE TALENTO
A PORCELIO POETA AETATIS SVAE
PRAESTANTISS. ELVCVBRA-
TUM MAXIMA QUIDEM
SOLERTIA. AC MUL-
TORUM AUCTO-
RUM OBSER-
VATIONE

In postica pagina habetur Epistola Nuncupatoria, qua PORCELIUS POETA Cicco Calabro Ducali Secretario, et Pollioni suo S. *dicit: scripta* ex loco studior4 meo4 cal. Februa. Mediolani. M. CCCC. LIX. *Opus incipit in sequenti folio, terminaturque in folio quarto recto, ad lineam tertiam, hac conclusione:* Haec habui quae de Talento et Sestertio dicerem. Alii fortasse dilucidius sed haud facilem mea sententia provinciam accipient. Tu humanissime Pollio cum meliora inueneris poetae tuo Porcelio impartiare. *Huic subnectuntur I.*

Thomae Musconi Soncinatis Exasticon ad Lectorem

In tenebris fuerant quae parua uolumina cernis.
Tale nec attonitum uulgus habebat opus.
Ecce uidet lucem Francisci munere cuius
Publius est etiam Victor ab arte nitens.
Liuide quid facies palles suspendia quaeris
Ne propera. Cernes mox mage quod doleas.

II. Additur.

Hieronymi Fonduli Cremonensis Carmen
ad eundem Lectorem.
Qui modo passus erat multas errore lituras.
Publius. in nitida tersior ecce cute.
Et nunc doctiloqui suffultus nomine. et arte
Francisci. haud pandum Rhinocerota timet.

Digitized by Google

Scrinia corrosus tineis Porcelius inter
Aura huius. luci redditus est propriae.
Huic loca narrantur Romaę digna ille Talento
Edocet. exigua quos stipe Lector eme.
FINIS.

In 4.° parvo..... XII. B. 66.

Sine notis typographicis. Hoc opusculum fugit diligentissimos Scriptores, scilicet *Lud. Muratorium, Rerum Italicarum Tom. xx. pag. 1. Vossium, Zenum Tom. 1. pag. 15. Tiraboschium Tom. VI. P. II. pag. 30.* qui recensent omnia *Porcellii* opera, ac proinde ejus editio ignota fuit Bibliographis, penes quos perperam eam quaesivi. Excusa videtur in aliquo Veneto Typographeo, rotundo, ac eleganti charactere, quo utebatur *Bernardinus de Tridino;* sine numeris foliorum, signaturis, et custodibus in paginis, quae 28. lineas continent; et totum opusculum quatuor concluditur plagulis, quarum ultima est alba in postica facie.

—— Porcii Catonis. *Vide* Catonis.

Porphyrii. Isagoge, *vel* introductio de quinque vocibus, sive praedicabilibus *ad* Chrysaorium discipulum, *graece.* Impressum Venetiis dexteritate Aldi Manutii Romani Calendis novembris. M. cccc. lxxxxv. *Extat cum 1. vol.* Operum Aristotelis, *cui titulus* Organon. *Vide Tom. 1. hujus Catalogi pag. 47.*

—— Alia editio, *latine, cujus titulus:* Isagoge Porphyrii ad predicamenta Aristotelis. Libri topicorum Aristotelis et textus logicales. *In ultimo folio recto, ad lineam x.*: Expliciūt textus logicales Aristotelis Venetiis impressi per Philipū (sic) Venetum bona diligentia correcti. Anno dni Millesimoquadrigētesimo-octuagesimo primo uigesima quinta die mensis octobris. *In aversa pagina legitur Registrum.*

In folio..... VII. A. 35.

Editio princeps hujus operis, valde rara.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 7.

—— Alia editio, *etiam latine. Ad calcem:* Impressum impēsa atq3 diligentia andreae de asula Venetiis. Anno salutis christianae. M. cccc. lxxxiij. Sexto nonas octobris. *Extat in Tom. 1.* Operum Aristotelis. *Vide Tom. 1. hujus Catal. pag. 49.*

—— Alia editio, Boethio *Interprete, et cum ejusdem commentario.* Venetiis per Johannem de Forlivio, et Gregorium Fratres. Anno salutis. M. cccc. lxxxxj. die xxvj. mensis Martii.

In folio. *Vide* Boethii. *Tom. 1. hujus Catal. pag. 100.*

—— Alia editio, *cum ejusdem commentario, sine notitia distincta Typographi, loci, et temporis. De hac rarissima, et eleganti editione vide, quae in articulo* Boethii *innuimus pag. 104. Tom. 1. hujus Catalogi.*

—— Alia editio, *cum commentariis* Gualterii Burlei. *Vide Tom. 1. hujus Catal. art.* Burlei *pag. 131.*

Digitized by Google

—— Alia editio, *cum commentariis* Gratiadei Esculani. *Vide ibidem pag. 276. art.* Esculani.

—— Alia editio, *cum commentario* Pauli Veneti. *Vide* Veneti Pauli.

—— Alia editio. *In postica pagina folii primi occurrit Index* Isagogicarum; *legitur enim:* Liber ysagoga4 (sic). ī. ītroductoriū porphirii in p̄dicamēta aristotelis cōtīet duos tractatus.

Tractatus primus de quinq3 p̄dicabilibus.
Tractatus secundus de couenientia (sic) et drīa p̄dicabiliū ad īuicē.

His subnectitur Elenchus capitum utriusque Tractatus. In seqiienti folio incipit Liber predicabiliū Porphirii. Tractatus primus. Capitulū. i. *Opusculum desinit in folio octavo recto, ad lineam x. et protinus sequuntur quaedam opera* Aristotelis *ad logicam pertinentia, in quorum calce legitur:*

Finit Liber elenchorū et ꝑ osequens totius logice.
Exaratum parisius (sic) per magistrū vdalricū Guering.

In folio parvo..... VII. A. 25.

Sine chronologica nota. *Maittairus pag. 756.*, et *387.* refert praesentem editionem ad annum 1478. Hoc etiam docet *Chevill. pag. 70.* Typus rotundus, et elegans est; cum signaturis tantum. Paginae integrae sunt 38. linearum.

—— Opusculum, *In quo asseritur, quod Philosophi, et Rhetores in universum sunt* Plagiarii, *graece. Titulus in fronte sic habetur:*

΄ΟΤΙ ΄ΟΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙ ΚΑΙ᾽ ΄ΟΙ ΄ΡΗΤΟΡΕΣ ΄ΑΛ
ΛΗΛΩΝ ΚΛΕΠΤΑΙ. ΠΟΡΦΥΡΙ΄ΟΥ ΄ΕΚ
ΤΟΥ῀ ΠΡΩ΄ΤΟΥ ΤΗ᾽Σ ΦΙΛΟΣΟ
ΦΙ΄ΑΣ ΄ΑΚΡΟΑ΄ΣΕΩΣ:

In 4.° *Extat cum* Cebetis tabula..... XII. B. 80.

Hoc exiguissimum opusculum unius plagulae sociatur *Cebetis Tabulae*, cum qua extat compactum, et excusum, sub eadem signaturarum serie, eodemque charactere, quo uti solebat *Zacharias Calliergus*; proinde vide *Cebetis, Tom. 1. pag.* 172.

Porphyrionis. Commentaria in Carmina, Satyras, *et* Epistolas Horatii. *Extant cum* Horatii *textu. Vide* Horatii.

Porretani Gilberti Aristotelici. Liber sex principiorum: cum Magni Alberti commento viri etate sua doctissimi Feliciter incipit. *Is titulus habetur in summitate primae columnae. Ad calcem:* Gilberti porretani sex principiorum liber cum magni Alberti cōmento per Bernardinū de Tridino Venetiis feliciter expli-

Digitized by Google

cit. *Sequitur sub eodem signaturarum ordine* liber priorum analectico4 Aristotelis, *In cujus fine habetur nota chronologica, scilicet* Venetiis impressum fuit quarto klñ Augusti i489.
In folio. *Extat cum operibus* Aristotelis..... VIII. H. 15.

—— Alia exemplaria *extant in III. vol. operum* Aristotelis, *latine. Vide* Aristotelis.

—— Alia editio, *quae hunc titulum praesefert in prima columna folii primi :* GILBERTI PORRETANI ARISTOTELICI LIBER SEX PRINCIPIORUM CUM MAGNI ALBERTI COMENTO (sic) VIRI ETATE SUA DOCTISSIMI FELICITER INCIPIT. *Ad calcem :* Gilberti porritani (sic) sex prin-cipio4 liber cum magni Alberti cōmento finit foeliciter.
In folio parvo..... VII. A. 46.

Sociatur haec elegantissima editio *Boethii editioni*, cujus mentionem fecimus in Tom. 1. hujus Catalogi pag. 104. Art. *Boethii.*

—— Alia editio, *cum Commentariis* Gualterii Burlei. *Extat cum* Arte veteri Porphyrii, *et* Aristotelis *ab eodem* Burleo *exposita. Vide* Burlei *Tom. 1. pag. 131.*

—— Alia editio, *cum Commentariis* Gratiadei Esculani. *Extat cum arte veteri* Porphyrii, *et* Aristotelis *ab eodem* Esculano *explanata. Vide* Esculo. *Tom. 1. pag. 276.*

Portiae. Epistola ad P. Fabium. *Extat cum epistolis apocryphis* Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Portii. Epistola ad Hannibalem. *Extat cum praefatis* Q. Curtii *epistolis. Vide* Curtii.

Portolano per i Naviganti. *Primum folium est album, et in secundo recto opus incipit a titulo :* Questa e vn opera necessaria a tutti li nauigāti chi vano in diuerse parte del mondo per la qual tutti se amaistrano a cognoscere starie (sic) fundi colfi vale porti corsi dacque e mare e comiciando da la cita de cadex in spagna dretamente fina nel porto de le schiuse passando p̄ i canali fra la ixola de ingelterra e la terra ferma scorendo le bāche de fiādra fina a la ixola de irlanda mostrando tuti icorsi e trauersi dal ponente fino alleuante dove exercitano naueganti chi vano per mar e per ogni parte del mondo cū i loro nauili nauegādo. *Ad calcem :* Finito lo libro chiamado portolano composto per vno Zentilomo veniciano lo qual a veduto tute queste parte antiscrite le quale sono vtilissime per tuti i nauichanti che voleno securamente nauichar olor nauilij indiuerse parte del mondo. Laus deo amen. *Exinde :* Impresso cum diligentia in la citade de Venexia per Bernardino rizo da nouaria stampador i490. adi 6. novembrio. *In ultimo folio recto extat Registrum, cui subnexum est Typographi signum, alibi notatum.*

Digitized by Google

In 4.° parvo..... VIII. B. 46.

Portu Hyberniae Mauritii de. Epithomata, seu castigationes in theoremata Joannis Duns. *Praeit Nuncupatoria Epistola sic inscripta:* Mauritius Hybernicus ordinis Minorum. Antonio Trombete Theologo4 Maximo eiusdem ordinis cum observantia Salutem. *Hac absoluta*, Fratris Mauritij. Hibernici de Portu Ordinis Minorum Epithomata castigationum conformitatū atq3 elucidationū in qōnes metaphysice. De p̄mo p̄ncipio tractatū: atq3 theoremata doctoris subtilis Fratris Joānis Duns Scoti eiusdē ordinis feliciter incipiunt. *Ad calcem:* Expliciunt epithomata seu castigationes praeclarissimi Doctoris Magistri Mauritij Hibernici Ordinis Minorum in theoremata Doctoris subtilissimi Joānis Duns Scoti eiusdem ordinis. Ac etiam in tractatū de p̄mo principio eiusdem. Impressa Venetiis mandato et expēsis Nobilis viri Domini Octaviani Scoti Civis Modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. i497, duodecimo kalendas decembris. *Sequuntur* Pauli amalthei. Epigramma in metaphysicam Jo. Scoti, *et* Epigramma Danielis Caietani Alexandrei Cremonensis; Registrum, *et* Tipographi signum.

In folio..... VIII. A. 45.

—— Exemplar alterum..... VIII. C. 22.

—— Exemplar tertium..... VIII. C. 23.

—— Alia editio, *in qua continentur, quae in praecedenti editione notavimus. In calce:* Expliciunt epithomata seu castigationes preclarissimi Doctoris Magistri Mauritij Hibernici ordinis Mino4 in theoremata doctoris subtilissimi Joānis Duns Scoti eiusdē ordinis: Ac etiam in tractatū de primo principio eiusdē: impressa Venetiis cōmissiōe et expensis reverēdi viri Domini Andree de Asula: Per magistrū Joannē Hertzog de landauū alemanū· i499. Tertiodecimo kalēdas Septēbris. *Sequuntur Epigrammata, ut in praecedenti.*

In 4.°..... VII. B. 10.

—— Lectura in quaestiones Doctoris Subtilis super Porphyrio. *Titulus in summitate columnae primae, sic extat:* Mauritij de Portu Hybernie: ex ordine minorum: Theologie osulti: in Quaestiones dialecticas Diui Jo. Scoti. Expositio accuratissima. *Ad calcem:* Explicit lectura fratris Mauritij de Portu ordinis minorum. p̄uincie Hibernie in questiones Doctoris subtilis sup̄ Porphyrio Padue dum ordinarie sacram theologiam legebat. Finito XXVIII. augusti ī Inclyta urbe Ferrariae. Anno salutis christiane. M. CCCC XCIX. et Venetijs impssa (mādato dñi Andree Toresani de Asula) per Simonē de Luē. xx. Marci (sic). M. D. Cum Priuilegio. *His subnectitur* Registrum. *Extat excusa cum* Questionibus Scoti Super Universalia Porphyrii: nec non Aristotelis Predicamēto ac Peryarmenias: *hinc in aversa pagina voluminis occurrit ejusdem* Mauritii *Nuncupatoria Epistola, sub epigraphe:* Mauritius de Portu Ibernic⁹. ordīs mīo4 Xanto Mauro patrito (sic) Veneto. S. p. d.

In folio..... VIII. F. 16.

—— Alia editio, *quae in prima pagina sequentia verba habet characteribus gallo-francis majoribus excusa:*

Digitized by Google

Lectura accuratissima Mauritii Hi
bernici in. q. doc. subtilis super ysa
gogis Porphyrii Modorum
quoq3 significandi seu gram
matices speculatiue eius
dem subtilis Scoti. vt
fama est tractatus
perutilissimus.

†

Huic titulo subnexum est Elegiacum carmen sic inscriptum : Jacobus Phi-lippus de pellibus nigris troianus ad Lectorem quem Mauritius donat suo libello. *In aversa pagina habetur Nuncupatoria Epistola, qua* Frater Mauritius de portu Hyberniae ordinis Minorum artium et Sacre Theologie professor Lectori foelicitatem *dicit. Hac absoluta, legitur,* Fratris Hieronymi Bononiensis ordinis Mino4 Sacrae Theologiae Bacchalarij Carmen ad lectorem. *In secundo folio incipit,* Mauritij de Portu Hybernici ex ordine minorum Theologiae osulti: in questiōes dialecticas Divi Joānis Scoti Expositio accuratissima. *Opus desinit hac nota :* Explicit Lectura fratris Mauritij de Portu. ordinis minorum provincie Hiberniae in questiones Doctoris subtilis sup Porphyrio Paduae dū ordinarie sacram theologiam legebat. Finita. XXVIII. Augusti in Inclyta vrbe ferrariae. Anno salutis christiane. M. CCCC XCIX.

In folio..... VIII. E. 43.

Sine notis typographicis. Editio Veneta, et forsan ex eodem typographeo *Andreae Toresani*, quod praecedentem editionem impressit, ob characterum similitudinem. Praesens vero fuit posterior, uti evincitur ex carmine elegiaco *Iacobi Philippi de Pellibus nigris* in prima pagina excuso : ibi enim dicitur.

Et quamquam nitidum (ut patet legenti)
In lucem exierit prius: modo exit
Illaesum auctius eruditiusq3.
Ergo cuius amas libelle donum
Post Xantum fieri. nouum Patronum etc.

Elementis gallo-francis opus hoc describitur, quae in plenis columnis lineas 67. comprehendunt. Signaturae litteris, arabicisque notis instructae cernuntur, desunt vero custodes. Numeri folio-rum in superioribus marginibus occurrunt, ibique extant etiam inscriptiones *Quaestionum.* Initialium pars minoribus litteris exprimitur, pars vero xylographica est. Praesens editio fugit Bibliographos fere omnes, et ad exitum anni 1500. referri debet.

Possidii S. Vita S. Augustini. *Titulus sic extat.* Possidonius calamensis episcopus de vita et morib9. sancti augustini hypponensis epi quo cum annis fere quadraginta vixit. *Extat excusa cum* Opusculis S. Augustini, *in quorum calce legitur :* Impensis et opa Dionysii Bertochi de Bolonia Venetie accuratissime īpresso4 finis Anno a nativitate salvatoris nostris (sic). M. CCCC. XCJ. die xxvi. Martii. *Vide* S. Augustini.

In 4.º..... I. D. 4.

Digitized by Google

— Alia editio, *cujus titulus sic habetur* : Possidius calamensis ep̄s de vita et moribus sancti Augustini hyponēsis ep̄i quo cū annis fere quadraginta vixit. *Extat cum* Eusebii Conradi Epistola *ad* Sixtum IV., *et aliquot* S. Augustini Sermonibus, *nec non cum aliis eiusdem opusculis*, *ad quorum calcem nota typographica hoc pacto excusa est :*

> Finis adest trium sermonum beati
> Augustini. De clerico4 vita moribusq3
> una cum vita sancti Augusti. nec non
> cuiusdam epistole ipsius. An clericis li-
> ceat p̧secutōis tp̧e sibi cōmendatū po-
> pulū derelinquere. q̄ oīa impressa fue-
> re Padue p̧ mgr̄m matheū Cer-
> donis. Anno domini. i484.

In 4.° parvo. *Vide* Conradi *Tom. 1. hujus Catalogi pag. 212....* XIII. A. 48.

— Alia editio. *Titulus, ut in praecedentibus editionibus. Ad calcem:* Explicit liber sancti Augustini de vera religione: et de clerico4 vita : moribusq3 una cum vita sctī Augustini. necnō cuiusdam dignissimi tractatus de spiritu et anima. Que omnia in isto libro continentur : et cum summa diligentia per M. Andream de bonetis de papia venetijs impressa fuerunt. Inclito principe Iohanne mocenico venetiarum duce M. cccc.lxxxiiij. die xxiij. mensis Iulii.
In 4.° parvo. *Extat pariter cum* Conrado ..... I. B. 9.

Posthumi Decemviri. Epistola ad Quintianum. *Extat cum* Epistolis Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Digitized by Google

P R

Practica Cancellariae Apostolicae. *Vide* Pau Hieronymi.

Prato Florido Fr. Hugonis de. Sermones dominicales super Evangelia, et Epistolas. *Praeit Index alphabeticus materiae quinque foliis contentus, et in summitate primae columnae septimi folii recti,* Incipiūt sermones dominicales sup euangelia et epistolas ꝑ totū annū editi a fratre hugone de prato florido ordinis ꝑdicatorum. *Huic titulo subnectitur* Prologus, *quo absoluto in eadem columna, protinus incipit in* Dominica ꝑma aduentus dn̄i. de euangelio Sermo ꝑmus. *In prima columna folii aversi ccxlii., ad lineam xxiii. opus terminatur verbo* AMEN: *deinde notitia typographica adcedit, hoc pacto:* Campū helysei ꝑsiliētis nemusq3 beatū vsantis fratris Hugonis ꝑdicato4 ordīs. ꝑlucidꝫ opꝫ qdꝫ noīe sibi īposito de prato florido intitulatꝫ. Nam vt rutilantis phebi serenitas totū mūdū irridat (ita). Sic doctrinarum almi ꝑntis operis dn̄icaliū euāgeliorū epl'arūq3 anni spaciū girantiū fructuositas. auidorū mētes solet intima penetrare. Accurate deniq3 exemplorum copia correctū Argentine per ꝑuidū Jeorium husner ciuem eiusdem famose ciuitatis imꝑssum Finem ꝑntibꝫ habet felicē Datū sub āno etc. septuagesimosexto die martis que fuit tercia ydus Junij. etc.
In folio majori..... XIII. G. 2.

Memoratur haec splendidissima editio a *Maittairo pag. 367. Denisio pag. 67. et in Bibl. Heidegger,* excusa nitido gallo-franco typo in charta alba, et optime compacta. In unaquaque columna' numerantur 55. lineae. In marginibus numeri foliorum, signaturae, aut custodes haud visuntur; adsunt tamen tituli in summitate columnarum. Pro initialibus spatia tantum vacua observantur.

Prierani Sylvestri. Additiones in Joannem Capreolum. *Titulus in prima pagina hoc modo extat excusus:*

Egregium vel potius divinum opus in Joannem Capreolum tholosanum Sacri predicatorum ordinis. A Fratre Silvestro prierano eiusdem ordinis. Sacre theologie baccalario rarissimis conferendo cum nonnullis appendicibus seu additamentis complectentibus ad omnem in theologicis materiam ac cutissimorum doctorum pene omnium clarissimas opiniones. Sancti Thome videlicet. Hervei Petri de palude Durandi Scoti Aureoli Alexandri Frācisci maironis Ocham Gregorij de arimiño Alphonsi toletani Egidij Henrici Garronis Almafetani Adam Monachi albi ac ceterorum: fausta felicique editione habes. Ut merito dici possit. Nulla remordebūt īcognita dicta legentem. Quē glosa obscuris edocet apta locis. Addita doctorum varia hic snīa fatur. Sin gula qum caprei q̄- stio docta silet †.

Digitized by Google

In aversa pagina extat Ad magnificum ac generosum Equitem auratū Dominū Johannem Portuensem seniorem. Nobilem Vicentinum. Fratris Silvestri de Prierio ordinis predicatorum Epistola. *In sequenti folio recto alia habetur ejusdem Auctoris* Epistola Ad Lectorem, *et ambae nulla loci, aut temporis nota signatae. Eodem folio averso incipit* Tabula questionum et articulorum consequenter autem etiā materierum totius opis per alphabetum; *et huic subnectitur* Fratris Silvestri. Argumentū in opus; *quae omnia simul occupant paginas septem. In folio quinto recto* Compendium seu abreviatura. Fratris Silvestri prierani ordinis predicatorum. in eximium doctorem Joannem Capreolum. feliciter incipit. *Ad operis calcem post verbum* FINIS, *sequens legitur nota typographica:*

Expliciunt additiones in Ioannem Capreo
lum diligentissime castigatum. Impressum
Cremone opera et industria magistri
Caroli Darlerij. Anno domini.
Millesimoquadragintesi (sic)
mo nonagesimo septi
mo. q̄rto Calen
das Maij.
†.

Infra hanc subscriptionem legitur Registrum, ex quo voluminis magnitudo intelligi potest.

In 4.° ..... II. C. 1.
—— Exemplar alterum. ..... II. A. 16.
—— Exemplar tertium. ..... II. A. 17.
—— Exemplar quartum. ..... II. A. 21.

Prisciani Caesariensis. Opera. *Epistola* Prisciani *incipit in folio primo recto, praevia inscriptione:* IULIANO CONSULI AC PATRICIO PRISCIANUS SALUTEM. *In libros xviii. dividitur princeps opus, scilicet* I. de Littera, II. de Syllaba, III. de Comparatione, IV. de Denominativis, V. de Generibus dignoscendis, VI. de Nominativo, et Genitivo, VII. de Regulis ceterorum casuum, VIII. de Verbo, IX. de Speciebus verborum, X. de Nominis, et Verbi ratione, XI. de Participio, XII. de Pronomine, XIII. de Casibus, XIV. de Praepositione, XV. de Adverbio, XVI. de Conjunctione, XVII. et XVIII. de Constructione, sive ordinatione partium orationis; *qui omnes Tractatus* Priscianum, *vulgo* majorem *constituunt. Alia opuscula sequuntur* Prisciani Minoris, *nimirum* Libri de duodecim Carminibus, de Accentibus, de numeris *et* de Ponderibus, *et* mensuris. *Ad horum calcem legitur:* Volumen prisciani de octo partibus orationis: de constructione: de duodecim carminibus: de accentibus: de numeris et pōderibus et mēsuris

FINIT
Anno Domini
M. CCCC. LXX.

Digitized by Google

Postmodum Priscianus Grāmaticus De preexercitamentis Rhetorice ex hermogene translatis *incipit ; quem sequuntur* Prisciani grāmatici de uersibus comicis Ratio, *et* Commentarium rufini de metris comicis; *ac tandem metrica* Prisciani interpretatio ex dionysio de orbis situ; *qua absoluta legitur*, FINIS.
In folio..... XII. H. 36.

Absque loci ac Typographi notitia. Editio princeps hujus operis, *Venetiis* splendidissime impressa eleganti charactere rotundo a sollertissimo *Vindelino de Spira*, uti docent *Maittairus pag. 290. Morellius Tom. III. pag. 245. Gaignac Tom. I. pag. 364. De Bure belles let. Tom. I. pag. 41.*

—— Alia editio, *quae cum praecedenti convenit ; excepta nota chronologica, quae sic habetur post libros* de Carminibus, de Accentibus, de numero, de Ponderibus, et Mensuris : Volumen de octo partibus Orationis : de constructione : de duodecim carminibus : de accentibus : de numeris et pōderibus et mēsuris Explicitum est.

Anno Domini
M. CCCC. LXXII.

Sequuntur alii Tractatus, in praecedenti editione adnotati.
In folio..... X. D. 1.

Editio secunda hujus operis, quam *Maittairus pag. 317. Morellius Tom. III. pag. 246.* et *Freytag. Adpar. Tom. III. pag. 76.* tribuunt eidem *Vindelino de Spira*, quod et forma characteris, et oeconomia typographica satis innuunt. Quod nota chronologica, non in libri totius calce, sed paulo ante, ad unius ex *Prisciani* operibus finem addita sit; id aliquando in editionibus antiquis saec. xv. factum, observavit *Michael Maittairus cit. l. quasi voluerint Typographi isti lectorum oculos fatigare, et industriam exercere.* Hae duae *Prisciani* editiones optimae censentur a Bibliographis, quas etiam *Helias Purschius* in *corpore Grammaticorum veterum Hanov. 1605. pag. 631. n. 1358.* exhibuit.

—— Alia editio. *Titulus in fronte operis :* IVLIANO CONSVLI AC PATRICIO SALVTEM. *In fine :* Volumen prisciani de octo partibus orationis : de constructione : de duodecim carminibus : de accentibus : de numeris et ponderibus et mensuris explicitum est.

Anno domini. M. CCCC. LXXXI.

Sequuntur Tractatus de praeexercitamentis rhetoricae ex Hermogene translatis = Prisciani grammatici de uersibus comicis Ratio = Commentarium Rufini de metris comicis = Prisciani interpretatio ex dionysio de orbis situ. *Ad calcem voluminis post verbum* FINIS, *nota typographica legitur hoc pacto:* Impressum Veneciis Impensis Michaelis Manzolini de Parma. Anno Domini. M. CCCC. LXXXI. die xv. Mensis Decembris. *Huic subnexa conspicitur ms. subscriptio* Antonii Seripandi ex Fr. Puccij munere; *et in ultimo folio recto extat* Registrum huius voluminis.
In folio..... X. D. 9.
—— Exemplar alterum..... X. D. 10.

Digitized by Google

— Alia editio, *cum* Commentariis *in xvi. primos libros* Ioannis Aingre. *Incipiunt protinus* Commentaria, *et* Prisciani *textus cum inscriptione :* IULIANO CONSULI AC PATRICIO PRISCIANUS SALUTEM. *Ad calcem libri xvi. legitur :* Ioannis de aingre : summos qui inter expositores grāmaticae arcem possedit : commentum super magno Prisciani volumine omnibus desideratissimum finit. LAUS DEO. AMEN. Ioannes *iste tantum in sexdecim priores libros commentarium composuit; duos posteriores, qui de* constructione partium orationis *agunt, absque Commentario reliquit. In fronte eorum sequens legitur inscriptio :* Liber Prisciani Minoris. *Haec sequitur tractatus* de duodecim carminibus, *hunc ille* de Accentibus, de numeris, et de ponderibus, ac mensuris, *in cujus fine sequentia habentur :* Volumē prisciani de octo ptibus orationis : de constructione : de xii. carminibus : de accentibus : de numeris et ponderibus et mensuris explicitum est. *Spatio exiguo interjecto, incipit* Priscianus grammaticus de praeexercitamentis rhetoricae ex Hermogene trāslatis. *Et tandem ultimum locum obtinet* Prisciani interpretatio ex Dionysio De orbis situ. *Ad calcem operis legitur :* FINIS. Ad laudem omnipotentis Dei. *Exinde :* Habes in hoc volumine lector candidissime Prisciani grammatici opus illud divinum De octo partibus orationis. Cum dissertissimi viri ac Philosophi solertissimi Ioannis de Aingre elegantissima ī eum expositione. De constructione. De duodecim carminibus. De accētibus. De numeris : et ponderibus et mēsuris. De praeexercitamentis rhetorices ex Hermogene trāslationem : De comico4 versuum ratione opusculum : cum quo et nonnulla ex cōmentariis Ruffini ad eandem materiam pertinentia. De declinationibus praeterea nominum : pronominum : ac verborum invenies libellum. Postremo leges in fine voluminis opus de situ orbis : non inculto carmine scriptum per eūdem Priscianum ex Dionisyo (sic) translatum. Quae omnia summo studio : et ingenti cura emendavit : recognovitq3 Benedictus Brugnolus Veronensis vir latina : et graeca lingua eruditissimus. Haec postmodū Georgius Arrivabenus mantuanus accurate diligenterq3 imprimer' adnixus est. Idq3 Deo maximo bene iuuante effecit. Venetiis Anno. Mcccclxxxviii. pridie nonas decēbris. Quisqs es igitur lector : si modo latinae linguae : īmo latinae et graecae : ac liberaliū disciplina4 studiosus es : Spero te datu4 operam : ut haec apud te habeas : quod ut facias te etiam atque etiam hortamur. Vale. *Primam ultimi folii paginam* Registrum hujus operis *occupat.*
In folio..... X. D. 6.

Haec est quinta, ut docet *Fabricius* in *Bibl. lat. lib.IV. pag.460.* hujus operis editio; ast prima cum *Commentariis Joannis De Aingre. Commentariorum* character minor est illo, quo textus exprimitur, et lineas 60. occupat in paginis integris; sed uterque rotundus, et elegans adparet.

— Exemplar alterum..... X. D. 7.
— Exemplar tertium..... X. D. 8.
— Alia editio, *quae praecedentem quodammodo imitatur. Ad extremam vero paginam subscriptio legitur, ut in praecedenti; et post verba, quae operum notitiam tradunt, sequuntur haec :* Quae omnia summo studio : et ingenti cura emēdavit. recognovitq3 Benedictus Brugnolus Veronensis vir latina : et

Digitized by Google

graeca lingua eruditissimus. Haec postmodum Philippus pinzius mantuanus accurate diligenterq3 imprimere adnixus est. Idq3 Deo maximo bene iuvāte effecit. Venetiis anno. Mcccclxxxxii. xii. kal. Iulii. Quisqs es igit' lector: si mō latinae linguae: immo latinae et graecae: ac liberaliū disciplina4 studiosus es: Spero te datu4 operā ut haec apud te habeas quod ut facias te etiam atq3 etiam hortamur. Vale. *His subnectitur chartarum Registrum.*

In folio..... X. D. 2.

—— Exemplar alterum ..... X. D. 3.

—— Alia editio, *quae in prima pagina hunc titulum gerit:*

Habes candide lector in hoc opere Prisciani uolumē maius cum expo
sitione elegantissima clarissimi philosophi Joannis de Aingre.
Habes insuper eiusdem uolumē minus: et de duodecim
Carminibus: ac etiam de accentibus cū expositio
ne Viri eloquētissimi Danielis Caietani
nūc primū edita. Habes praeterea
de numeris. ponderibus. et mē
suris. de praeexercitamentis
rhetoricae. De uersibus
comicis. de declinatio
nibus. necnō de situ
Orbis. Oīa ꝙppe
Accuratissime
emēdata.

In aversa pagina extat Danielis Cajetani *Nuncupatoria Epistola I. sub epigraphe:* Magnifico et generoso patricio Veneto Andreae Mocenico patrono honorato Daniel Caietanus Cremonēsis longum salutare et bene cupere. *Ad calcem Epistolae:*

Io. Baptista policius cremonensis ad Lectorem.

Saepius in lucem uenere uolumina prisci.
Huic sunt nulla tamen aequiparanda typo:
Consilium sumptus lector depone recentis.
Vltimus impensae sit labor iste tuae

In folio secundo incipiunt Commentaria, *et textus* Prisciani, *cum inscriptione:* JULIANO Consuli ac patritio Priscianus Salutem. *Opus terminatur hac subscriptione, circa finem secundae columnae folii 283 excusa:* Impressum Venetiis per Bonetum locatellum impensis Nobilis Viri Domini Octaviani Scoti Modoetiensis. Anno salutis. M. CCCCXCVI. Nono Kalendas Martias. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Duce. *In aversa pagina habentur* Registrum, *et signum Typographi.*

Digitized by Google

In folio..... X. D. 4.

Prima editio operum *Prisciani*, quae *Danielis Cajetani* praesefert *Expositionem*, et a *Francisco Arisio* curata dicitur in *Tom. 1. pag. 389. Cremonae litteratae.* Omnibus editionibus, ad hanc expressi, quarum altera tantummodo saec. xv. et variae in sequenti saec., prodierunt, additum fuit *Jo. Bapt. Policii ad Lectorem Epigramma*, uti docet *Maittairus Annal. Typogr. Tom.1. pag.612.* Impressum est opus eleganti charactere romano, ac nitido, et quidem duplici, majusculo nimirum quo *Prisciani* textus, et minusculo, quo commentarii sunt expressi. Paginarum margines instruxit Typographus numeris foliorum, custodibus, et signaturis; et initiales litteras lignea forma florentes expressit.

—— Alia editio, *quae praecedentem ad unguem imitatur, excepta nota typographica, quae sic habetur:* Impressum Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum. M. cccc. die. xix. martii. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Duce. *Legitur exinde ms. illud* Antonij Scripandi et amicorum; *et in aversa pagina extat* Registrū.
In folio..... X. D. 5.

—— *Ejusdem* De Declinationibus nominum, pronominum, et verborum, *libellus sub titulo* Epitomae Prisciani. *Extat cum* Diomede, *et aliis* Grammaticis Veteribus. *Vide* Diomedis, *et* Grammatici Veteres.

—— *Ejusdem ex* Dionysio Thessalonicensi de situ orbis interpretatio. *Extat cum* Pomponio Mela. *Vide pag.* 116. Melae Pomponii.

Prisciani Lydii. Interpretatio in Theophrastum de sensu, *et* Commentariis *explanata a* Marsilio Ficino. *Extat cum* Jamblicho. *Vide* Jamblichi *in Tom. I. hujus Catal. pag.* 408.

Privilegia FF. Carmelitarum. *Vide* Poluciis Joannis Mariae de.

Privilegia Ordini FF. Minorum, *et* Ordini FF. Praedicatorum a variis Pontificibus concessa. *In ultima Bulla legitur:* Suprascriptam copiam ego Joannes leo de Marcellinis de Aviliana publicus imperiali auctoritate notarius fideliter extraxi a quodam transumpto concesso per uenerabiles religiosos conventui fratrum minorum de secuxia prout inveni et hic me subsignavi cum signeto (sic) meo manuali in talibus consueto in testimonium omnium premissorum. *In aversa ultima pagina:* Impressum Mñi per Pollonium de Mellicanis Anno domini M. cccc.lxxxxviii. mensis Madii Ad impensas Johannis de vicecomitibus. *His subjectum est Typographi signum ab* Orlandio *relatum.*
In 8.°..... XIII. B. 37.

Privilegia Ordini FF. Praedicatorum concessa. *In aversa pagina folii primi extat* TABULA, *quae continet* Privilegia ordini predicatoꝝ per diuersos pontifices concessa. *Privilegia incipiunt in folio sequenti, et in folio xviii. averso terminantur. Ultima bulla subscripta est* die. xvj. Iulii. M. cccc. xc.
In 4.°..... VI. B. 17.

Sine notis typographicis. Fortasse haec editio Coloniensis est, exarata e typis *Hermanni Burgart de Kestevich* anno 1499; nam eo ipso anno laudatus Excusor, uti scribunt *Maittairus pag.703.* et

Digitized by Google

Denis pag. 463. impressit tria opuscula, in unum compacta volumen, scilicet *Privilegia Ordinis Praedicatorum; Defensorium Privilegiorum quatuor Ordinum Mendicantium;* et *Elucidationem Brevem iuxta jus Canonicum de arbore affinitatis;* alioquin dicendum esset praesentem editionem latuisse Bibliographos. Character, quem Typographus adhibuit, gallo-francus est, eoque plenae sunt lineae 46. in unaquaque integra pagina. Signaturarum huius libelli alphabeticus ordo litteras exhibet, cum arabicis notis. Foliorum numeri, et custodes frustra quaeruntur; initiales litteras minoribus formis expressas, majores reddidit Miniculator modo rubro, modo caeruleo colore.

PROBAE FALCONIAE. Centones Virgiliani. *Vide* Falconiae Probae *Tom. 1. pag. 287.*

PROBI AEMILII. *Vide* Cornelii Nepotis. *Tom. 1. pag. 216.*

PROBI VALERII. *Vide* Valerii Probi.

PROCESSUS contra Antonellum de Petruciis, *et alios, qui contra* Ferdinandum *Regem conjurarunt, Italice. Incipit opus sic:* Qua se contene la substantia et abbreviatura dello processo formato et inquistione per li cōmissarii deputati per la maiesta dello signore Re don Ferando de Aragona Re della gran Sicilia. Cōtra de Messer Antonello de Petruciis olim secretario della dicta maiesta. Et de missere Frācisco de Petruciis olim cōte d^{o} Carinola. Et de missere Iohanne Antonio de Petruciis olim conte de Policastro figliuoli dello dicto missere. Antonello de Petruciis. Et de missere Francisco coppula olim conte de Sarno. Consileri della prefa. maiesta inquisiti in el modo infrascripti. *Nostrum exemplar mutilum in fine uniusfolii; sed in exemplari extante in Bibliotheca Brancaciana hujus Civitatis, nota typographica legitur hoc pacto:* Neapoli fideliter impressus est presens processus per germanos fidelissimos die xiiii. Iulii. Mccccl xxxvii.

In folio..... XI. C. 17.

Luculentissimum hoc opus, tam chartae, quam characterum nitore plurimum commendatur. Formae rotundae sunt, et in qualibet pagina lineas 36. implent. Foliorum numeri, custodes, et signaturae desiderantur. Initiales xylographicae, et maeandrico opere circumligatae cernuntur. Errarunt *Casimirus Oudinus*, et post ipsum *Orlandius* ubi scripserunt: *Processus et inquisitio Principum Neapolitanorum, qui contra Ferdinandum Regem conjurarunt, Gallice Neapoli 1487. et latine ibidem 1488.* prodierunt. *Italice* nimirum, haud vero *Gallice* hoc opus anno 1487. exaratum fuit. Uberiorem notitiam huiusmodi rarissimae editionis tradidit noster *Giustiniano Saggio-Typogr. del Regno di Napoli pag. 29.*

—— Processus aliorum Neapolitanorum Principum, *qui contra eundem* Ferdinandum *Regem conjurarunt; latine. Sequentia verba in prima voluminis pagina leguntur:* FIDELIS TRADUCTIO IN FORMAM IMPRESSA IN alma civitate Neapolis extracta de originali processu informationum ac inquisitionum factarum de ordinatione sacre regie maiestatis de uerbo ad uerbum cū continuatione dierum ac omniū depositionum subscriptorum principalium et aliorum testium desuper examinatorum ad futuram rei memoriam ut omnibus innotescat. Fuitq3 fideliter impressa sub aureo seculo et Augusta pace Ferdinandi de Aragonia regis sacratissimi Jerusalem et Sicilie regis. Die primo mensis Julii sexte

Digitized by Google

inditionis. Anni domini. Millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo regnorum dicti Regis Ferdinandi anno tricesimo primo lege feliciter.

SEQUITUR GENERALIS
INQUISITIO IN MODUM
QUI SEQUITUR:

Haec incipit in aversa pagina. Opus terminatur in folio lxiii. recto, ad lineam xxiii.; et post spatium unius lineae, notitia haec typographica legitur Impressus est Neapoli fideliter die ultīo Junii. Mccccclxxxviii.
In folio..... XI. A. 10.

Perperam Auctores scripserunt praesentem *Processum* judiciarium esse traductionem latinam praecedentis italice conscripti. Primus namque est adversus *Antonellum de Petruciis*, ejusque filios *Franciscum* et *Julianum*, nec non et *Franciscum Coppula*; secundus confectus fuit sequenti anno 1488 jussu ejusdem Regis contra Principes, qui eamdem conjurationem fecerunt. De his *la Congiura de' Baroni di Camillo Porzio*, et *Giannone Tom. 3. pag. 477.* Editio rarissima, quae praecedentem ad unguem imitatur.

—— Exemplar alterum..... XI. A. 17.

Procli Diadochi Sphaera, *graece. Legitur in fronte operis*: ΠΡΟΚΛΟΥ ΣΦΑΙΡΑ

Περὶ ἄξωνος καὶ πόλων *Concluditur hoc opusculum septem paginis, exinde sequitur:*

PROCLI DIADOCHI SPHAERA ASTRONOMI
AM DISCERE INCIPIENTIBUS VTILISSIMA
THOMA LINACRO BRITANNO INTER
PRETE, AD ARCTURUM CORNU-
BIAE, VALLIAEQUE ILLUSTRIS
SIMUM PRINCIPEM

Sequuntur tres Epistolae, quarum prima, Aldus Manutius Ro. Alberto Pio Carporum principi. S. P. D. *secunda*, Gulielmus Grocinus Britannus Aldo Manutio Romano. S. P. D. *tertia* Ad Illustrissimum Arcturum Cornubiae Valliaeq3 Principem Thomae Linacri Britanni Procli Diadochi Sphaeram praefatio. *His epistolis absolutis, opus incipit a titulo*: PROCLI DIADOCHI SPHAERA THOMA LINACRO BRITANNO INTERPRETE. *Ad calcem.* Venetiis in aedibus Aldi Romani mense. Junio. M. ID. *Extat cum* Julio Firmico, *et aliis* Astronomis veteribus..... XVII. G. 26.

—— Hymni, *graece. Titulus in summitate operis sic extat:*

ΠΡΟΚΛΟΥ ΛΥΚΙΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.
Υμνοι

Ad calcem post verba:

Digitized by Google

ΤΕΛΟΣ
Τῶ θεῶ Δόξα.

typographica nota hoc pacto excusa habetur :

Anno ab incarnatione. M. ccccc. Die. xix. Septembris. Impressum Florentiae impensa Philippi Iūtae bibriopolae (sic). Si quos errores in hoc opere lector īuenies. qui properātes oculos nostros subterfugerīt eos pro iudicio tuo emēdabis. uix fieri pōt ut nō tales īterueniāt.

Extant cum Hymnis Orphei, *quorum mentionem fecimus pag. 208. hujus voluminis*..... ..... XII. D. 32.

—— In Platonicum Alcibiadem de anima atque daemone, *vel potius , uti legitur in fronte opusculi :* Excerpta Marsilii ficini ex graecis procli cōmentariis in Alcibiadem Platonis, *itemque* Opus Procli de Sacrificio, et Magia Marsilio Ficino Interprete. Venetiis mense Septembri. M. IIID. In aedibus. Aldi *Extant cum* Iamblico..... XIII. G. 20.

Procopii. Epistolae, *graece. Extant in collectione* Aldina. *Vide* Epistolae variorum Auctorum..... XVII. G. 36.

Proliani Christiani. Astrologia, *seu opusculum* de totius orbis divisione, de Sphaera, de Planetarum theoria, de Distantiis orbium a centro terrae. *Prima pagina est alba , et in secunda incipit Epistola Nuncupatoria, qua* Christianus Prolianus balbanensis Celebri viro Antonello patricio Ferdinandi regis Secretario. S. D. *Absolvitur Epistola in averso folio secundo , ad lineam sextam , cui subditur Epigramma septem distichorum. In folio tertio recto* Incipit prima pars et capitulum primum de totius orbis generali diuisione. *Ad calcem folii xxv. aversi , occurrit nota typographica sequentibus verbis contenta :*

Finis huius opusculi Parthenope impssum :
Anno Salutis i477. Octava halendas (sic) Septēbrias (sic).

Sequuntur aliae ix. plagulae , quae continent Tabulam festorum mobilium ; Conjunctiones sive nouilunia calculata ab occasu solis in meridionali Neapolis ; Oppositiones sive quindecime (sic) ab occasu ; Tabulam feriarum et ingressus mensiū ; Tabula horarum arcus diurni in meridionali Neapolitono (sic) ; *tandem* Canones deseruiētes ꝑ aliis tabulis ultra coniunctōes et oppositiones. *In folio xliv. recto, ad lineam xv. absolvitur totum opusculum, cui subditur* Registrum Quaternorum, *et post verbum* Finis, *legitur nomen Typographi, scilicet* Henricus Alding.

Digitized by Google

In 4.°..... XI. B. 17

—— Exemplar alterum, *cujus typographica nota diversa est, nempe:*

Finis hui⁹ opusculi ꝑ magist4 Hinricū (sic) aldyng: Parthenope impssum. anno salutis i477. Octava halendas (sic) septembries (sic) accuratissime.

In 4.°..... XI. B. 31.

Utrum haec duo exemplaria fuerint uno eodemque tempore impressa, an unum praecesserit alterum, haud pro certo definire valeo. Character hujus secundi, nisi fallor, crassior est, licet forma typorum eadem sit, eademque pariter impressionis oeconomia. Noster *Giustiniano pag. 65.* refert notam typographicam, quae habetur in secundo exemplari; verum Auctor *Catal. Ducis de la Val. Tom. 1. pag. 526. Denis Suppl. pag. 83. Rossi pag. 59.* notant primam tantummodo; ita ut conjicere liceat nemini horum clarissimorum Bibliographorum hoc subscriptionis discrimen innotuisse. Male autem *Denis cit. loc.* scripsit: *Henricus Alding. fortasse Aldinus*, quum nullus ex *Aldi* familia unquam *Neapoli* artem typographicam exercuerit. *Henricus* hic *Aldyng.* vel *Alding, de Alemania, Messaniam* primum anno *1473.* deinde *Neapolim* typographiam advexit, anno 1476. sed omnia hujuscemodi praeclarissimi Typographi opera sunt deperdita; et tantum superest laudatum opusculum, quod rarissimum merito judicatur. Excusum est pereleganti rotundo charactere in charta firma, et nitidissima; et in qualibet integra pagina lineae 26. numerantur. Custodes, foliorum numeri, et signaturae nullum obtinent locum in marginibus satis amplis; et cuilibet Capitulo praefigitur titulus semi-gallo-franco unciali charactere impressus. In secundo exemplari Astronomica schemata a Miniculatore expicta visuntur; haud vero initiales litterae, pro quibus spatia tantnm extant in utroque.

Propertii Sexti Aurelii. Elegiarum libri iv. VITA PROPERTII *occupat aversam paginam folii primi, Auctore* Hieronymo Alexandrino, *qui sic eam concludit:* Vale gratissime lector, et memor Hieronymi Alexandrini, qui tibi tres vitas clarissimorum poetarum in lucem dedit, Catulli, Tibulli, et Propertii. *In secundo folio incipit* Propertii Aurelii nautae poetae clarissimi Elegia4 liber primus, ad Tullum, *Ad calcem* libri iv. *extat nota typographica, his verbis contenta.* Propertii Aurelii naute (sic) poetae finis. Clarissimo4 poeta4 Tibulli: Catulli: et Propertii: et eo4 vita opa Regii lepidi accuratissīe ipssa Auctorib⁹ Prospo odoardo et Alberto mazali regiēsib⁹: Anno Sal. i481. ig. kl⁹. octo. D. H. est. d. l⁹o.

In folio..... X. G. 1.

Quid sibi velint siglae in fine subscriptionis excusae, non satis adsequor; imo nec *Maittairus pag. 419.* nec *Tiraboschius Tom. iv. pag. 370. Bibl. Modanese*, qui hanc editionem memorarunt, adsecuti sunt. Exemplar praestantissimum ob innumerabiles notulas marginales mss. a *Iano Parrhasio*, et ob nomen Possessoris codicis, quod legitur in calce, nempe: *Antonij Seripandi ex Iacobi perilli amici opt. munere.*

—— Exemplar alterum..... X. G. 2.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Antonii Volsci. *Primum folium occupant* 1. AD AMPLIS P. JULIANUM HONORATISS. OSTIEN. ANTISTITEM. SANCTI PETRI AD VINCULA CARDINALEM. ANTONII VOLSCI. IN PROPERTIANARUM INTERPRETATIONUM. LI. PRI. PRAEFATIO. 11. Prpe-

Digitized by Google

mum. III. Propertii vita. IV. Argumentum in primam Propertii elegiam. *In folio secundo incipit,* Ad amplis. P. Iulianū Honoratis. Ostiensem antistitē Sancti petri ad uincula Card. Antonii uolsci Propertianarum interpretationum liber primus; *qui in aversa folii XV. pagina terminatur. In folii XV. prima pagina legitur Praefatio, secundo libro praefixa, et in aversa secundus liber initium sumit. In folio XLI. praemissa Praefatione, tertius inchoatur liber. In prima folii LXI. pagina Praefatio in lib. IV., quae in aversa ejusdem desinit, habetur. In fine legitur:* PERACTI OPERIS DEDICATIO; *carmen* Thamirae ad Lectorem; Registrum; *et sequens finalis subscriptio:* Impressum hoc opus Venetiis per magistrū Andreā de Patascichis Catarensem. M. cccc. lxxxviii. kl. Februa. *Huic subnectitur nomen* Antonij Seripandi ex Jani Parrhasij testamento, *et eiusdem* Parrhasii *charactere aliquae notulae mss. in marginibus leguntur.*

In folio..... X. G. 8.

—— Exemplar alterum..... X. G. 9.

—— Exemplar tertium..... X. G. 10.

—— Exemplar quartum..... X. A. 18.

—— Alia editio, *cum* Domitii Calderini *elucubratione in quaedam loca, quae difficiliora videbantur. In averso folio primo habetur brevis Poëtae vita, a* Hieronymo Alexandrino *conscripta, et in sequenti folio protinus incipiunt tum* Propertii Aurelii nautae poetae clarissimi Elegiarum liber primus ad Tullum, *tum* Domitij elucubratio ī quedam propertii loca que difficiliora videbant⁹. Ad Fran. Arago. Fer. R. ue. F. *Ad calcem:* Propertii Aurelii nautae poetae finis. Impressum Brixiae per Boninum de boninis de Ragusia Anno salutis. MCCCCLXXXVI. xvii. Chalendas (sic) Apriles.

In folio..... X. G. 6.

Domitii Calderini lucubratio nullibi impressa est in summa, vel infima pagina, sed semper ad latus; ita ut Poëtae textus per totam perpetuo paginae longitudinem excurrat. Editio est charactere Romano, et eleganti, cum signaturis tantum; et lineae paginarum integrarum sunt 42. Nostrum exemplar scatet quamplurimis notulis mss. in spatiis, quae a *Domitii* elucubrationibus in marginibus relicta sunt.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Philippi Beroaldi. *Praecedit longa Epistola Dedicatoria* Ad Magnificum Minū Roscium Senatorem Bononiensem Philippi Beroaldi, *ad cujus calcem subjunguntur* aliquot loci partim ab ipso proprio Marte emendati, partim accuratius explicati, qua ab aliis excacari soleant. *Hi loci, qui sunt XXVII. cum ipsa Epistola duas priores occupant voluminis paginas. In ultimo folio averso occurrit* Eiusdem Philippi heroaldi (sic) hedecassyllabon (sic) *XXXVI. versuum; et infra sequens subscriptio:* Cōmentarii in Proptiū a Philippo heroaldo editi Anno salutis. M. cccc. lxxxvii. īpressi vero Venetiis a Boneto Locatello Bergomēsi. Cui necessaria exhibuit Nobilis vir Octavianus Scotus Modoetiensis. Anno eiusdē salutis nonagesimo primo supra millesimū ac quadringentesimū Quinto Idus decembres: *Exinde:*

Sit Christe Rex piissime
Tibi patrique gloria
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula.

Digitized by Google

In ultima pagina leguntur Hieronymi Salii in invidū carmē *xx versuum*, Registrum, *et Signum Typographi.*

In folio..... X. G. 3.

—— Exemplar alterum..... X. G. 4.

—— Exemplar tertium..... X. G. 5.

—— Exemplar quartum..... X. G. 7.

—— Exemplar quintum..... X. H. 55.

—— Exemplar sextum..... XI. F. 25.

—— Alia editio, *quae praecedentem ad unguem imitatur, solummodo excepta nota typographica, quae in hac sic legitur:* Commentarii in Proptium a Philippo Beroaldo editi Anno salutis. Impressum Venetiis p Symonē bevilaqua Papiensem. M. cccc. lxxxxiii. die xxvi. mensis Junii. *Sequuntur exinde ea, quae in praecedenti notata sunt.*

In folio..... X. G. 11.

—— Exemplar alterum..... X. G. 12.

—— Alia editio; *in qua continentur, quae in duabus praecedentibus enarravimus; et ad calcem haec subscriptio habetur:* Impressum Venetiis per Joannem de Tridino de Cereto alias Tacuinum. M. D. die vero. xix. Maii. Regnante inclyto Principe Augustino Barbadico. *Post* Hieronymi salii carmen, *occurrunt* Registrum, *et signum Typographi, satis notum.*

In folio..... X. G. 13.

—— Exemplar alterum..... X. G. 14.

—— Vertumniana, *sive* de Vertumno Thuscorum Deo Elegia, *cum* Commentariis Nanii Viterbiensis. *Extat cum* Antiquitatibus Annii, *seu* Nanii. *Vide* Nanii.

Prosperi S. Episcopi Regiensis. Epigrammata de vitiis, et virtutibus ex dictis S. Augustini. *Opusculum initium sumit hoc pacto:*

INCIPIT LIBER PROSPERI

(I) Ste prosper fuit equitanicus uir eruditissimꝰ omniūqꝫ artiū dogmate peritꝰ. qui primitꝰ. canonicā sacre religionis īstātia omnibꝰ ecclesiis edidit normā Vnde merito equitāicꝰ dicitꝰ gē te et prosper uocabulo quia ceteris eqtatis uiā parere studuit quā in uocabulo prosperitatis sortitus fuit. Ob hanc causam merito et noīe fulget eoq eqtatis et ꝑsperitatis īdiciū omniū ecclesia4 uidetꝰ habere.

Post spatium unius lineae:

hec Augustini ex sacris epigrammata dictis.

Epigrammata *protinus incipiunt, et folio xxxi. recto terminantur hac conclusione:*

Digitized by Google

Finito libro sit laus et gloria christo.

Explicit opus divi Prosperi diligenter Impressum Mediolani per Leonardum pachel et Vlderichum Scinczenceller (sic) theuthonicos. Anno domini. M. cccc. lxxx. vi. Idus martii.

FINIS.

In 4.° parvo..... XIII. D. 41.

Aliam hujus operis editionem a laudatis Typographis *Mediolano* excusam anno 1495. descripsit *Saxius*, et alias duas notant Bibliographi, quorum altera prodiit *Moguntiae 1494.* altera, sine loco, et anno: de praesenti vero editione nec ipse diligentissimus Mediolanensis historiae typographicae Auctor, nec alius Bibliographorum verba fecerunt. Haec rotundis elegantibus formis exprimitur, quae in paginis integris lineas perficiunt 25. Signaturae tantum in marginibus inferioribus expressae fuere parvis elementis, quibus romani numeri adhaerent; caeteri margines nullo signo notantur. Initiales minoribus supplentur litteris, prima excepta, pro qua spatium extat.

PROVENZALIS PETRI JOHANNIS. *Vide* Olivi Petri.

PRUSSIA LUDOVICI DE. *Vide* Wolgemuth Ludovici de.

PRUTHENI LUDOVICI. *Vide* Wolgemuth.

Digitized by Google

P S

Psalterium, *graecum.* Venetiis per Alexandrum ex Candace Cretae 1486. *Vide* Biblia *Tom. 1. pag. 76.*

—— Alia editio, ex aedibus Aldi Manutii, *circa annum* 1494 *vel* 1495. *Vide* Biblia, *ibidem.*

—— *Gr. et Lat.* Impressum Mediolani anno 1471. *Vide* Biblia, *ibidem pag. 77.*

—— *Latine.* Impressum Florentiae per Franciscum Bonaccursium, et Antonium Venetum anno 1489. *Vide* Biblia, *ibidem pag.* 85.

—— *Cum expositione* B. Brunonis Episc. Herbipolensis. Anno 1497. per Antonium Koberber Nurembergiae. *Vide* Biblia, *ibidem pag. 88.*

—— *Cum Commentariis* Gabrielis Brebiae. Impressum Mediolani anno 1477. *Vide* Biblia, *ibidem pag.* 88.

—— Cum expositione Ioh. Card. de Turre Cremata. *Vide* Turre Cremata.

—— Cum expositione M. Aurelii Cassiodori. *Vide* Cassiodori.

Pselli Michaelis. De Daemonibus, Marsilio Ficino Interprete. Venetiis Mense Septembri M. IIID. In aedibus Aldi. *Extat cum* Jamblicho, *et variis Auctoribus ex ejusdem* Marsilii *interpretatione. Vide* Jamblichi.

—— PSELLI AD IMPERATOREM CONSTANTINUM DE VICTUS RATIONE GEORGIO VALLA PLACENTINO INTERPRETE. *Is titulus praefigitur opusculo. Ad calcem:* Impressum Venetiis per Symonē Papiensem dictum Bevilaquam 1498 die ultimo Septembris. *Extat cum* Nicephori Logica, *et aliis Auctoribus ab eodem* Valla *versis. Vide* Nicephori.

In folio ..... VIII. D. 21.

—— Opuscula, *graece*, *quorum tituli sic notantur:*

I. ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΙΑΜΒΟΙ, ΕΙΣ ΑΡΕΤΑΣ ΚΑΙ ΚΑΚΙΑΣ, Η ΑΓΑΠΗ.

II. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΑΝΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΑΛΑΝΤΟΝ.

III. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΝΑΓΩΓΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΙΡΚΗΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΗΝ ΤΟΝ ΟΔΥΣΣΕΑ ΜΕΤΑΜΟΡΦΟΥΝ.

Extant cum Cebetis Tabula..... XII. B. 80.

Haec tria *Pselli* opuscula, quae *Cebetis Tabulae* sociantur, sub eadem signaturarum serie, excusa a *Zacharia Calliergo*, haud notantur in aliis exemplaribus hujusmodi editionis, a Bibliographis recensitis; ita ut jure, meritoque nostrum exemplar perfectius, et completius caeteris aliis dici possit.

Digitized by Google

P T

Ptolemaei Claudii. Cosmographia, *latine, ex versione* Jacobi Angeli Florentini, *cujus Epistola Nuncupatoria, quae operi praemittitur, occupat totum primum folium rectum. Epistolae imminet inscriptio:* BEATISSIMO PATRI ALEXANDRO QUINTO PONT. MAX. ANGELUS. *In prima columna aversi folii incipiunt:*

CLAUDII PTOLEMAEI COS
MOGRAPHAIE (sic) LIBRI PRI
MI CAPITA.

Infra, in eadem prima columna:

CLAUDII PTOLEMAEI
COSNOGRAPHIAE (sic) LI-
BER PRINUS (sic).

In penultimo folio recto, secunda columna, post lineam XIV., *legitur:*

CLAUDII PTOLAMAEI (sic) ALEXAN
DRINI COSMOGRAPHIAE OCTA
VI ET VLTIMI LIBRI FINIS

Hic finit Cosmographia Ptolemei impressa
opa dominici de lapis civis Bononiensis

ANNO M. CCCC. LXII.
MENSE JUNII. XXIII.
BONONIE.

Adcedit REGISTRUM HUIUS LIBRI, *quod absolvitur verbis:* FINIS. REGISTRI; *et protinus* Sequitur epistola et tabula Textus et figurati. *Duplici indice* (*non uno tantum ut scribit* Deburius) *instructum est ultimum folium. Primus ex his indicibus designat chartas, sive folia, in quibus regionum situs describuntur; ex gr.* Iberniae Britanicae Situs, Albioīs īsulae Britāicae sit. carte (sic) 10. Hispaniae Situs car. 11. *Alter index designat tabulas, in quibus regiones in superiori indice nominatae, et in tabulis pictura repraesentatae, quaerendae sunt; ex gr.* Iberniae insulae Albionis Britannicae tab. 2. Car. 4. *Huic indici sequens praepositus est titulus:*

TABULAE PICTURAE SEV FIGU
RATI SITUS INFRA SCRIP
TORUM V3 (sic) SITUS.

Digitized by Google

Sequuntur Tabulae, quae sunt numero 26.

In folio maximo.. ..... XII. I. 8.

Bibliographi omnes hujus temporis, quod sciam, mendum, et anachronismum agnoscunt in nota chronologica hujus editionis, licet in assignando anno, quo ipsa editio verosimiliter peracta fuit, non satis inter se consentiant; nam ob magnam raritatem exemplarium, ipsi non potuerunt eam diligenter expendere, ac proinde temere de ea locuti sunt. Ex epistola nuncupatoria, operi praefixa, ad *Alexandrum V.* haud aliquid certi erui potest; quum laudatus Pontifex de vita migraverit anno 1410. Ast quod magis absurditatem epochae evincit, est quod ante Indicem Tabularum scribatur, *Philippum Beroaldum* extremam emendationi manum imposuisse, et *Plinii, Strabonis*, reliquorumque id genus Scriptorum Geographiam *cum Ptolemaeo* contulisse. *Beroaldus* vero quum natus fuerit anno *1453.* cum nono aetatis anno tam difficile opus absolvisse impossibile est. Non abs re esse puto, quae eruditissimus *Heineckenius* de hac editione scribit in suo opere cujus titulus: *Idée générale d'une Collection complete d'Estampes pag. 145.* et seq: huc adferre: *Cependant il ne serà pas hors de propos d'alleguer ancore ici l'edition de Bologne, imprimée par Dominique de Lapis, et faussement datée de l'année 1462. L'année 1472. que De Bure veut établir, ne convient pas assez bien à un semblable travail. Je crois que ceux qui la mette en 1482. ont plutot raison; si ce n'est, comme M. Breitkopf présume, que l'imprimeur a pris un* I *au lieu d'un* L, *et qu'il a voulu mettre suivant l'ancienne manière* M.CCCC.LXLI. *c'est adire 1491.* (quod verisimilius videtur) *Il est vrai qu'il y en a, qui veulent prouver, par la déformité des caractères, que cette édition est antérieure aux autres. Mais on ne peut jamais tirer un argument de la mauvaise impression pour constater l'ancienneté d'un livre. Cependant lès cartes géographiques, au nombre de 26. ont véritablement l'air de l'antiquité, elles sont executées d'une manière bien rude, et il est évident, par les traits de Zigzag, que les orfévres mettent ordinairement sur l'argenterie, que c'est l'ouvrage d'un tel artiste.* Iis addi potest, quod *Dominicus* hic *de Lapis* ante annum 1477. nullos excudit libros; ideoque *Georg. Mart. Raidelius* in *Comm. de Ptolemaei Geographia cap. VI. §. 2.* non injuria existimat pro 1462. hic substituendum 1482. Quum vero plures ejusmodi falsas subscriptiones in libris veteribus detexerint Bibliographi, suspicari licet, Typographos gloriae cupidos id consulto fecisse, ut ita posteritati imponerent, quasi primi omnium in regionem aliquam, vel saltem in Urbem intulissent artem. Characteres hujus operis iidem plane sunt, ac ii, quibus *Dominicus de Lapis* anno 1477. impressit opusculum *Benedicti de Nursia de Conservatione sanitatis* (memoratum in hoc 11. Vol. pag. 185.), quos quidem characteres *deformes* esse, nemo, qui eiusmodi opuscula tractaverit, nisi oculis captus, unquam affirmabit. Ex collatione autem duorum horum operum apparet typographicum artificium *Ptolemaei* longe perfectius esse, quam *Bened. de Nursia.* In illo enim librorum omnium, ac plurimorum capitum lemmata, aliaque varia, majusculis litteris excusa sunt; cum contra in opere *Benedicti* ne unum quidem vocabulum ita excusum occurrat. In illo singulis foliorum fasciculis appositae fuerunt signaturae (tametsi numeri, et reclamantes desint); in *Benedicto* vero primus, decimus, et sex ultimi sine signaturis dimissi fuere. Quod quidem ostendit, ni fallor, *Ptolemaeum* impressum tum fuisse, cum signaturarum usus familiarior Typographis effectus erat, *Benedictum* vero antiquiore tempore. Ad haec *Ptolemaeus* duplici indice ornatus fuit, *Benedictus* nullo. Deformitas autem, quae apparet in *Ptolemaei* characteribus, ea vetustati, et detritioni ipsorum characterum adscribenda est.

—— Alia editio. *Nuncupatoria praecedit Epistola, cum inscriptione:* BEATISSIMO PATRI ALEXANDRO QUINTO PONT. MAX. ANGELUS. *Haec primum folium impressum complectitur. Sequuntur* CLAUDII PTOLEMAEI COSMOGRAPHIAE LIBRI PRIMI CAPITA. *Ad calcem hujus editionis, tabulis geographicis destitutae, legitur:* CL. PTOLEMAEI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIAE OCTAVI ET VLTIMI LIBRI FINIS. *Adcedit hoc breve monitum:* Angelus uadius: et Barnabas picardus uicētinus lectori Sal. Habes lector: quātum ꝑ nos fieri potuit: accuratissimū lib4 ī quo si forte q̄d te offenderit: nō enim cōfidimus oīa ad unguē exegisse: ne ꝑpterea: que recta sunt asperne-

Digitized by Google

ris : rogamus. Vale. *Verba haec deinceps Impressor notavit :* En tibi lector Cosmographia Ptolemaei ab Hermanno leuilapide Coloniensi Vicenciae accuratissime impressa. Benedicto Trivisano ; et Angelo Michaele praesidibus. M. CCCC. LXXV. Idi. Sept.

In folio parvo..... XII. E. 18.

Praesentem editionem uti Coloniensem retulit *Maittairus Tom. 1. pag. 774.* sed in notis recte observat Auctores, ex quibus notitiam hausit, errasse, ac pro *Vicentina* adpellasse *Coloniensem*, occasione *Hermanni* Typographi *Coloniensis*. Editio princeps, quum *Bononiensis* anni 1462. sphalma chronologicum praeferat, ut supra demonstravimus. *Facciolus* in *Catal. edit. Vincent.* in *T. xlt. Opusc. Caloger. novae collect. pag. 15.* a *Barnaba Celsano* versionem hanc factam fuisse adserit, et *Bartolemaeo Pagello* inscriptam; sed veritati id minime consentaneum est, quum ab *Iacobo Angeli* concinnata, et *Alexandro V.* iamdudum dicata revera sit. Typus rotundus elegans arabicis numeris pro rei opportunitate mixtus replet in paginis, dummodo absint spatia, 39 lineas. Schemata nonnulla occurrunt. Custodes, numeri foliorum, et initiales, quae a Miniculatore pictae sunt, in hoc volumine signato litteris, arabicisque uumeris, haud reperiuntur.

—— Alia editio, *cui praemittitur in averso folio primo Epistola, seu Praefatio innominati Auctoris ad* Sixtum IV., *et haec praeeunt verba :* CLAUDII PTHOLEMEI ALEXANDRINI PHILOSOPHI COSMOGRAPHIA. *Epistolam in eadem pagina sequitur brevis de* Ptolemaeo *adnotatio. In prima columna sequentis folii occurrit Tabula primi libri, et in secunda* Claudii Ptolemei uiri Alexandrini Cosmographie liber prim⁹ incipit. In quo differt Cosmographia a Chorographia. *Numeri arabes, et Schemata in textu occurrunt, eoque absoluto legitur :* Claudii Ptolemei uiri alexandrini Cosmographie octauus et ultimus liber finit. *Postrema pagina in prima columna verba haec legenda exhibet :*

NUMEROS MATEMATICOS

INEXPLICABILE FERME TER
RE ASTRORUMQUE OPUS
CLAUDII PTOLEMEI ALEXAN
DRINI PHILOSOPHI GEOGRAPH
IAM ARNOLDUS BUCKINCK E
GERMANIA ROME TABULIS AE
NEIS IN PICT VRIS (sic) FORMATAM
IMPRESSIT

SEMPITERNO INGENII ARTIFI
CIIQUE MONUMENTO. ANNO

Digitized by Google

DOMINICI NATALIS. M. CCCC. LXXVIII. VI. IDUS OCTOBRIS SEDENTE SIXTO. IIII. PONT. MAX. ANNO EIUS. VIII.

In secunda columna extat Registrum foliorum huius libri. *Sequuntur 27. Tabulae geographicae aereae folio expanso impressae, quae hoc ordine collocantur in nostro exemplari: Tabula cosmographica generalis praecedit, quam sequuntur x. Tabulae* Europae; *IV.* Africae; *XII.* Asiae: *ita ut folia impressa, et Tabulae volumen efficiant 69. fol.*
In folio magno..... XX. I. 11.

Denis in *Supplem. pag. 98.* editionem hanc referens, addit: *Sequuntur mappae xxvii. magnam partem a Conrado Schweynheim eleganter sculptae litteris malleo sigillorum modo, impressis. Typographus an Arnoldus Pannartz? nomine Buckinck a Germanico Buch, Liber corrupto fortassis ab Italis illi adficto.* Cum his conferenda sunt, quae in Epistola Nuncupatoria ad *Sixtum IV.* leguntur scilicet: *Qua in re ne librariorum inscitia tuae Sanctitatis aures offenderent. Domitius Calderinus Veronensis, cui huius emendationis provintia* (sic) *demandata fuerat eam curam suscepit, asserens cum vetustissimo greco manu Gemistii Philosophi emendato latinos codices se collocaturum* (sic). *Magister vero Conradus Sueynheim Germanus a quo formandorū Rome librorum ars primum profecta est. Occasione hinc sumpta posteritati consulens animum primum ad hanc doctrinam capessendam applicuit. Subinde mathematicis adhibitis viris quemadmodum tabulis eneis imprimerentur edocuit. triennioque in hac cura consumpto diem obiit. In cuius vigiliarum laborumque partem non inferiori ingenio ac studio Arnoldus Buckcinck e Germania vir apprime eruditus ad imperfectum opus succedens ne Domitii Conradiq3. obitu eorum vigilie, emendationesque sine testimonio perirent, neve virorum eruditorum censuram fugerent immense subtilitatis machinamenta examussim perfecit.* Haec verba *Audiffredus pag. 230.* censet non nihil obscurare historiae veritatem. Neque enim ex eo quod *Calderinus*, vel alius quispiam de edendo *Ptolemaei* opere cogitasset, *Conradus* ad Geographiam capessendam animum applicuit; cum contra ipse *Conradus* auctor fuerit ut *Calderinus* nil tale cogitans, *Ptolemaei* Geographiae recognoscendae, emendandaeque sibi onus sumeret, ut narrat ipse *Calderinus* in laudata Epistola ad *Sixtum IV.*: adeo ut praecipua hujus editionis gloria ipsi *Conrado*, qui primus eam proposuit, magnaque ex parte quoad mappas executus est, sit adscribenda. Columnae duae extant in pagina unaquaque, et lineis 50. rotundi optimi characteris absolvitur quaevis integra. Signaturae, custodes et foliorum numeri desiderantur; et initiales quae parvae extabant, colore rubro, et caeruleo majores expictae sunt a Miniculatore, qui in prima operis littera iconem *Ptolemaei* repraesentavit; et margines hujusmodi primae paginae variis coloribus, et auro affabre ornavit.

— Alia editio. *In primae paginae fronte legitur impressum:* BEATISSIMO PATRI PAVLO SECVNDO PONTIFICI MAXIMO. DONIS NICOLAVS GERMANVS, *qui latine opus reddidit, et laudato Pontifici inscripsit, Epistola, quae in prima folii secundi pagina, ad lineam xxv. terminatur. Dedicationem protinus sequuntur capitum primi libri argumenta, quibus in secunda columna subjectum legitur:* CLAVDII PTHOLOMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE LIBER PRIMVS INCIPIT. *Ad calcem operis verba sequentia habentur:* CLAVDII PTOLEMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE OCTAVVS ET VLTIMVS LIBER EXPLICIT OPVS DONNI NICOLAI GERMANI SECVNDVM PTOLOMEVM FINIT. ANNO MCCCCLXXXII.

Digitized by Google

AVGVSTI VERO KALENDAS. XVII. IMPRESSVM VLME PER INGENIOSVM VIRUM LEONARDVM HOL PREFATI OPPIDI CIVIS.
In folio majori..... XX. I. 12.

Opus istud elegantissimum 134. foliis constat: quorum 70 textum una cum dedicatoria Epistola, 64 vero Tabulas comprehendunt; quae quidem Tabulae textui subjunctae sunt, omnes ligno insculptae a *Iohanne Schnitzer de Armssheim*, cuius nomen in parte superiore primae Tabulae legitur his verbis: *Insculptum est per Iohannem Schnitzer de Armssheim.* Litterae initiales florentes ligno etiam sunt incisae; prima vero duas personas, scilicet *Paulum II.* et *Nicolaum Donis*, qui suam offert versionem Pontifici; secunda *Ptolemaeum* exhibet. Characteres Romani ac perelegantes, linearum distantia, chartaeque praestantia non parum hanc extollunt editionem. Paginae litteris sunt signatae. Distinctionis signa occurrunt punctum, et virgula. Hanc editionem memorant *Maittaire Tom. IV. pag. 431. Baur Tom. III. Bibl. Univer. pag. 264.* et *Raidel* in *Dissert. de Claud. Ptol. Geogr. eiusque Codicib. pag. 46.* qui eam rarissimam appellat.

—— Alia editio. *In aversa pagina folii primi quaedam Animadversiones habentur. In folio secundo* REGISTRVM ALPHABETICVM SVPER OCTO LIBROS PTOLOMEI INCIPIT FELICITER. *Terminatur in quarta folii xlii. columna. In folio xliii. occurrit Epistola Nuncupatoria, sub epigraphe:* BEATISSIMO PATRI PAVLO SECVNDO PONTIFICI MAXIMO. DONIS NICOLAVS GERMANVS; *quae in prima columna folii xliv. ad lineam xxv. finitur. Sequuntur deinde Capitum primi libri argumenta, quae caeteris quoque libris sunt praefixa. Ad calcem textus Ptolemaei, qui terminatur in quarta columna folii cxvi. legitur:*

CLAVDII PTOLOMEI VIRI AL
LEXANDRINI COSMOGRAPHIE
OCTAVVS ET VLTIMVS LIBER
EXPLICIT

OPVS DOMINI NICOLAI GER
MANI SECVNDVM PTOLOME
VM FINIT : ·

HINC SEQVVNTUR TABVLE

Hae igitur, prima excepta, cum descriptione iunguntur. Post tabulas occurrit tractatus DE LOCIS AC MIRABILIBVS MVNDI. ET PRIMO DE TRIBVS ORBIS PARTIBVS. *Praecedit Index, sive Registrum cum titulo:* Incipit Registrum super Tractatum de tribus orbis p'tibus. Ac variis naturis hominum: portentorum Transformatorum. Nec non de diversis fluminibus aquarum. Insularum et montium. *Ad calcem hujus tractatus legitur:*

97

Digitized by Google

IMPRESSVM VLME OPERA ET
EXPENSIS IVSTI DE ALBANO
DE VENETIIS PER PROVISOREM
SVVM JOHANNEM REGER. AN
NO. DOMINI. M. CCCC. LXXXVI.
XII. KALENDAS. AVGVSTI

His verbis subnectitur scutulum nigrum, in cujus medio Anser habetur, inter litteras I. R. *quae forsan nomen* Johannis Reger *indicant.*

In folio majori..... ..... XII. I. 14.

Nil elegantius in hac editione potest desiderari. Tabulae Geographicae ligneae viridi, caeruleo, croceo, ac rubro colore a Miniculario sunt depictae. Initiales, quae ligneae florentes extabant, idem Minicularius auro, et coloribus eleganter decoravit. Prima vero, quae *Nicolaum* monachum, librum Pontifici porrigentem ostendit, et secunda, quae *Ptolemaeum* repraesentat, adfabre depictae sunt. Character duabus columnis distinctus, rotundus est, sed aliquantulum gallo-francam formationem redolet, et lineas 44. implet in columna integra: in tabulis vero gallo-francus typus occurrit. Numeri arabes operi inserviunt; et margines superiores voluminis libros indicant; inferiores signaturas referunt: desunt tamen custodes, et foliorum numeri. Charta est firma admodum, sed minus polita. Auctor Tractatus *de Locis, ac mirabilibus Mundi*, laudatur *Nicolaus Donis* Monachus Benedictinus Reichenbacensis. Vide *Fabric. Bibl. med. et infim. lat. lib. XIII. pag.* 108.

—— Exemplar alterum..... XX. I. 13.

—— Exemplar tertium..... XX. I. 14.

—— Alia editio, *quae cum descripta convenit, sed caret Nuncupatoria Epistola, et tabulas refert aereas editionis anni 1478. supra notatae; sed in hac instruitur Tractatus* De Locis ac Mirabilibus Mundi. *Ad calcem textus* Ptolemei *legitur*: CLAVDII PTOLEMAEI VIRI ALLEXANDRINI GEOGRAPHIAE OCTAVVS ET VLTIMUS LIBER EXPLICIT. HINC SEQVVNTVR TABVLE. *Post vacuam paginam* REGISTRVM ALPHABETICVM SUPER OCTO LIBROS PTOLOMEI INCIPIT FELICITER. *Duo folia vacua inter Registrum, et Tabulam primi libri* Ptolemaei *occurrunt. Sequitur opus* DE LOCIS AC MIRABILIBVS MVNDI. ET PRIMO DE TRIBVS ORBIS PARTIBVS, *praevio Registro, ut in editione praecedenti: quibus absolutis typographica notitia legitur hujusmodi:*

HOC OPVS PTHOLOMEI (sic) MEMO
RABILE QVIDEM ET INSIGNE EX
ACTISSIMA DILIGENTIA CASTI
GATVM JVCONDO (sic) QUODAM CA
RACTERE IMPRESSVM FVIT ET
COMPLETVM ROME ANNO A NA
TIVITATE DOMINI. M. CCCC. LX
XXX. DIE. IV. NOVEMBRIS. ARTE
AC IMPENSIS PETRI DE TVRRE.

Possessoris nomen his subjungitur, scilicet Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento, *charactere subalbido conscriptum.*

Digitized by Google

In folio majori..... XII. I. 10.

Volumen excusum est elegantissimo Romano charactere, qui in duas columnas dispescitur et summa linearum 53. est in quavis earum integra. Quaelibet ex eius partibus, propriis signaturis instructa est. Mappae nullo colore illitae sunt: initiales vero, quae parvis repraesentabantur formis, majores effecit Miniculator colore rubro, et caeruleo; sed tres priores operis auro quoque, et floribus exornavit; et in inferiori pagina primi folii aversi stemma gentilitium adfabre depinxit.

—— Exemplar alterum..... XX. I. 15.
—— Exemplar tertium..... XX. I. 16.
—— Exemplar quartum..... XX. I. 17.
—— Exemplar quintum..... XX. I. 18.
—— Liber Quadripartiti, *cum* Commentario Haly, *et* Centiloquium *cum* Commentario *ejusdem*, Aegidio de Tebaldis *Interprete. Quae volumen contineat, ex hujusmodi Elencho in priori pagina excuso discimus:*

Libri quadripartiti Ptholemei.
Centiloquium eiusdem.
Centiloquium hermetis.
Eiusdem de stellis heibenijs.
Centiloquium bethem. et de horis planeta4
Eiusdem de significatione triplicitatum ortus.
Centum quinquaginta p^{a} pōnes Almansoris.
Zachel de interrogationibus.
Eiusdem de electionibus.
Eiusdem de tēpo4 significationib^{9} in iudicijs.
Messahallach de receptionibus planetarum.
Eiusdem de interrogationibus.
Epistola eiusdē cū duodecim capitulis.
Eiusdem de revolutionibus anno4 mundi.

In postica pagina imprimitur dissertatio quaedam, pro Nuncupatoria Epistola, cum epigraphe: Hieronymus salius fauentinus artium et medicine doctor: dñico marie de anuaria ferrariēsi artiū et medicīe doctori astrologoq3 excellentissimo de nobilitate astrologie. S. *Huic sermoni distinctio voluminis subditur, quam Tabula alphabetica excipit; desinitque in folio tertio averso: in quarto enim recto, et in averso impressa sunt Interpretis* Aegidii, *et Expositoris* Haly *Prooemia, quorum priori verba praefixa occurrunt majusculis formis:* Liber quadripartiti Ptholemei. i. quatuor tractatuum: in radicanti discretione per stellas de futuris et in hoc mundo constructōis et destructionis contingentibus cū cōmento Haly Heben Rodan: cuius in primo tractatu sūt viginti quatuor capitula. *Deinde minusculis typis:* Dixit Egidius de Tebaldis Lōbard^{9} de Civitate parmēsi. *Prooemio* Haly *praenotatur:* Tractatus primus glose Haly heben rodan: super prima p^{a}te libri q^{a}dripartiti Ptholemei pheludiani. Dixit Haly. *Ad calcem totius voluminis notitia typographica sic extat:* Venetiis per Bo-

Digitized by Google

netum Locatellum : impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis. M. CCCC. LXXXXIII. 13. Kalendas Januarias. Octaviani Scoti *signum notissimum his subjacet verbis.*

In folio parvo..... IX. F. 6.

Nomina Interpretum horum opusculorum, quae notantur praeter *Aegidium de Thebaldis*, sunt: *Plato Tyburtinus*, qui *Almansoris iudicia* vertit, et *Ioannes Hispalensis*, qui Messahallach unum, vel omnia traduxit opuscula in hoc opere impressa. Duplex columna in unaquaque pagina extat gallo-francis elementis plena, quae in textu *Quadripartiti*, et *Centiloquii* majoris formae sunt, quam in *Commentariis*; in opusculis autem *Commentario* destitutis minor character lineas 67. in columnis integris replet. Initiales principes formis ligneis caelatis exprimuntur, reliquae parvis litteris. Tituli occurrunt majusculis typis cusi in marginibus superioribus, ubi numeratio foliorum occurrit; in inferioribus marginibus nulli adsunt custodes, sed signaturas tantummodo exsculpsit Typographus.

—— Exemplar alterum..... IX. F. 36.

—— Almagestum, *cum* Epitome Johannis de Monte Regio Venetiis opera et arte impressionis mirifica viri solertis Johannis hāman de Landoja: dictus hertzog. Anno salutis 1496. *Quum* Ptolemaei *textus integer minime referatur, sed opportune fragmenta tantum occurrant in hac editione, sub nomine Expositoris descriptionem dedimus, pag. 149. hujus voluminis. Vide* Monte Regio.

Digitized by Google

P U

Publicii Gregorii Tifernatis. *Vide* Tifernatis.

Publicii Jacobi Florentini. Artis Oratoriae Epitoma. Item De titulis in scribendo cuilibet adhibendis. Nec non De Arte juvandi memoriam. *Folium primum vacat; in secundo recto incipit Nuncupatoria Epistola praefixa* Institutionibus oratoriis, *praevio titulo generali voluminis, et ejusdem Epistolae, rubris litteris inscripto, nimirum:* Oratoriae artis Epitoma: Siue Quae ad consumatū spectant Oratorem: ex antiquo Rheto4 gymnasio dicendi scribendiq3 breues rationes: Nec nō et aptus optimo cuiq3 viro titulus: Insup et pq3 facilis memorie artis mod' Jacobi Publicii Florentini Lucubratione in lucem editus: Foelici numine Inchoat. Oratoriae institutiones: ex veterū instituto: per Jacobum Publicium: ad Cyrillum caesarem faustissimum delectae. *Secundum opusculum Epistolam pariter exhibet Nuncupatoriam, cum epigraphe:* Ars Tulliano more epistolandi Jacobi. P. ad Illustrissimū Principem Tarantinum Hispaniae Ducem. Incipit Foeliciter. *Sequens titulus praefigitur* Arti memoriae. Jacobi Publicii Florentini ars memoriae foeliciter incipit et primo praefatio. *Nostrum exemplar in fine quatuor foliis caret, sed ex completa hujusmodi editionis descriptione, quam tradunt Maittairus pag. 438. Denis Suppl. pag. 156. Wellers N. II. pag. 715. Zapf. pag. 161. Rossi pag. 75. et Panzer Tom. III. pag 178. colligimus hanc typographicam notitiam:* Erhardus ratdolt augustensis. 1482. pridiē calēn. decembris impressit Venetiis.

In 4.° parvo..... IX. A. 23.

—— Alia editio. *In fronte operis legitur impressum:* ORATORIAE ARTIS EPITOMA: VEL QUAE BREVIBUS AD CONSUMATUM SPECTANT ORATOREM: EX ANTIQUO RHETORUM GYMNASIO: DICENDI SCRIBENDIQUE BREVES RATIONES: NEC NON ET APTUS OPTIMO CUIQUE VIRO TITULUS: INSUPER ET PERQUAM FACILIS MEMORIAE ARTIS MODUS JACOBI PUBLICII FLORENTINI LUCUBRATIONE IN LUCEM EDITUS: FOELICI NUMINE INCHOAT. *Sequitur dein Auctoris Prooemium ad* Cyrillū caesarem, *in quo de oratoriae artis praestantia, utilitate, et de modo eamdem tractandi agit. Terminatur in aversa folii xxxvi. pagina. In folio sequenti,* Ars scribendi epistolas Jacobi. P. ad Illustrissimum principem Tarantinum hispanie ducem. Incipit foeliciter. *In folii primi antica pagina,* Jacobi Publicii florentini ars memorie foeliciter incipit. *Ad calcem operis:* Erhardus Ratdolt augustēsis ingenio miro et arte ꝑpolita impressioni mirifice dedit. 1485. pridie calēn. februarii. Venetiis.

In 4.° parvo..... IX. B. 48.

Haec est secunda hujus operis editio ab eodem Typographo impressa; sed haec superbit figuris ligno, aut aeri incisis ad rem explicandam adcommodatis. In Tractatu enim *Artis Memoriae* quindecim extant tabulae, quibus imagines brutorum, signorumque caelestium exhibentur. Opusculum 66. foliis constat impressum chartae nitidissimae, charactere Romano, ac pereleganti. Paginae litteris, non vero numeris sunt signatae. Desunt custodes, et foliorum numeri. Capitales omnes litterae horum trium opusculorum venustissime sunt ornatae; caeterae vero litterae quadratae, et nitidae.

Digitized by Google

Puccii Francisci. Epistola ad Angelum Politianum. *Extat* Politiani Epistolis *inserta*, *in lib. vi. Vide* Politiani.

Pulcii Bernardi. Bucolica Virgilii *versibus expressa. Vide* Virgilii.

—— Elegia di Bernardo pulci a Lorenzo de medici per la morte di Cosimo. *Extat excusa cum Virgilii Bucolicis, et ad calcem voluminis legitur:* Impressum Florentiae per me Antonium Bartolomei Miscomini A.D.M.CCCC.LXXXI. Die ultimo februarii. Feliciter.

In 4.° parvo..... XII. A. 70.

—— De passione Domini, *Poëmation italicum, Octostichis conscriptum. Nullus praecedit titulus, aut inscriptio, et incipit absolute:*

(O) Increata maesta di Dio
o infinita eterna potenza
o Jesu scō forte iusto e pio
quale se pieno di somma sapienza
spirito sancto allo intellecto mio
dona virtu fontana di clemenza
e che la gratia tua in me discenda
della passion sancta elcor maccenda.

In secunda columna folii xv. recti, post tertium Octostichum extat quadratum spatium album pro signanda littera initiali, ibique incipit secunda pars hujusmodi Poëmatii, cujus initium:

(V) Olendo della resurresion sancta
plar chiamo iesu signor del Cielo.

Haec vero pars terminatur in folio xxviii. recto, post tertium Octostichum primae columnae, hac conclusione:

Finisse la resurrectiōe del nostro
Signore meser giesu christo fidelissi
mamente correcta et emendata.
Laus deo omnipotenti.
a. b. c. d. e. tutti sono quaderni excep
to. e che e terno.
Comenza la destructione de Gie
rusalem.

Quae in secunda ejusdem folii columna sic incipit:

Dagli eterni lumi o chiara lāpa
o luce displēdore divita eterna
ogni dator del ciel etc. etc.

Digitized by Google

Hoc tertium Poëmation absolvitur in folio xxxvii. averso, post quartum Octostichum columnae primae. Deinde operis conclusio, et nota typographica hoc pacto habentur:

Finisse la passione del nostro sig
nore mesere Giesu christo narrata p
lo vangelista san Giovāni: con la sua
sanctissima resurrectione: et cui an-
chora come giesu christo cavo tutti li
sancti padri: patriarci: e ppheti de
limbo: e chiāolli tutti ad uno ad uno
p nome: Et etiā lacrudel vēdetta fece
tito vespasiano contra li pfidi giudei
della destructione di gierusalē: p vē
decta di christo: e come fu menato pi
lato al grap senato di Roma e lamor
te chel fece et altre cose assai come le
gendo potrai intendere.
Impresso nelalma et inclita citade
di Bologna per me Ugo di rugerij
stampatore sotto al divo et illustrissi
mo principe e signor messer Giovā
ni secondo bentivoglio sfortia di ve
scōti daragonia. Neli āni del nro sig
nore mesere ihu xpo. 1. 4. 89. Adi X.
de Marzo. Laus Deo omnipotenti.

Haec conclusio desinit in secunda columna ejusdem folii, cui subjungitur Typographi signum, alibi notatum. Penultima pagina continet tabulam ligneam, quae Visitationem B. M. V. *repraesentat.*
In 4.° parvo..... XIII. B. 47.

De hac rarissima editione, ejusque Auctore Eruditissimus *P. Amoretti* haec scripto consignavit: *Questo S. Poema è composto in ottava rima, e stampato in carattere semigotico a due colonne, e sono dieci ottave per ciascuna facciata; la carta è consistente, non vi si osservano numeri, nè richiami; ha bensì le segnature, come si vedrà. All' ultimo foglio, che dovrebbe essere bianco, v' è unita un' imagine alta onc. 7. lar. 3 1/1 scolpita in legno con semplici lineamenti, non male intesi, rappresentante la Visita di N. Signora a S. Elisabetta; e dalla qualità della carta dalle macchie etc. etc. deve giudicarsi contemporanea all' impressione del libro.*
A Bernardo Pulci si attribuiscono comunemente questi tre Poemetti, e si trovano stampati separatamente nel secolo xv. ma non ho potuto scoprirne alcuna edizione con data di anno anteriore alla nostra, la quale non è riportata da veruno; può darsi per altro, che qualche edizione Fiorentina senza data di anno sia anteriore a questa. Haec *P. Amoretti*, apud quem extabat praesens editio.

Pulcii Lucae. Epistolae, *italicae, tristichis expressae rhythmicis, sub nominibus antiquorum, exemplo* Ovidii *conscriptae, numero xviii. Praecedit titulus:*

Digitized by Google

PISTOLE DI LUCA DE PULCI
AL MAGNIFICO LOREMZO
DE MEDICI

Earum prima inscribitur:

Lucretia a Lauro pistola prima.

Ultima, seu xviii. Cleopatra ad Cesare Augusto. pistola xviii. et ultima. *In fine:* Impressum Florentiae per me Antonium Bartolomei Miscomini. A. D. M. CCCC. LXXXI. Die primo Februarii. Feliciter.
In 4.° parvo..... VII. A. 59.

Praesens editio excusa est rotundis elegantibus characteribus, qui lineas 24. in paginis plenis occupant, cum signaturis tantum.

—— Exemplar alterum..... XII. A. 70.

Pulicii Jacobi. *Vide* Publicii Jacobi.

Pungilingua. *Tractatus sic inscriptus, Auctore* Dominico Cavalca e Vicopisano. *Vide Tom. 1. hujus Catalogi pag. 170. Art.* Cavalca.

Purbachii Georgii. Teorichae novae Planetarum. *Extant cum* Sphaera mundi Joannis de Sacro Bosco. *Vide* Sacrobosco.

—— *Cum* Commentariis, Francisci Capuani. *Extant cum* Sphaera Joan. de Sacrobosco, *cum tribus* Commentariis. *Vide* Sacrobosco.

—— *Ejusdem*, libri vi. priores Epitomae in Almagestum Ptolemaei, *sub nomine* Joannis de Monte Regio. *Vide* Monte Regio.

Purliliarum Jacobi Comitis de liberorum Educatione. *Is titulus legitur in prima pagina; et in secunda habetur* JOANNIS BAPTISTE URANII CARMEN AD LECTOREM. *In folio secundo recto praemittitur Auctoris Prooemium, cujus inscriptio:* JACOBUS COMES PURLILIARUM CLARISSIMIS AC ORNATISSIMIS CONREGULIS SUIS SALUTEM. *In postica pagina, ad lineam xviii., incipit* JACOBI COMITIS PURLILIARUM DE GENEROSA LIBERORUM EDUCATIONE OPUSCULUM NON MINUS JUCUNDISSIMUM QUAM UTILISSIMUM. *Terminatur in folio xvi. recto, ad lineam viii., hac conclusione:*

JACOBI PURLILIARUM COMI
TIS DE GENEROSA LIBE
RORUM EDUCATIO
NE LIBELLUS FAU
STE FINIT.

Digitized by Google

ACCURATISSIME IMPRESSUM
TARUISII PER GERARDUM
DE FLANDRIA. ANNO SALU
TIS. M. CCCC. XCII. DIE. XI. SEP
TEMBRIS. SUB MAGNIFICO
PRAETORE AUGUSTINO FOS
CARINI.

In 4.° parvo..... VII. B. 28.

Putei Caroli patricii Ragusini elegiarum libellus de laudibus gnese elegia prima. *II.* Elegia de crudelitate amoris. *III.* De uero amore elegia tertia uel de mutatione amoris. *IV.* Eiusdē carmē de fragilitate humana et mutatione amoris. *Ad calcem huius ultimae Elegiae, legitur.* FINIS.
Extat colligatum cum Sulpitio Verulano..... IX. B. 55.

Opusculum quatuor foliis contentum, excusum charactere rotundo nitidissimo, et uti ex oeconomia typographica adparet, circa exitum saeculi xv. in dominio Veneto impressum; ipsum autem latuit Bibliographos fere omnes.

Puteo Paridis de. Tractatus de Syndicatu.

LIBELLUS

Sindicatus Officialium Ad Excelsum Et clarissimū
Equitem. Dominū Diomedem Carrafam Madaloni
Comitē Dignissimum Vrbisq3 Partenope Defensorē

Is titulus imminet in folio primo recto, et protinus incipit opus, nullo praemisso Prooemio. Terminatur in folio xcviii. recto, ad lineam xv. primae columnae; deinde legitur: FINEM Habet sollempnis (sic) et copiosus tractatus sindicatus officialium et iudicum continens qualiter officiales sindicentur et de quibus teneantur et qualiter possint se excusare et defendere et de officialium et iudicum potestate et honore eis debito cōpositus in nobilissima ciuitate Neapolis per egregium legum doctorem dūm Paridem de puteo. Ad Laudem dei Omnipotentis et utilitatem illorum, qui se in officiis exercent et eorum assessorum et officialium suorum Et ad gloriam excellentissimi dñi dñi Dyomedes (sic) carrafe Comitis madaloni dignissimi etc. dñi mei precipui. Cuius ope et fauore ciuitas ipsa et studia florent. Laus deo.
In sequenti columna

INCIPIT TRACTATUS LU
DORUM AD BREVE COM
PENDIUM REDUCTUS PER
DOMINUM PARIDEM DE

Digitized by Google

PUTEO LEGUM DOCTO
REM IN CIVITATE NEA
POLIS MULTIS PER EUM
ADITIS DIE QUARTA OC
TOBRIS. M. CCCC. LXXII.
N. SCRIPSIT.

Ad calcem:

FINIS UTILIS TRAC
TATUS DE LUDO.

Post vacuum spatium sex linearum, charactere gallo-franco majusculo.

Sixtus Reissinger.

In folio majori ..... XI. D. 15.
—— Exemplar alterum..... XI. D. 16.

Extant, ut vides, haec duo exemplaria, optime conservata editionis, hujus rarissimae, quae ad primordia *Riessingerii* pertinet.

—— Alia editio: *In postica pagina folii primi habetur Epistola, qua* Franciscus tuppius Parthenopeus. utriusq3 iuris studiosus Ill.^{s} Antonio mecenati Serenissimi et Illustrissimi ferdinandi Aragonei inuictissimi in regnis Sicilie et Hierusalem Regis pacifici triumphatorisq3 patrie patris alme iusticie Zelatoris. etc. Cōsiliario fidelissimo ac secreto4 conscio unico. felicitatem *dicit. In prima columna sequentis folii* Incipit singularis tractatus in materia Sindicatus omniū officialiū compositus per clarissimū. V. I. interpretem dominū Paridem de Putheo de Neapoli post primā suam compositionem incompletam et indigestam ac raptim eo inscio importune impressam. Nunc uero digestam ad dei Laudem. Lege feliciter. *In ultimo folio averso, ad lineam xvi. secundae columnae, haec extat conclusio:* Lector finem habes et in iusticia singularis uideri poteris. Nam ad que domini terrarū qui subditis in iusticia debitores existunt obligantur obmittendo et exequēdo speculari poteris. Crimina defectus magistratum et officialium singulorum eorumq3 defensiones in exercendis officiis aperte pandētur nec in exercitio officii pretoratus ignorantia redargui poteris. Nam occurrentiū casuū dubia et decisiones eorūdem inuenies. Poterisq3 in hoc uolumine partibus in earum iusticia consulere et circa cultum iustitie fulgere. Extat in eo ludi peruersi doctrina et tractatus brevis ad obuiandum scandalis et iuuenum' lasciuie uirturiq3 (sic) consulendum. Castigatum per magnificum dominum Paridem de Putheo. V. I. doctorem, et uoluminis Auctorem. Impressum sub aureo seculo. Serenissimi ferdinandi Regis Sicilie. Hierusalem etc. per fidelissimos Germanos Neapoli opera et impensa V. I. dissertissimi francisci Tuppii Parthenopei qui ob rei publice utilitatē et eiusdem Serenissimi regis patrie iusticie Zelatoris decorē tribunalibus legendum tradidit. Anno domini.

Digitized by Google

Mcccclxxxv. die uero. xv. mensis Julii. *In sequenti folio* Incipit tractatus aureus ī materia ludi cōpositus per Clarissimū. V. I. doctorē dnm Paridem de Putheo nouiter castigatus post primā compilationem et correctus. Lege feliciter. *Ad calcem hujusmodi tractatus habentur sequentia verba:*

Finis utilis tractatus de Ludo.
ad breue cōpendium reductus.

In folio majori..... XI. D. 14.

Quinam fuerint *Fidelissimi* illi *Germani*, qui hoc opus impresserint, haud explanare valeo. Noster *Giustiniano pag. 72.* sic scribit: *Non saprei chi mai fossero stati quegl' impressori, di cui ne volle tacere i nomi, chiamandoli soltanto* fidelissimos Germanos, *ch' io intendo per altro Riessinger con i suoi compagni, nella cui stamperia Francesco Tuppo s' intrigò molto, come di già accennai.*

Editio valde rara, excusa nitidissimo charactere, qui lineas 64. replet in columna unaquaque perfecta. Charta firma, ac politissima est; nec in ejus amplis marginibus notantur custodes, signaturae, aut numeri foliorum. Litterae initiales modo ligno insculptae, modo parvis elementis indicatae sunt.

Puteolani Francisci. Epistola ad Jacobum Antiquarium. *Extat excusa cum opusculis* Chirii consulti Fortunatiani. *Vide* Fortunatiani *Tom. 1. pag. 313.*

—— Oratio in Commentarios rerum gestarum Francisci Sfortiae Joannis Simonetae. *Extat praefixa iisdem* Commentariis. *Vide* Simonetae.

—— *Eadem, versa e latino in italicum idioma a* Christophoro Landino, *una cum* Commentariis Simonetae. *Vide* Simonetae.

Putheolorum Civitatis Mirabilia, *sive* Libellus de mirabilibus Civitatis Putheolorum, et locorum vicinorum: ac de nominibus virtutibusque balneorum ibidem existentium. *Nomen* Joannis Elysii *Medici Neapolitani hoc opusculum gerit, in editione Veneta* Scriptorum de Balneis, *anni 1553. et* Chioccarellus *Tom. 1. pag. 330.* de illustribus Scriptoribus Civitatis et Regni Neapolitani, *necnon* Vanderlenden de Scriptis Medicis *pag. 350. hoc opusculum* Elysio *adjudicant*; *hinc nos sub nomine* Elysii *ipsum notavimus in Tom. 1. pag. 272. hujus Catalogi: vide igitur* Elysii.

Digitized by Google

P Y

Pychonii Franciscı. Epistola gratulatoria ad Aeneam Silvium Picolhominеum. Senis *data* die 22 Decembris 1455. *Extat cum Epistolis* Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

Pyladis Joannis Francisci Buccardi. Genealogia. *Vide* Buccardi.

—— Castigatio in vitas Plutarchi. *Vide* Plutarchi.

Pythagorae. Aurea carınina, *graece. Extant cum* Theocriti Eclogis, *et aliis operibus variorum Auctorum. Vide* Theocriti.

—— *Vide insuper* Lascaris *grammaticam.*

—— *Eorumdem versio latina, cum traductione pariter latina Commentarii* Hieroclis *in ipsa carmina*, Joanne Aurispa Interprete. *Vide* Hieroclis.

—— *Eorumdem versio latina cum* Symbolis, Marsilio Ficino *Interprete. Cum* Jamblicho, *et aliis Auctoribus ab eodem* Marsilio *traductis, reperiuntur. Vide* Jamblichi.

—— *Ejusdem* Epistola ad Hieronem, *graece. Extat in collectione Aldina. Vide* Epistolae variorum Auctorum.

Digitized by Google

Q U

Quadratii Francisci. Epistola ad Aeneam Silvium Picolhomineum. *Extat cum Epistolis* Aeneae Silvii. *Vide* Picolhominei.

Quadriga Spirituale. *Opus e latino sermone versum, et* Nicolao de Osimo *tributum. Vide* Osimo.

Quintiani Proconsulis. Epistola ad Posthumum. *Extat in libro 2. Epistolarum* Q. Curtii. *Vide* Curtii.

Quinti Curtii. *Vide* Curtii.

Quinti Aemiliani Cimbriaci Poetae. Epos Hendecasyllabicon in Petri Haedi Anterotica ad Cupidinem. *Adcedit ejusdem :* Carmen Epigraphicon in tres Haedi Anteroticorum Libellos ad Lectorem. *Extant cum opere* Petri Haedi de Amoris generibus. *Vide* Haedi ..... VII. B. 28.
—— Exemplar alterum..... XII. A. 35.

Quintiliani Marci Fabii. Institutionum Oratoriarum libri xii., *ex recognitione* Io. Andreae, *cujus Epistola ad Romanum Pontificem sic inscribitur :* Joannis Andree Episcopi Alerien ad Paulū II. Venetū Pont. Max. in quintiliani recognitionem Epistola, *quae sic clauditur :* uiue in eternum Pontifex Sanctissime. Anno dominici natalis M. CCCCLXX. Pont. uero tui Anno Septimo. *Huic subjicitur Epistola* Campani *ad* Franciscum Piccolomineum; *post quam sequuntur operis Rubricae, quarum priores duae sic habentur :*

M. Fabius Quintilianus Marcello Victorio. Efflagitasti.
M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarū ad Marcellū.
Victorium. Liber primus. Prefatio. Post impetratam.

Hae Rubricae cum praemissis Epistolis occupant sex integras paginas, et xiii. *lineas paginae septimae. In folio quinto recto incipit opus ipsum a titulo :* M. Fabius Quintilianus Victorio Marcello Salutem. *In calce voluminis leguntur carmina :*

Aspicis illustris lector

Conradus suueynheym: Arnoldus pānartzqȝ magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

Digitized by Google

Omissa est anni indicatio, quem tamen ex Alericnsis *Epistola constat fuisse.* 1470.
In folio..... XII. H. 30.

Editio secunda hujus operis; nam prima hoc eodem anno 1470. *Romae* excusa fuit. In quibuslibet paginis, nisi spatia maiora consuetis adsint, lineae 38. typi rotundi elegantissimi, et nitidi reperiuntur. Signaturae, custodes, et foliorum numeri nullum obtinent locum in hoc volumine. Initiales a Miniculario spatiis insertae sunt, earum gratia a Typographo relictis; ast idem Miniculatius margines omnes principis paginae auro, coloribusque adfabre exornavit.

—— Alia editio. *Epistola Nuncupatoria* Omniboni Leoniceni, *qui* Victorini Feltrensis *Auditor, et ipsarum Institutionum Emendator fuit, habetur in averso folio primo sub hac epigraphe :* Reuerendissimo in christo patri : ac domino meo observandissimo domino Moysi de bufarelis episcopo belumnensi Omnibonus Leonicenus salutem plurimam dicit. *Opus incipit in folio secundo recto, praevio titulo* (F) ABIUS Quintilianus Victorio Salutem. *Ad voluminis calcem leguntur sequentia verba, hisce sectionibus distincta :*

M. FABII QVINTILIANI LIBER DVODECIMVS ET VLTIMVS FELICITER FINIT.
QVINTILIANVM ELOQVENTIAE FONTEM AB ERVDITISSIMO OMNIBONO LEONICENO EMENDATVM. M. NICOLAVS JENSON GALLICVS VIVENTIBVS POSTERISQVE MIRO IMPRESSIT ARTIFICIO
ANNIS. M. CCCCLXXI. MENSE MAII DIE. XXI.
DEO GRATIAS

In folio..... XII. H. 24.

In superiori Nuncupatoria Epistola *Leonicenus* mirabile *Iensonis* inventum typographicum celebrat. Diligentia tamen *Iensonis* non impediit, quominus ejus Typothetae ad Cap. vi. lib. v. extremam paginae lineam vacuam reliquerint, desinit enim ea pagina : *Praecipiam igitur ne ;* pagina vero sequens incipit : *Communia* ; quapropter desiderantur intermedia verba, quae leguntur in aliis editionibus, scilicet : *quod effici non potest, aggrediamur, vitemus,* et inde *communia.* In hac editione insuper relictae sunt lacunae locis in omnibus, ubi poni debuerant Graecae dictiones, praeterquam in tribus primis libris, ubi suppletae sunt calamo in hoc exemplari. De caetero fallitur *Omnibonus*, cum *Iensonem* primum typographiae artificem facit, et inventorem. Nec enim id verum est quoad *Germaniam*, ut satis notum est ; nec quoad *Italiam*, cum ante ipsum tum *Romae* multa prodierint opera Typographi Germani, ut jam vidimus in primo folio hujus voluminis ; tum *Venetiis*, cum liquido constet *Iohannem de Spira primum* invexisse artem typographicam in urbem *Venetiarum ;* ad summum commendari potest *Iensonis* ingenium ob characterum egregias formas, chartarumque nitorem, in quibus forsan excelluit, primatumque inter alios obtinuit. Id adparet in praesenti editione, quae excusa est loculentissimis rotundis characteribus, in charta firma, ac praestantissima. Lineae 39. reperiuntur in qualibet integra pagina, in quarum marginibus nullus extat numerus plagularum, aut custos, nulla signatura, aut initialis littera impressa, exceptis tribus in secundo folio, a Miniculatore auro, et aliis coloribus depictis. Foliis 209. impressis constat totum volumen.

—— Alia editio, *ex recognitione* Andreae Pontii Brixiani, *cujus Epistola Nuncupatoria in primo averso folio sic inscribitur :* VENERABILI AC ORNATISSIMO VIRO DOMINO LODOVICO MARCELLO EQ VITI (sic) RHODI

Digitized by Google

DIVINI HVMANIQ VE (sic) IVRISCONSVLTO PERITISSIMO ANDREAS PONTICUS BRIXIANUS SALUTEM DICIT. *Opus in secundo folio incipit, et sic extat titulus:* M. CELIVS FABIVS QVINTILIANVS TRIPHONI BIBLIOPOLE SALVTEM. *Ad calcem operis nota typographica sequentibus verbis habetur:* M. FABII QVINTILIANI oratoriarū institutionum libri duodecimi et ultimi. Impraessum (sic) tarvisii per magistrū Dionysium Bononiensem ac Peregrinum eius socium. Anno. D. M. CCCC. LXXXII. DIE XXII. mensis octobris. FINIS *In penultima pagina occurrit* Registrum..... X. E. 8.

—— Exemplar alterum..... X. E. 9.

—— Alia editio. Quintilianus Cum commento. *Duo priora folia titulunt istum, et* TABULAM QUINTILIANI *exhibent. Tum* Quintiliani Institutiones oratoriae, *una cum* Raphaelis Regii in depravationes oratoriae illius institutionis adnotationibus, *xxvi. plagularum fasciculis contentae, incipiunt. In calce xii. libri legitur:* M. Fabii Quintiliani oratoria4 institutionum. Vna cū annotationibus in depravationes eiusdem. Finis. *Deinde:* Venetiis per Bonetum Locatellum: mandato ac sumptibus Nobilis Viri Octaviani Scoti Civis Modoetienses (sic) Anno ab incarnatiōe Redemptoris nostri Christi Jesu Optimi Maximiq3. M. CCCCLXCIII. (sic, *pro 1493*) XVI. Kalendas Sextiles. *In prima ultimi folii recti pagina, brevis* Quintiliani *vita legitur, et aversam paginam chartarum* Registrum, *et* Octaviani Scoti *signum occupant.*

In folio..... X. E. 5.

Duplex est character rotundus hujus editionis; nam *Commentaria*, quae vel tria latera textus ambiunt, vel lateri externo tantum inhaerent, minori typo sunt descripta, et lineas 61. in paginis integris occupant. Graecae dictiones expressae suis locis habentur; principes textus initiales xylographicae florentes sunt; reliquae parvis litteris indicatae. Custodes, et foliorum numeri penitus desiderantur; sed in marginibus superioribus notantur libri, et in inferioribus signaturae. Postillis marginalibus mss. nostrum exemplar instruitur.

—— Exemplar alterum *praestantissimum propter emendationes plures, et illustrationes ad textum* Quintiliani *pertinentes, manu* Jani Parrhasii *conscriptas charactere modo subalbido, modo subrubro tam in marginibus externis voluminis, quam in foliis albis a Sutore insertis per totum codicem....* X. E. 6.

—— Alia editio, *cum* Commentariis Laurentii Vallae, Pomponii Laeti, *et* Sulpitii; *hinc in prima voluminis pagina habentur verba:* Quintiliani institutiones cum comento Laurentii Vallensis: Pōponii: ac Sulpitii. *In aversa pagina Epistola imprimitur sub epigraphe:* CAMPANUS ANTONIO MORETO SALUTEM. *In secundo folio recto Epistola* Leoniceni *ad* Moysen Bufarelum *impressa occurrit, et in eodem averso* Quintiliani *vita, cujus opus in folio tertio recto, cum* Commentariis *incipit, praevio titulo:* Enarrationes Laurentii Vallae: ac Pomponii in Quintiliani institutiones. *Ad calcem:* M. Fabii Quintiliani oratoriarū institutionū. Una cū annotationibus in depravationes eiusdem. FINIS. Impressum Venetiis per Peregrinum de Pasqualibus de Bononia Anno domini. M. cccc. lxxxxiiii. Diae (sic). xyiii. Augusti. *Alia adcedit* Quintiliani *vita, cui Registrum, et signum Typographi subnectuntur.* TABULAM *in ultima pagina tandem reperi.*

Digitized by Google

In folio..... X. E. 2.

Epistola *Campani ad Moretum falsam gerit inscriptionem ;* haec enim Epistola *Cardinali Piccolhomineo* inscripta, deinceps a *Ferno* inter opera *Campani* recusa fuit cum epigraphe ad *Moretum*, ut *Audiffredus* notat *pag. 47. Cat. Hist. Crit. Rom. Edit. Saec. xv.* In *I.* et *II. lib. Quintiliani* tantum *Vallae*, et *Laeti commentaria* reperiuntur; reliqua a *lib. III.* usque ad finem sunt *Sulpitii. Commentariorum* character rotundus minor, ut in editione praecedenti dispositus, lineas 58. implet in paginis integris. Initiales parvis formis designantur, vel spatia tantum extant. Signaturae habentur. Tituli occurrunt in marginibus superioribus; sed foliorum numeri, et custodes desunt.

— Exemplar alterum... ..... X. E. 3.

— Exemplar tertium..... X. E. 4.

— Alia editio, *sine* Commentariis. *Prima pagina vacua est, et in secunda incipit* TABULA QuINTILIANI, *duabus columnis distincta, quae terminatur in folio secundo averso. Post aliam albam paginam Emendatoris Epistola occurrit, quae incipit* (R) Everendissimo in christo patri: ac domino meo observādissimo domino Moysi de bufarelis episcopo belumnensi Omnibonus Leonicenus salutem plurimā dicit. Quintiliani *opus incipit in folio tertio recto, titulo praevio:* M. CELIUS FABIUS QUINTILIANUS TRIPHONI BIBLIOPOLLE (sic) SALUTEM. *Ad calcem voluminis sequentia verba impressa lèguntur Typographi cura:* M. FABII QUINTILIANI ORATORIARUM INSTITUTIONUM LIBRI DUODECIMI ET VLTIMI FINIS.

In folio..... X. E. 7.

Absque typographicis notis. Accuratiores Bibliographi, qui de *Quintiliani Institutionum* editionibus egere, editionem quandam pulcherrimo charactere, cum *Omniboni Leoniceni* Praefatione, sed sine loco, anno, et Typographo perfectam referunt. Eam vero *Ernestus*, et *Crevenna* repetitionem Iensonianae editionis anni 1471. (superius notatae) dicunt; ita ut ab haeredibus praefati Typographi, vel ab alio, qui ejus characteribus post illius obitum potitus fuerit, impressa *sit*; et recte quidem. Assentiri autem non possum diligentissimo *Crevennae*, cui hujus editionis character idem visus est, ac character editionis Iensonianae, sed valde detritus, *fort usé:* exemplar siquidem, quod possidet haec Regia Bibliotheca, sane est charactere pulcherrimo, nil omnino detrito, immo et integerrimo. Deinde hic character pulchrior est (talis quidem mihi est visus) charactere Iensoniano, eo saltem, quo anno 1470 *Eusebii Preparationem Evangelicam*, anno 1472 *Plinium*, et *Macrobium*, cum quo illum contuli, impressit *Nicolaus Ienson;* immo etiam non nihil est major. Nec *Maittairii* opinioni adsentiri possum, qui anno 1490. laudatam editionem adjudicaverat; quum illud tempus praecessisse videatur. In praesenti editione habentur characteres graeci, qui in Iensoniana anni 1471. minime occurrunt; quod animadvertendum fuisset a *Crevenna*, qui nostram typographicis notis destitutam, ad illius omnino imitationem excusam adserit. Insunt in utraque cuilibet ex paginis integris lineae 39; in utraque nullus extat plagularum numerus, aut custos, aut initialis littera; sed in hac signaturae in marginibus inferioribus elementorum serie, et numeris minoribus romanis notatae cernuntur; dum in editione anni 1471. omnino desiderantur.

— Declamationes a Georgio Alexandrino recognitae. *Post vacuum folium, in secundo recto praemittitur Epistola, qua* JACOBUS Grasolarius Christoforo de priolis amicorum optimo Salutem dicit. *Haec desinit in postica pagina, ad lineam x. In sequenti folio* M. FABII Q VINTILIANI (sic) ELOQ VENTISSIMI (sic) DECLAMATIONES INCIPIVNT. *Quibus absolutis typographica notitia hisce verbis continetur:* Quintiliani Sūmi Rhetoris et eloquentissimi declama-

Digitized by Google

tões exactissime recognitas Lucas Venetus Dominici. F. ingeniosus artifex ite4 diligenter īpressit Venetiis anno salutis. M. CCCC. LXXXII. Nonis iuniis. *His subnectitur* Registrum Operis.

In folio parvo..... X. A. 10.

—— Alia editio. *Titulus in fronte:* M. FABIIQ VINTILIANI (sic) ELOQ VENTISSIMI (sic) DECLAMATIONES INCIPIVNT, *et desinunt ad calcem folii iii. recti, verbo*, FINIS, *cui subnectitur illud:* Antonii Seripandi ex Jani Parrhasii testamento.

In folio parvo..... X. E. 9.

Absque ulla nota typographica. Editio excusa rotundo, et nitido charactere, qui in paginis integris implet lineas 49. In inferioribus marginibus exhibentur signaturae instructae litteris, arabicisque numeris; custodes vero, foliorum numeri, et initiales, pro quibus vacua spatia tantum extant, haud visuntur: eam memorarunt *Maittairus pag. 764. Bibl. Gotting.* et *Panzer Tom. IV. p.* 182.

—— Exemplar alterum..... X. E. 11.

—— MARCI FABI q VINTILIANI (sic) Declamationes.

TRACTATAE INCIPIVNT.
EX Declamatione CC. LII.

Is titulus praefigitur huic operi. Ad calcem post verbum Τελος *typographica nota hoc pacto habetur:* M. Fabi Quintiliani Declamatoris: Declamationes C. XXXVI. Parmae finiūt per Angelum Vgoletum Parmensem: Olympiade quingentesima sexagesima octaua. qui est annus a salute christiana. Mccccxciiii. quinto non. Jul. Regnante Illustrissimo Joāne Galeaz Mediolani Duce Sexto: et Inclyto Ludouico Patruo Gubernante. *Huic subnectitur* Registrum; *et ad latus notae visitur Typographi signum, nimirum rectangulum nigrum oblongum, quod circulum inscriptum habet secundum horizontem sectum; ex centro hasta surgit perpendicularis inter litteras* A V, *quae peripheriam semicirculi superioris excedens, in triplicem crucem desinit; eique imminet littera* O.

In folio parvo..... X. E. 10.

Harum Declamationum mentionem fecerunt *Orlandius*, et *Maittairus*, qui scripserunt esse *Quintiliani Declamationes Minores* ab *Ugoleto* impressas, post editiones Venetas An. 1481. et 1482. Ast dilis gentissimus *P. Paitonus* in suo *Catalogo ragionato Tom. II. pag. 250.*, et Claris. *P. Affò Tom. III. pag. 111.* sulla *tipografia Parmegiana*, recte animadvertunt *essersi eglino all'ingrosso ingannati.* Laudatae enim *Declamationes*, ita scribit Cl. *Affò*, a *Thadaeo Ugoleto* primum extractae fuere e vetustissimo codice, et *Petri Pithoei* cura restitutae ad veram codicis lectionem, ab ipso *Thadaeo* inscriptae fuerunt *Georgio Anselmo* epistola Nuncupatoria huic editioni praefixa, (quae quidem epistola in nostro codice desideratur), et postea ab *Angelo Ugoleto* anno 1494. primum impressae. Quapropter praesens editio prima est hujus operis. Praesentes insuper *Declamationes* haud adscribendae sunt celeberrimo *Quintiliano* Auctori *Institutionum Oratoriarum*, et *Declamationum*, quas supra notavimus, sed potius eius avo *Quintiliano Seniori.* Huic *Thadaei Ugoleti* opinioni inhaerent *Fabricius Bibl. Lat. Tom. 1. lib. 11. cap. xv. pag. 555.* et *Matthias Konig. Bibl. vetus et nova pag. 673.* qui sic scribit: *Quintilianus Fabius Senior sub Augusto Octaviano claruit. Composuit 145. Declarationes, quas a Tideo* (sic) *Ugolino* (sic) *primum editas ex veteri codice restituit P. Pithoeus. Meminit ejus M. Seneca in Controver-*

Digitized by Google

si Editio extat excusa rotundo, et eleganti charactere, qui in charta satis alba, et compacta implet lineas 40. Folia romanis numeris sunt indicata, signaturae visuntur, haud vero custodes; et initiales parvis elementis exprimuntur.

— De officio discipulorum compendiosa praeceptio, *cum* Explanatione Jodoci Badii Ascensii. *Hoc opusculum quod nil, aliud est, quam excerptum ex* lib. II. Institutionum Oratoriarum, *impressum est cum* Boethii *opere* de consolatione, *et alio* de disciplina Scholarium, *cum* Commentariis *in utrumque* S. Thomae Aquinatis, *et* Jodoci Badii Ascensii. *Vide in Tom. I. pag. 102. Art.* Boethii.

Quintilii Veronensis. Carmen in Laudem Pompilii Veronensis, *ejusque opuscula* de Syllabis, Accentu, et Metro. *Vide* Pompilii.

Quinti Sereni Sammonici. *Vide* Sereni.

EXPLICIT
VOLUMEN SECUNDUM
CATALOGI EDITIONUM SAECULI XV
QUAE NEAPOLI
IN REGIA BIBLIOTHECA BORBONICA
ADSERVANTUR.

En. 1.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

STACKS
019.06
L N162
Tome 2

DOES NOT CIRCULATE
BIBLIOGRAPHY
STACKS

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MINNESOTA
wils v.2
Folio 019.06 N162
Biblioteca nazionale (Naples, Italy)
Codicum saeculo XV impressorum qui in Re
3 1951 002 416 105 J

Digitized by Google